
P
P
G
G

sū opin quo ad satisfactionem seu ueniā . fe .
iiij . caritas operit multitudinem peccatorum . aliud de
leri quo ad maculam . i . gratia relicta . act . iij . penitemini
et conuertimini ut deleantur peccata uestra . a
liud remitti seu dimitti . s . quo ad penam debi
tam . luc . xvij . dimissa sunt ei peccata multa . aliud
non imputari seu obliuioni quo ad reatum reddendā
eze . xviij . omnium iniquitatum eius non recordabor . aliud
alia solui quo ad uinculum potestatum seu impo
aliquis ex peccato contracta . as . xvij . nos soluit scelera
nostra et c . aliud redimi quo ad seruitutem diaboli
peccatiua eius redime . dan . iiij . [C]ontra . sed quia scriptum
hic gloriam . et c . glo . qui fecit legem uiuit . i .
non morietur . non tamen habebit uitam eternam . ap . dom . i .
[C]ontra omne opus obedientie meritorium est . [C]ontra loquitur de
opere operato non de opere operante uel de hiis qui
faciunt ex timore non ex amore . it . sic illud
reputata est ei ad iustitiam . glo . ipsum credere fuit suffi
ciens causa iustitie ad salutem . [C]ontra fides sine operi
bus mortua est . iac . ij . [C]ontra sine operibus precedenti
bus sufficit sed non in sequentibus si habet facultatem
operandi . [I]t sic io . credere in unum eum . glo . quod est cre
dere eum . aliud credere ei . aliud in eum . [C]ontra unum habet dominus
hic unum actum . [C]ontra actus quo creditur in eum proprie
est fidei uirtutis . alii duo communes sunt ei et fidei que
non est uirtus . [I]t ibidem glo . quod est credere in eum non credendo
amare . [C]ontra fides non est amor . ergo credere non est ama
re . [C]ontra sed dicendum est per concomitantiam non per essentiam
[I]t ibidem glo . ea sola bona opera dicenda sunt que
fiunt per dilectionem . [C]ontra elemosina ex uili pietate data
bonum opus habet . [C]ontra glo . loquitur de bono meritori
o . quod est bonum simpliciter . [I]t ibidem glo . opera que deus
in nobis remunerat non ex nobis sunt sed ex gratia
[C]ontra omne meritum ex libero arbitrio procedit . [C]ontra non ex
nobis sunt principaliter . [I]t sic illud beati quorum remis
se s . glo . per iniquitates intelligitur originale peccatum .
[C]ontra originalia in eodem sunt plura . [C]ontra unum est in
essentia multiplex in effectu . [I]t ibidem glo . dicit quod ori
ginale est fomes id est concupiscentia . [C]ontra concupiscentia manet
post baptismum originale non . [C]ontra originale peccatum
concupiscentia est materialiter . sed nuditas iustitie formaliter . ma
net ergo peccatum originale . tamen sed non essentia . unde transit reatu
remanet actu . remanet . n . illa concupiscentia ut
inclinans ad bona conuiuialia sed non ut auertens a
bono incommutabili . [I]t ibidem glo . quod peccatum non est sine
libidine concubitus obliti filiorum non potest esse sine peccato
conceptus . [C]ontra parentes christi cum carnaliter plus solum diuit
non peccarunt ergo sine libidine conuenerunt . [C]ontra libi
do ipse accipitur pro improba uoluntate ineuitabilis et sic

esse autem christum conceptum sine libidine concipiatur . [C]ontra
quod secundum libido habitualis iustitiam et sanctitatem actualis
ex aliorum . [E]t signum accepit et c . hic
ponit secundum effectum fidei in abraham . s . effectum omnium
nistrantis et hunc duplicem primo in fide secundo in moribus
et sic patet circumcisionis . dicit ergo et signum quod . quia ita
abraham est ex fide non ex circumcisione non tamen sic fuit circum
cisus est . non . n . accepit circumcisionem in causam iustifi
cationis sed in signum et hoc est quod dicit et signum quod acce
pit circumcisionis . i . circumcisionem accepit in signum iustitie
non in causam . unde gen . xvij . circumcidetis carnem preputii uestri
ut sit in signum federis inter me et uos . signaculum
hoc duobus legitur . uno modo secundum quod signaculum accipitur
pro signo tantum . alio modo secundum quod accipitur pro signo
et sigillo . primo modo sic . signum inquam . s . signaculum
iustitie fidei . i . iustitie que est ex fide . secundo modo signacu
lum et c . i . sigillum domini secreti celatiuum . iob . ix .
stellas claudit sub sigillo . que fides . s . uel
iustitia est in preputio . i . ipsi abrahe non dum circumciso .
uel in preputio . i . in tempore preputii . ante . n . fuit iustificatus
quam circumcisus . accepit igitur circumcisionem in signum et
hoc ideo . ut sit . i . esse appareat et ostendatur pater . i . auctor
et exemplar omnium credentium iudeorum et gentilium . sic igitur pater
per preputium . i . in tempore preputii pater igitur ita ut repu
tetur ipsis credere et illis . s . credentibus ad iustitiam
. i . remissionem peccatorum . ro . x . corde creditur ad iustitiam
et ut sit pater . i . auctor et exemplar circumcisionis spiri
tualis de qua re . iiij . circumcidimini deo et auferte preputi
a cordium uestrorum pater igitur non hiis qui sunt ex circumci
sione corporali . i . iudeis qui esse sunt spiritualem ac
ceperunt ex circumcisione que fuit sacramentum circumcisi
onis iudeorum . sed hiis omnibus qui sunt qui sectantur
uestigia fidei ipsi abrahe . i . qui ita plene et
dum ut ipse credidit . fidei igitur que fides est in preputi
o . i . in tempore preputii . abrahe patris nostri . i . omnium
credentium . [N]ota hic quod circumcisio propter septem causas
data est . que . v . tanguntur in glo . prima est propter sig
naculum et ostensionem fidei abrahe . secunda propter meritum
et perfectionem perfecte eius obedientie . tertia propter distinctionem
gentis iudaice . [Q]uarta propter documentum castitatis
et pudicitie . quinta propter remedium originalis cul
pe . [S]exta propter signum generalis circumcisionis a
culpa et pena que fienda est in . viij . etate . vij .
propter exemplar spiritualis circumcisionis faciende . non . n . propter le
gem hic ponit tertium effectum fidei in abraham . s .
hereditatis promissionem et primo ostendit similiter
que hereditatis promissio non est ex lege . sed ex fide . secundo
probat specialiter quod non ex lege . si . n . qui sunt . tertio
probat specialiter quod est ex fide . ideo ex fide dicit

pibētō · ⁊ būiace aū ualeō cū ꝙ ꝑficē
n̄ possū l; velī · qui in michi adiacet
· i · uiꝫ me iacet · ſ · ī carne ꝓ ꝙ n̄ possū
aīo n̄ ꝯcupiscē · ꝙ ipa cogit me ad ꝯ
cupiscēdū · ꝯdelcōꝛ · q · ⁊ īte · uolo bonū · ꝯ
delcōꝛ · n · legi dī ꝑ īteriorē hoīem · i · ꝑ mē
tē uolens · ſ · n̄ ꝯcupiscē ꝙ lex pibet ·
uīdō aūt · q · ita ꝯdelcōꝛ legi dī ꝑ mētē
aūt · s; uideo aliā legē · legi dī · q · ꝯiam
ī mēbris meis · ſ · legē fomitis repugnātē
legi mētis mee ꝯhētē · ſ · ī ꝯiū eī · ꝙ lex
mētis dictat · ſ · ad ꝯcupiscēd ⁊ captiuātē
tē me ī lege pcī · i · q · captiuū me tenētē
sub dūio carnalis ꝯcupiē · ita · ſ · ut uelī no
lī ꝯcupiscā · que lex pcī ē · ī mēbris meis
· i · ī carne mā · ipā · ſ · carnis corrupcō ⁊ ꝙ
ita captiu9 sū · ī felix ꝯ mēte s; corꝑe · eo
hō spūalis ⁊ it9 q īfelix cū ꝓ carnis rebel
lionē · ꝙ caro n̄ obedit spūi · piuat9 · ſ ·
illa felicitate ī q pmū hō ꝯditꝰ ē qn̄ caro obe
diat idī · quis me libabit de corꝑe mortis
h9 · i · de corꝑe h mortifō ⁊ mortali ⁊ uicio
so · grā dī ꝑ ihm̄ xp̄m dūm nr̄m simplr liba
bit me ī futuro gliose resuscitādo · phi ·
· iij · saluatorē expectam9 ⁊c̄ · īgr̄ ꝙ ita grā
libabit me itm̄ ego ipē vū ⁊ idē mē
· ſ · hoīem īteriorē ſeruio legi dī ꝯ
cupīe · ſ · n̄ ꝯsētiēdo q lex pibet · carne
aūt ſuio legi pcī · ſ · ꝯcupīe uelī nolī
ſio ꝯſēciēdo Cſlō9 hic ꝙ aīa ex carne ꝯhīt
plā īcōmoda · pmo pcī originalꝭ c̄tnacō
nē · iob · xiij · quis pt face mūd de īmūdo
ꝯceptū semie · ij · ꝯcupie pruitatē · gal · v ·
caro ꝯcupiscit adūsus spm̄ · iij · bn̄ ꝯpādi
difficultatē · sap · ix · corꝑ q corrūpit ag
uat aīam · iiij · cogcōnis obscuritatē · j ·
cor · xiij · videm9 nūc ꝑ speculū ī enigma
te · v9 curarū sollicitudinē · ij · cor · v · īgē
miscim9 g̃uari eo ꝙ nolum9 expoliari cor
· vi9 · passionū anxietatē · mach · vi · diuas
cor mei sustineo dolores · vij · glie recor
dacōm · phi · i · cupio dissolui ⁊ ēē cū xp̄o
ꝓ h exclamat apls̄ īfelix ⁊c̄ · Chic q sr̄
illud · ꝯcio ꝙ n̄ hitat ī car · m · bo · glo ·
nīo hitat ī carne pcīm · Cꝯ hitat n̄ cēn
lr̄ · s; cālr̄ Cit id glo · carnis ꝯsorcio aīa
maculat Cꝯ nobili9 ab ignobilioꝛ n̄
patit Cꝯ9 h maculacō n̄ fit agēdo s;
ꝯcādo · Cit sr̄ d uelle adiacꝫ m · glo · ī me

posim carnis · s; ꝑ negligēam rōnis Cit sr̄
ꝑficē n̄ īuenio · glo · ꝙ uelit n̄ tm̄ ꝓt face
bonū Cꝯ g n̄ ē eī iocitād Cꝯ9 quis n̄
possit ꝑficē sī grā · ꝓt mūcī adiutorio gr̄e
q sp̄ de dare · pat · Cit sr̄ illud ꝯgbi
tat ī me pcīm · glo · fomes uel carnalis
ꝯcupia · vn̄ oīa oriūtꝰ pcā Cō pcā spūi
alia n̄ oriūtꝰ ex ꝯcupiā carnali Cꝯ9 ꝯ
cupiā carnalis dī accipit uel stricte ꝙ ē de
carnalibꝰ · legis uel large ꝙ ī ꝯuīta ē ex car
ne · ⁊ h ſo m cā oīm pcōꝝ n̄ pmo · Cit sr̄
illud · īuenio g̃ legē · glo · ex eo pbo legē ēē
bonā · ꝙ face uolo ꝙ ipā iubet Cꝯ aliū
uult hō face ꝙ male ꝯgꝰ iubē Cꝯ9 glo
lō de uelle iūli n̄ delibatiuo Cit sr̄ illud
malū m adiacet · glo · ī carne ē id cogit ꝯ
face q hō uult · Cꝯ nullꝰ cogit pccāre Cꝯ9
glo · lō de coactōne efficaci n̄ sufficienti · Cit
sr̄ illud ꝯdelcōꝛ legi dī · glo · ī aīa n̄ hitat
pcīm s; ī carne Cꝯ magꝰ ē spūm pcā aīa
q caro Cꝯ9 pcīm accipit ꝑ cū pcā origi
nalis q̄ educit a pccāt9 · Cit sr̄ illud repug
nātē legi mētis mee · glo h me facit ē ut
q n̄ obediret suo sr̄iori eī n̄ obediat tuū
īfi9 Cꝯ oīe liūe fcūm a dō ē · g fomes
pcī a dō ē Cꝯ9 ī qm̄ pena a dō ē n̄ timpꝰ
Cit sr̄ aliā expōm · q̃rit sr̄ illud ꝯsētio
legi · glo · aliꝰ n̄ uult lex ꝯcupiam ī pmo
motu · aliꝰ ī delcōne ⁊ ꝯsēsu · illā qd̄ ipꝓbat
hūc uo ī pibet · g · q gꝰ oīs delcō ꝯcupīe
carnalis pccīm morꝭ est Cꝯ9 glo · loqꝰ
de delcōne · ꝑfcā · i · morosa · ī q uolūtas de
lecata ꝯqescit ·
VIII
Nichil g° dampnacōnis ⁊c̄ · ondit · e ·
ꝑcēdēti n̄ ēē ꝑmanēd ī lege · ꝙ cessauit
hic uo ondit ꝑmanēd ī x q legē īplēdo
cessare fecit · ⁊ p̄ ondit · q̃ ꝑmanēd · ij ·
quo ꝑmanēd · q fr̄es · ē q firmit te
nēdū · q̄s q̄ uos · In p̄ pte pmo ondit
q sit utilitas ī xp̄o manēciū · ꝯo quoꝝ
sit h utilitas · ſ · spūaliū n̄ carnaliū · q · n ·
ꝑ carnē · iij · ondit de quoꝝ nūo eos ēē
reputat · ꝙ de nūo spūaliū · uos aūt fr̄es
ī p̄ pte p̄ ondit ꝙ manētes ī xp̄o a dāp
nacōne libi sūt · ꝯo ondit ꝑ q libati sūt
lex · n · ē quo ⁊ ꝑ quē libari potuerīt nā
xp̄i ī xp̄o le · ij p̄ o ī libando leg īfirmitatē
· ij · xp̄i uirtutē · q filiū · dicat g · n · ꝙ ego
mēte ſuio legi dī · s; carne ſuio legi pcī ·

acc[illegible] [illegible] ẽe cũ xp̃o q̃ sũt cũ dãpnacõis. huius
. i. q[illegible] [illegible] carnẽ. i. carnis ↄcupiam ambulat
. i. hui[illegible] [illegible] obedi[illegible] carni. s; agit bona
uitã. [illegible] [illegible] ambulate & desidia carn[illegible]
[illegible] [illegible] lex. n. q. & possum ambulare ñ s[illegible]
car[illegible] lex. n. ut sic ↄtinuat. & uẽ ñ dãpna
[illegible] cui nã s carnẽ ambulãt. lex
[illegible] [illegible] . i. spc. s. qui dr lex. q̃ :
[illegible] [illegible] uitã d. p̃o. lex. dĩ ei. i. lex
[illegible] [illegible] lex spc. i. lex data a
[illegible] lex. s. fidi. qui uit. lex clemẽtie
[illegible] iore ei. spc iqm q̃ e dator uite liba
uit me. vbi. n. spc dñi ibi libtas. ij. cor
[illegible] libauit iqm a lege pcĩ & mortis. i.
a lege moy : q̃ dr lex pcĩ & mortis p occõ
nẽ. q̃ fuit aug[illegible] pcĩ & p ↄñs mortis
ul' a lege. p. & mor. i. a dñacõne fomitis
ↄiũcẽ cũ pcĩ. & p ↄñs mortis. libauit iq̃
& h̃ i xp̃o ihũ. i. p xp̃m ihm p q̃ grã & ũi
tas fc̃a ẽ. io. i. & io. viij. vitas libabit uos.
nã q̃. q. & uẽ i x̃ h ihũ. nã q̃ ĩpo[illegible] & c̃. hec
hũ sic ordinat. nã de mittẽs filiũ suũ ĩ
silitu[illegible] carnis pcĩ. et. i. & de pcõ dãp
nauit pcm ut iustificacõ legis ĩpleret.
ĩ nobis q̃ ĩpo[illegible] erat legi. dãpnare. s. p
cctũ ĩ quo ĩfirmabat ipa lex p carnẽ. h
refertur ad iustificacõnis ĩpletõm. dicit
g nã q̃ ĩpo[illegible] erat legi. s. dãpnare pcm
lex. n. pcm oñdebat ñ delebat q̃ grãm ñ
ↄferebat. ĩ quo ĩfirmabatur ipa lex. i. ĩ
q̃ ĩfirma & ĩpotẽs erat. s. ĩ iusticie pfcõne. q̃
heb. vij. lex neiem duxit ad pfcõm. in
firmabat. iq̃. p carnẽ. i. p carnales obs̃ua
cias que ñ iustificabãt. ul' p carnẽ. i. p
fomitẽ pcĩ amp̃ ĩ carnẽ p legẽ. de pr
filiũ suũ mittẽs. i. uisibilẽ faciẽs. bar. iij.
p h ĩ t̃ris uis. nã s diuinitatẽ ibi erat ñ
miss ẽ. io. i. ĩ mũdo erat. s; ñ eod m̃ q̃
ñ p vnionẽ cũ ñ hũa. mittẽs iq̃ ĩ silĩ nẽ
carnis pcĩ p nr passibilitẽ. phi. ij. ĩ silitu
dinẽ factus hoim. & ñ dicit ĩ carnẽ pcĩ. q̃
sicut dicit aug. certa oĩs hoim caro pcĩ. so
la illi ñ ẽ caro pcĩ. q̃ ñ eũ mr ↄcupiã
s; grã ↄcepit. & i. & . de pcõ dãpnauit
pcm ĩ carnẽ. h ẽ lr. p̃mo m̃ sic. dãpna
uit pcm. i. destruxit diab[illegible] q̃ ẽ actor
pcĩ. & de h pcõ. i. p pcõ ↄmisso suple
ĩ carnẽ xp̃i crucifixi. qui ĩnocẽs erat. q̃
. n. dia. mortẽ ĩno[illegible] pcurauit. dñs uos

[illegible] [illegible] [illegible] dãpnauit pcm. i. fomitẽ
debilitauit q̃ ẽ cã pcĩ. pcm dico pcedẽs de
pcõ p̃moꝝ pẽtũ. dãpnauit iq̃. & h ĩ carnẽ
filii crucifixi. q̃ ñ [illegible] hõ m̃ sic dñe ẽ
[illegible] [illegible] dico m̃ sic. dãpnauit pcm. i. dele
uit pcã nr̃a & h de pcõ. i. de pcĩ hostia
i. de se ipso q̃ fuit hostia p pcõ. sic accipr
pcm osee. iiij. pcm p̃li mi ↄmedẽt & h
ĩ carnẽ filii oblata p nobis ĩ cruce. pcã
. n. nr̃a ptulit ĩ corp̃e suo sr lignũ. i. pe. ij.
dãpnauit iq̃ ad h. ut iustificacõ legis. i.
quã lex pmisit ñ exhibuit. signit. ñ de
dit. ĩchoauit ñ pfecit. ĩpleret. i. pficĩe
tur ĩ nobis. gal. v. iiij. vbi uenit plenitudo
tpũs & c̃. dãpnauit g pcm mala auferẽ
ĩ edo. ĩpleuit iustificacõm bona ↄferẽdo
ĩ nobis dico qui ñ s carnẽ q̃ ↄ tẽdit deor
sũ. cor. n. q̃ corrũpit aggrauat aiam. sap.
. ix. ambulam. opa. s. carnis facim. ei opa
deditam. gal. v. manifesta sũt opa car
nis & c̃. s; ambulam. s spm q̃ m̃ tendit
sursũ spũalit. s. ↄuisacõ & spũalia opa fa
ciẽdo. gal. v. fruct' a' spc ẽ caritas & c̃.
[q. n. s carnẽ.] hic oñdit quoꝝ ẽ h utilitas
q̃ spũaliũ ñ carnaliũ. h aũt pbat p
p tpl'ũ defcũ ĩ carnalib'. p̃mo p de
fcũ sapiẽ. q̃ carnalit sapiũt. ij. p de
fcũ uite q̃ spũalit mortui sũt. nã pru
dẽcia. iij. p defcũ grẽ. q̃ dĩ aduersariũ sũt
dñi sapia. in p̃ pte p̃mo oñdit ĩ q̃b sit
sapiã carnalis. s̃o ĩ q̃b sapia spũalis.
q̃ uo. m̃ ĩ sa pte p̃mo oñdit effcũ sap. car
nal. s̃o effcũ sap spũalis. prudẽcia uo spc
dicit g q̃. n. q. iustificacõ ĩpleat ĩ nobis
qui ñ s carnẽ s; s spm ãbulam. alr. n.
iustificari ñ potam. n. q̃ ĩ q̃ s carnẽ sũt
. i. carni ↄsẽtiũt & s carnis desidia uiuũt.
iustũc. n. inuẽtab' ĩ eẽ s phm. s illi quoꝝ
de uẽt ẽ. phi. iij. que carnis sũt sapiũt
. i. ĩtẽti & curiosi sũt ĩ carnalib; carnalia
p oĩmis bonis ↄcupiscũt. & io ĩti eẽ ñ pñt
. i. cor. ij. aial' hõ ñ pcapit ea q̃ sũt spc dĩ
q̃ uo s spm sã. s. sũt. ul' s spm. i. s rom
uiuũt q̃ roi ↄsẽciũt. que sũt spc sẽciũt
. i. solliciti & curiosi sũt adĩplẽda spũ ↄtẽ
tanea. s. opa iĩterioꝝ. nã. q. & uẽ. q̃ sapit
q̃ carnis sũt ĩte ñ ẽ nã prudẽcia carnis dĩ s
ĩ agẽdis. i. prudẽcia. q̃ quis studiose agit
q̃ carnis sũt. ul' ĩ credẽdis. i. qua quis ñ
credit n̄ q̃ ĩ r̃o ñ reppit. mors ẽ. i. cã mortis

Joannis Boccacii Certaldi de casibus Illustrium virorum

LIBRI Nouem cuum historiis adfatim cognoscendis tum præclare instituendis hominum moribus Longe vtilissimi.





Uaenũdantur ab Joãne Goz-montio & Ioãne Paruo bibliopolis de re literaria optime meritis.



Joãnes Theodericus Bellouacus ANTONIO THEODERICO ET PATRVO Et MECOENATI SVO in Primis obseruando FOELICITATEM.



HEODOSIVS ILLE MACROBIVS Diligentior / nescio / an argutior sopnii Scipionis interpres / vir integerrime / quũ de varia insopniorum distinctione / de numerorum potestate / de stellis & virtutibus / cęterisque id genus acutissime (vt solet oĩa) disserit: In tantã sui admirationem solet nos adigere: vt perinde ac diuinũ aliquod ingeniũ aut numẽ suspiciamus ipsum & veneremur. Cęterũ de aĩa & perfectissima eius sapientia nõnihil verborũ faciẽs / ita pręscriptos humano captui limites excedit: vt tibi citra difficultatẽ persuadeas / aurea illa verba nõ a quoquam mortalium pręsertim ethnicorũ / Set potius ab Apolline quodã enarrata Etenim succulentam hanc sententiolam amplissimo dictorũ adprime notandorũ aceruo / ceu Rosam fragrantissimã violis numerosis interserens / Animæ (inquit) dum corpore vtitur / hæc est perfecta sapientia: vt vnde orta sit / de quo fonte manauerit / explorate cognoscat. Hinc illud ab aquinate satyrico iter festiua scõmata salis quidẽ seriique refertissima vsurpatũ est. E cęlo descẽdit γνῶθι σεαυτόν. hoc est: vt verbum verbo reddamus. Nosce te ipsum. O si mortales diuinũ hoc præceptum nobis imitandum proponeremus. Hæc autem vbi semel adque iterum icredibili quadã cupiditate / oculis raptim plustraui: arcana quadã vi verborũ adlectus / liguritori quam lectori similior / maiestatem sententiæ altius apud me perscrutor: diutiusque non oscitabunde quidem aut neglectim reputatam & tandem / ni fallor / inuentam supra quam dici possit admiror. Mihi nequaquam valens imperare / quin alios quoque scriptores properantius euoluerem / periculum facturus esset ne pręclarũ hoc dictum ab vno Macrobio literis demandatũ. Set dii boni. Quam longe aliter cõtigit: adque sperabam. Siquidẽ volutans ex decreto literaria veterũ monumẽta / ecce offendo maximam virorũ & eorum nõ paruę apud omnes ęstimationis cateruam aureoli huius apophthegmatis nomine certantium. Quod in causa fuit vt mihi dicto citius persuaserim immensam esse & abstrusissimam in tantillo verbo dignitatem. Plato in primis ille philosophorum Deus in charmide testis est locupletissimus tria illa inter omnia sapientũ apophthegmata vel maxime celebrata pro foribus templi delphici veluti digna Deo fuisse ab Amphyctionibus inscripta. Quorũ primum ẽ. Nosce teipsum. Alterũ. Ne quid nimis Tertium. Comes æris alieni adque litis miseria. Amphyctiones aũt fuisse publicũ gręciæ concilium septẽ constans ciuitatibus iam olim (vt es amasini Strabonis lector admodum sedulus) habes exploratissimum. Verũ Chilo Lacedemonius eam laudem sibi pręripi aio (vt credere par est) iniquo ferens / vultu tñ (vti phũm decebat) pacatiore pdicabat moris & eiusdẽ sane pletarii quondã fuisse (quod Dione

Macrobii commendatio.

Perfecta hominis sapiẽtia.

Iuuenalis.

Nosce te ipsum.

Plato.

Amphyctionum præcepta saluberrima.

Chilo lacedæmonius.

Prusensi magistro didicimus)In apollinis templo sapientissimi cuiusque senten
tias instituendis hominum moribus vsui futuras adnotari. Vt tũ prudentum vi
rorum præceptis tum oraculis deum consulẽtes iuuarentur. Qua nũquam satis lau
data consuetudine adductum se testabatur vt treis hasce voculas sua quidem soli-
Ouidius. us non amphyctionum Minerua(vt ferebat)excogitatas reliquarũ numero ad-
scribendas curaret. A quo deficiens noster Ouidius tametsi ad Pythagoram id pythagoras
gloriæ refert:sunt tamen qui ex Homero tamquam omniũ disciplinarũ oceano Homerus.
hanc quoq; sententiam defluxisse existiment. Quo fit vt tanta hominum varieta
Terentius. tate circumuentus facile adsentiar comico illi dicenti nihil esse dictum quod non
dictum prius. Etenim Antisthenii hoc Phemonoę adscribenti refragrans Dioge- Diogenes
Thales. nes laertius memoriæ tradidit Thaletẽ milesium Ionicę philosophiæ primarium laertius.
institutorem quondam rogatum quid factu iudicaret facile/quid itidem in pri-
mis difficile:respondisse Nihil sibi videri facilius quam alterum admonere. Ni
Quid facillimum. hil contra difficilius quam se ipsum nosse. Quod ne cuiquam fortasse videatur
a Thalete perperam difficile censeri:apud se velim quisque reputet quam laborio
sum quamq; sit arduũ philosophari. Quod si fecerit:iam animo complexus est Quid difficillimum.
quam sit elaborandum quantumque diligentiæ ad perfectam sui cognitionem ad-
hibendum. Quis enim Dæmonactem credat ementitum tunc se philosophari cœ-
pisse dictitantem quum seipsum cœpisset cognoscere: Set quid tantam colligen-
Demonax. dis hisce minutulis operam impendimus: Si quemquam rogauero num bene bea
teque viuere iudicandum sit difficile:eum mediusfidius responsurum confido ni
hil perinde vel summam difficultatem agnoscere vt bene beateq; viuendi studiũ
Quod si dederit:Confecta res est. Fateatur quippe necesse est supremam difficul-
tatem in absoluta sui cognitione versari. Macrobius enim primo in sopniũ Sci-
pionis commentario scriptum reliquit Cuidã (nomen supprimit) delphis ora- Macrobius.
culum consulenti/quonam itinere posset ad fœlicitatem vitæq;(vt tulliano mo- Apollinis
re loquamur) beatitatem peruenire/responsum ad hunc modum. Si teipsum no- responsum.
Sui cognitio ad vitæ beatitudinẽ necessaria. ueris. Cui sententię diuinus ille Cicero cui debent omnia latini/eo in libro cui Cicero.
titulum fecit de finibus/itidem in prima & quinta disputatione tusculana & infi
nitis prope aliis locis apertissime suffragat. Eique succinentẽ Marci Varronis to Varro.
gatorum peritissimi Satyram hoc titulo inscriptam γνωθι σε αυτον proxime est
Ouidius. imitatus poeta eo in libello cui titulus est de arte amandi inquiẽs Fama celebrata
per orbem litera cognosci quæ sibi quemque iubet. Porro(vt varię sunt hominũ
coniecturę)Plato ille fons omniũ disciplinarum huberrimus cuius auctoritatem Plato.
Cicero in tusculanis omni ratione potiorem autumat/vt pote cum quo se malle Cicero.
dicit errare quam cum alio quouis bene dicere. Honestus nimirum teste Quinti- Quĩtilianus.
ano est error magnos duces sequentibus. Plato inquam ille philosophorũ antesi
Apollo. gnanus desperans(vt opinor)mortale ingenium vsque adeo sapere posse p̄cla-
clarissimam hanc vocem non absurde Apollinis esse arbitratur. Cui(vt Ciceronẽ
prętereamus) accedit nobilissimũ illud Iuuenalis hemistichion paulo ante citatũ
Enimuero seu id muneris cuiquam mortalium debemus:seu(quod equidem lubẽ
tius crediderim) ipsi potius deo: vbi primum diligentiuscule rem sumus perscru-
tati/nobis incessit cupido & eadem ardentissima studendi & quę a fronte sunt &

quę a tergo solerter excutiens vt me intus(quod aiunt)& in cute cognoscerem. Pro magno itaque habuimus negocio vestigare operosius ad id consequendum quid nobis conducere opitulari ve posset in primis. Set quum nihil tam sit occultum nihil tam reconditum quin diligentia constantique studio inuestigari queat: incidi tandem fortuna duce in lusus vergiliani carmen/senem potius aut Socratē aut Platonem succosa verborum sētētia referens quam musę Vergilianę lusum iuuenilem/quo virum bonum & prudentem his verbis elegantissime depigi nō te præterit vir studiosissime. Vir bonus & prudens(qualem vix repperit vllum milibus e cunctis hominum consultus Apollo) iudex ipse sui totum se explorat ad vnguem. Et paulo mox ita subiungit. Et iusto trutinæ se examine pensat. En tibi vir ornatissime maronianus ille versiculus apertissime testatur/eum & dici & esse vere prudentem/qui iusta lance perpendens omnia/se totum ita explorat/hoc est/explorate cognoscit: vt ne minimum quidem aut boni aut mali interiores ipsius oculos fallere possit. Quibus sane verbis ad vnguem pensiculatis colligere est/ad perfectā sui cognitionē adque adeo ad vitæ beatitudinem duce prudentia gradum fieri certissimum. Quod si quis(vt sępenumero plumbei homines sumus) eo venerit amentię: vt inficias ire neutiquam vereatur: audiat quæso grauissimū illum Socratem /quem tantisper dum in viuis extitit non secus adque oraculum venerati sunt mortales: quemque(si Plinio credimus) apollo sapiētissimum iudicauit: fixim prędicantem virtutes omneis prudentias esse. Nec id mediusfidius absurde. Quum præsertim Platonis testimonio/qui prudentiam cunctarum virtutum reginam existimat: & moralis virtus sine prudentia esse non possit: & virtutum omnium lucerna/hoc est/prudentia instructus nullam moralium virtutum non sit consequutus. Cui non parum adrogat fidei carmen hoc Iuuenalis adprime sententiosum. Nullum numen abest si sit prudentia. Adde quod(si vera est Bionis Philosophi sententia) Tantum prudentia cæteris virtutibus antecellit quantum visus cæteris sensibus. Verum Deus optime maxime. Quam ingenio se quamque erudite suo more fingit HOMerus Vlyssem omnibus prudentiæ numeris absolutum a MINERua/hoc est/Prudentia edoceri rerum agendarum consilia: Hæc ei illa ipsa est quę poetis musarsacerdotibus imaculatam sacratissimæ Philosophiæ castimoniam fabularum tectorio velantibus/vt imperito isti vulgo nondum bonę literaturę sacris initito nequaquam prostituatur: argumētum dedit comminiscendi Bellonaȝ(quam Porphirius apud Macrobium esse prudentiam probat clarissime)& martis in prelium ruentis habenas regere: quadrigasque militares alioqui martio furore huc illuc inconsulte prolapsuras in præceps cohibere. Quod si bellorum ignes ardentissimos/impetus. Et vt(sic dicā)fulmina non rexerit solertissima Bellonę prudētia: Tantum aberit vel Marcellus aliquis aut POMpeius Annibal ve a victoria de hoste reportāda vt ne Mars quidem ipse Thersitę cuiuspiam meticulosissimi/si ei vel minimū insit prudentię/euasurus sit insidias. Set adhibeat(vt Cicero ait)oratio modum: & redeat illuc vnde defluxit. Ne igitur longiori huius virtutis commendatione nostra plus æquo turgescat pagina: pedem hinc exerere alio gressum flexuros oportet.

Vergilius. Prudens est q se pfecte nouit. Socrates. Plinius. Prudentiæ ludes. Plato. Iuuenalis. Bion. Homerus. Poetarum figmenta. Porphirius. Bellouaquare martis auriga. Prudentia bello gerundo adprime necessaria. Cicero.

Prudentia ad beatę vitę adeptionē cōmodissima.

Prius tamen admonitum te velim vir humanissime / bona me laboris adsumti parte defunctum. vt qui sedula disquisitione ad postremum apertius disserui & ad perfectam sui cognitionē & ad beatam fœlicēque vitā agendam nihil esse prudentia conducibilius. Quis enim (vt hoc quoque adiiciam) vsqueadeo aniliter possit delirare: vt imprudentem existimet / seipsum ad vnguem posse cognoscere? Aut mortalium aliquem prudentia destitutum / hoc est / omni carentem virtute posse aliquando / si diis placet / beatum effici? Profligata igitur prima nostri laboris parte superest excogitandum qua potissimum ratione ad diuinam illam prudentiam nobis via muniri possit certissima. Vt illac / quando res ita habet / ad perfectam nostri cognitionem facilior liberiorque nobis pateat adcessus. Quod quum scrupulosius perquiro: ecce non minus operosum laborem incidimus eo cuius nexibus implicatissimis iam nos expediueramus. Siquidem non facile mihi persuaserim breuem esse viam quæ ad prudentiam ducit. Verum ARISTOTELEM manibus euoluens ARIstotelem inquam illum cuiusuis disciplinæ promum largissimum / nostra spe citius hoc fasce grauissimo sum leuatus. Sexto quippe moralium libro prudentis officium esse tradit. bene consulere. bene autem recteque cōsulendi rationem docet adfatim ISOCRATES ille sapientissimus Dæmonicum Regem philosophiæ studiis ita instituens. Quum consulis: præsentia sumas in exemplum futurorum. Nam rerum gestarum memoria (ait PLVTarchus in eo libro cui titulum indidit de Liberis educandis) ad futurorum consultationem exemplum quoddam extat. Ecce tibi in aperto est vir perspicacissime nostram orationem quo sibi cursum destinauerat gradatim ferme processisse. Ipsa quidem luce clarius depræhendere est ex adductis in medium sententiis / eum bene beateque viuere / qui secretiora sui animi penetralia oculis non quidē noctuinis aut Lippientibus / verum aut lynceis aut aquilaribus introspiciens / seipsum nouit oculatissime. Eum vero se in primis & ad vnguem nosse / qui prudens optimo iure adpellari possit Ad hæc illum & esse & non iniuria dici prudentem in confesso est qui recte consulit. Et illum (vt semel dicam) bene consulere qui præterita sumit in exemplum futurorum. Non enim (vt ait MARCellus ad ANNIbalem) Istuc est sapere quod ante pedes nunc præsens est intueri: set quæ futura sunt præuidere. Quibus præuidendis opus est / ISOCRATE teste / præteritis in exemplum sumtis. Hinc est quod vulgo senes annorum plenos videre est iunioribus longe prudentiores. Vt pote qui quæcumque a puero & ipsis crepundiis ad senectam vsque viderunt / & experti fuere: in futurorum sumentes exemplum: sibi suisque cautius prouidere nouerunt. Qnamobrem non immerito BIANTI PRyENEO nostras omnium aures hac voce. Nosce qđ gestū est. vellicāti / subscribit celebratissimū illud Solonis prçceptū. Quo prçterita esse cognoscēda nos admonēs / ex manifestis (inquit) occulta dephende / hoc est / ex prçteritis vel visis vel aliorū relatu auditis vel apud rerum scriptores animaduersis futura deprçhende. A quo nihil diuersum est illud ISOCRAtis ad Nicoclem ita inquientis. Sçpenumero ipse tecum cogita & quç regibus & quç item priuatis hominibus adcidere. Nam si memoria re-


Aristoteles.

Prudētis officium.

Isocrates.

Bñ cōsulēdi ratio.

Plutarchus



Marcell° ad Annibalē.

Cognoscenda sunt prçterita.

Bias. Pryeneus.

Solon.

Isocrates

petas quę pręterierunt: his sapientius profecto consules quę futura sunt. Vnde constat eos non perperam sensisse qui prudentiam voluerunt ita esse ab omni cęcitate procul alienam: vt ipsam triplici pręditam oculo soleant depingere: Primũ ob pręteritorum recordationem oculum adpellantes memorię. Alterũ intelligentię/propter pręsentia Tertium prouidentię/propter futura. In qua sententia fuisse Senecam illũ e stoicis/Lactantio teste/acutissimum hęc verba satis superque declarant. Si es/inquit/prudens: animus tuus tribus dispensetur temporibus. Præsẽtia ordina. Futura prouide. Pręterita recordare. Nã q nihil de pteritis cogitat: vitã perdit. Qui de futuro non meditatur: fatuus adpellatur: & in omnia incautus incidit. Quandoquidem igitur tum ad perfectam sui cognitionem tum ad beataʒ fœlicemque vitam vsque adeo necessaria est rerũ ante nos gestarum cognitio: habes exploratissimum vir solertissime & quanti sit historia vel a minimo quoque faciunda: & quam sint celebrandi & ferme (si liceret) adorandi: qui suis scriptis suo sudore/suis vigiliis/non solũ sibi set posteris quoque viuentes cõmisere vt absẽtes pręterita perinde cognosceremus: ac si pręsentes ipsis gerundis non interfuissemus modo set etiam pręfuissemus. Eoruʒ sane opera & studio effectum est vt nihil sit quod senioribus in posterum iuuenes prudentiam iuideamus. Ipsis me hercle maior est auctoritas (vt pręclare scribit in duodecimo institutionum oratoriarum Fabius) quod plura nosse & vidisse creduntur. Cæterum vt prudentes efficiamur nullatenus expectanda est vltima ętas: quãdo clarissima historiographorũ monumenta iuuenibus quidem nobis id pstant: quod multorum annorum experientia senibus. Legendis itaque rerum gestarum historiis efficitur: vt pręteritis quoque sæculis vixisse videamur. Fac igitur (si tibi molestus non est liberior hic iocus) senem aliquem rerum suo æuo gestarum monumenta fideli memoria tenentem conferamus cum iuuene literarum adpetentissimo (quales plerosque est reperire) quem vel nullæ vel admodum pauculæ veterum historię fugiant. Quod si vnius ætatis gesta tui senis effœto præsertim corpore & ea in ætate constituti quam malam adpellat CICERO tantopere solẽt auctoritati conducere: quid totius antiquitatis ampla cognitio / Qualem quantamque dignitatem nostro iuueni & corporis & ingenii viribus egregie valenti adlaturam censebimus: Plurima certe in hanc rem proferre nobis erat in animo: quę suppressa ideo voluimus vt ne iunioribus verenda seniorum Bilis nostra quidem culpa in nos acueretur. Neue nostra dicacitate cõmitteremus/ vt integerrimis gręcorum Lacedęmoniis/ qui summum honoris culmen senilibus canis impendentes supremum glorię fastigiuʒ conscendere/nobis succensendi ansaʒ vltro pręberemus. Conuiciis enim quoad ei⁹ fieri potest/parcere cõtẽdim⁹/vt q nec Cuminũ serimus nec Rutã quã testat̃ i quarto Palladius maledictis & ĩpcationib⁹ lętiorẽ fœcũdioreq̃ ꝑuenire. Nec vsqueadeo rudi excordi ve desipimus animo/ vt nos ignoremus (si qñ bonitas illa diuina misellũ hũc homũtionẽ bñuola fronte respexerit) ad fœlicẽ illam venerandamque caniciem peruenturos. Si tamen (quod ait Cicero vir non vulgari/vt norũt oẽs/ingenii dexteritate) Ea nõ cognoscere q̃ ante te gesta sunt est semper esse puerum: ausim certe nec immerito historię peritũ tametsi pauculos annos natũ adpellare senem. i. prudentẽ. Imperitũ vero etiã si Euãdri (qd' in ꝓuerbio est)

Margin notes: Prudentiæ triplex oculus. — Lactantius. Seneca. — Quãta laude tollendi sũt historiographi. — Quĩtilian⁹. — Qui iuniores natu mi[n]oribus antecellant. — Iuniores possunt historia duce pręstare senioribus — Cicerõ. — Cuminuʒ. Ruta — Palladius — Cicero.

matre sit annc sior / non iuuencm modo set puerum quoque & imprudentem. Quocirca Fabritius mihi videri solet sapientissime ad Curtiuȝ his verbis scripsisse. Ego quidem te adulescentem mihi æqualem dilexi quia senectutis meæ ęqualem non quidem ætate verum studio / moribus / rerum præclare gestarum scientia / doctrina adque grauitate. Vnde non possunt non censeri prudentissime dixisse qui parentem virtutis & vitæ magistram historiam adpellauere. Siquidem historia faces quasdam ad virtutem & stimulos iniiciens / instituendis mortalibus velut speculum semper nobis visa est. In qua & humanæ vitæ leges clarius inspicias: & qua stimulante animus perinde vt latenti quodam igniculo ad optimarum artium cognitionem / ad virtutum imitationem / & cultum vitæ probatissimum adcendatur. Nec enim futilis aut vanus potuit esse patauimus ille historiographus cuius lacteam eloquentiam Diuus HIERONymus in Proęmio Biblioruȝ tantopere celebrauit. Ait autem Liuius historiæ vsum paucis complexus / in hæc verba. Est id præcipue in cognitione rerum salubre ac frugiferum / omnis te exempli documenta in Illustri posita monumento intueri: vnde tibi tuæque reipublicæ quod imitere capias: vnde fœdum incœptu fœdum exitu quid vites. Cui adcedit præclarum illud ISOCRatis ad Dæmonicum hæc verba facientis. Præclarissima Illustrium Virorum facta omni æmulatione pro viribus tuis amplectere. vt quemadmodum eorum nomen & gloriam plane beatam adque fœlicem adpellas: sic item res ab eis pulcerrime adque fortissime gestas imiteris. Cuius sane præcepti non immemor fuit / vt a PLVTarcho in politicis memorię traditū est / græcorum probatissimus THEMIStocles. Qui (vt sexcentos alios silentio prætereamus) quum adhuc adulescentem ageret. inter Gnatones Polyxenosque & Mulierculas ita volutabatur: vt nullis neque parentum neque præceptorum monitis potuerit illinc euelli. Ad posteaquam Persæ Miltiadis virtute & auspiciis in campis Marathoniis profligati sunt: nihil amplius per intemperantiam facere visus est. Quinimmo sopnum oculis capere non valens nocte vias publicas inambulabat. Quocirca mirantibus tam insperatam vitæ morumque mutationem dicere solebat Miltiadis tropæa neque se dormire neque ociosum ac desidem esse. Quid lachrymas enarrem CAESARIS in HERCulis Gaditani templo res præclare gestas ab ALEXandro contemplantis in pictura? His sane coniectari licet ad virtutem capessendaȝ quā sint vtilia mortaliū cuique / Illustrium Virorum exempla. Quę nusquam / si desint historici / reperias. Quod si quis aduersari nobis contenderit obiiciens esse leges pariter diuinas pariter & humanas: q̄ & securiori & breuiori cōpendio nos ad bene beateque viuendū instituere queant: hoc vnū responsum velim. Exēpla p̄ceptis esse longe p̄stantiora. Et mortales omneis impensius exemplo vel persuaderi vel dissuaderi quam pręceptis. Quod quidem non ignorans QVINtilianus / in sequundo supra decimum libro Institutionum oratoriarum his verbis suum oratorem admonet. Neque ea solum quæ disciplinis philosophicis continentur set magis etiam quæ sunt tradita antiquitus dicta ac facta præclare & nosse & animo semper agitare conueniet. Quæ profecto nusquam plura maioraque quam in nostræ ciuitatis

Fabriti⁹ ad curtium

Cicero.

Historia vitæ magistra

Historia est mortalibus speculum.

Diuushieronymus.

Tit⁹ Liuius.

Isocrates.

Plutarchus

Themistoclis exēpluȝ mēorabile.

Cæsaris lachrymæ.

Exēpla sūt p̄ceptis potentiora.

Quītilian⁹.

monumentis reperientur. An fortitudinem: fidem: iustitiam: continentiam: frugalitatem: contemtum doloris ac mortis: melius alii docebunt: quam Fabritii: Curii: Reguli: Decii: Mutii: aliique innumerabiles? Quantum enim greci precceptis valent/ Tantum Romani (quod maius est) exemplis. In omnibus enim (vt idem ait in sequundo) minus valent pręcepta quam experimenta. Et item in decimo/ Exempla potentiora sunt etiã ipsis quę tradunt artibus. Rursũque idẽ in sequũdo/ Exempla sunt in omni genere causarum potentissima. Itaque prudentissime PLVTARCHVS ille Cheroneus græcorum (pace aliorum dixerim) literatissimus Prudentissime itidem IVLIVS FROntinus/ quorum vterque/ ille Traianum Imperatorem suum discipulum ad Rempublicam prudenter sanctissimeque ciuili politia regendã/ hic vnumquemque militari disciplina formaturus dedita quidem opera colligendis aceruatim exemplorum cumulis insudauit. Quod nisi mordaculam eorum repręhensionem subuererer qui philosophi personam induentes tantum absunt a philosopho quantum coruus a cygno: dicerem apertissime philosophiam longo admodum interstitio historiæ sequi vestigia. Quod quum abunde FABII testimonio probatum sit: Tum etiam vel hac vna ratione colligi potest quod philosophia passim tantis extollitur præconiis/ propterea quod saluberrimo præceptionum fructu mentes hominum optime format/ & excolit ornatissime. Quæ omnia quanto fidelius pręstent animaduersa apud historiographos exempla non ambiget qui iam citata QVIntiliani verba scrupulosius excusserit. Cui adstipulans Columella in duodecimo rerum rusticarum libro nihil recte sine exẽplo fieri posse constanter adseuerauit. A cuius sententia tm̃ abest vt desciuerit Anacharsis ille Scythes: vt quondam rogatus quo pacto quis abstemius fieret responderit Si turpes ebriorum motus sibi ante oculos ponat. Eia age quando res huc sane prodiit. Nonne per deos immortales ipsa luce clarius fatetur Anacharsis esse longe potentiorem exemplorum vim quam præceptionũ? Scilicet ignorauit Anacharsis qui & ipsę philosophus erat nominatissimus/ esse innumera prope philosophorum pręcepta nimiam cibi vinique ingurgitationem vetantia. Credidit igitur nec abre vir sine controuersia prudentissimus vacillãtes incõpositosque gressus & plane ridiculos Polyphagi cuiuspiã voracissimi aut Bonosi bibacissimi ad vinum (vt ait PLINius) perdendum nati plus inspiciẽti ad belluinã ventris orexim vitandam collaturos/ quam omnia philosophorum omnium præcepta eius auribus in horas inculcata. Quod in causa fuit vt non inscite dictitaret Bias Pryenęus infœlicem eum esse qui nec ferre poterat infœlicitatem nec aliena meminerat incommoda. Si enim Rex aliquis Dionysium inferiorem (vt de cæteris nihil omnino dicamus) Tyrannidis adsertorem flagitiosissimum ob mores perditissimos ab Syracusanis regno meminerit expulsum Si TARQVInios ob illatam vim Lucretiæ Roma exactos. Si TyBERIVM Cæsaris aut Imperatoris nomine prorsus indignum (quem scelerum oim̃ sentinam merito dixerim) ab Romanis trucidatum nouerit: & ab eisdẽ in Tyberim per vias publicas vnco fœdissime distractum: Contra vero CAESARem Augustum ob mores vero dignos Imperatore deorum numero fuisse adscriptum

Quitilian⁹. Plutarch⁹. Iulius frontinus. Historici p̃stant phis. Columella. Anacharsis Plinius. Bias. Infœlix qs. Dionysius Syracusan⁹ Tarquinii. Tyberius.

pedibus(quod dicitur)& manibus mea sententia cõtendet: totisq; neruis elaborabit sceleratissimum istum Tyberiũ qui nominetur indignũ execrans Augusto illi fœlicissimo quam fieri poterit simillimus. Is nempe prudẽtissimus & habetur & passim vel ab aniculis dicitur: qui ex aliorum periculis & sibi & suis rebus prouidere nouit sapientissime. Nouerit sane ciuitas aliqua Gabios vrbem quondam nobilissimam versuta sexti Tarquinii fraude periisse. Babylonem illam celebratissimam Zopyri astutia in Darii venisse potestatem. Nonne sibi solertius in posterum cauebit quominus fraudulentæ hostium simulationi vel minimum confidat? Set nec tã multis vir prudentissime tecũ fuit agendum/qui ad amussim & normam exemplorum apud varios scriptores(quæ tua est diligentia)adnotatorum/tuos mores tuamque vitam ita effinxisti: vt (quod de Catone Vticensi ait Seneca) viuam virtutum imaginem & viri sapientis exemplar te nuncupare sit nobis admodum peculiare. Quum autem hac vna historiographorum lectione saluberrima tãtum profeceris/vt nulla virtus in te non eluceat splendidissima: tuam tamen supra veri fidem magnificam & regio aliquo principe dignissimam liberalitatem/cum qua nihil conferendum putauerim/plerumq; solitus demirari/ non solum euestigio cunctis ingenii viribus in ipso contemplationis limine destituor: verumetiam ita funditus obstupesco: vt vel minimam tam præclarę virtutis in te potissimum splendicantis particulam animo complecti me posse desperem. Tu enim (quod de Agrigentino Gillia tradit Valerius) es quidem opibus excellens: set multo etiam animo quã diuitiis locupletior. Semperque in eroganda potiusquam in contrahenda pecunia occupatus. Alios enim locupletes efficere(ait Ptolemęus Lagi filius in apophthegmatis Plutarchi) regale magis est quam locupletari. Adeo vt domus tua quasi quædam munificentiæ officina credi possit. Quippe nec mihi vnquam fuerunt arcę tuæ inexorabilibus claustris obseratæ: quinimmo incredibili beneficiorum cumulo de nobis ita es meritus: vt quod possides/mihi quoque semper fuerit commune patrimonium. Tu nempe ille ipse es/ qui bonis disciplinis a puero formãdũ me curasti diligentissime. Et ad sectãda sacrarũ lrarũ arcana(quo noie quãtũ tibi debeã nõ facile dixerim)quasi viaticũ ad eã peregrinationẽ abũde suppeditãs/robustiorẽ ętatẽ adcẽdis & aias. Et (vt quod sẽtio semel aperiã)Deo eqdẽ & parẽtibus qđ sim adceptũ refero. Cętera omnia tuo in primis quondam fratri & patruo nostro Ioanni Theoderico nulli dum vitali fruebatur aura virtute sequundo/ Cuius memoriam e nostro pectore nulla vnquam delebit obliuio/ Cętera inquam illi & sequundum eum tibi si me debere negauero: non poterit mihi nõ inuri turpissima ingratitudinis nota. Quę quantum semper fuerit a nobis aliena: olim iam certissimum fecisti periculum. Non quod gratiam beneficiis in me citra numerum abs te collatis respondentem aliquando retulerim: Set quia tuæ munificentiæ nunquam immemor(patieris enim si paululum hac de re glorier) tam fui semper tuis votis obsequentissimus quam tu in me liberalissimus. Nec mihi quis vnquam facile persuaserit laudatissimam illam gratitudinem non potius animi candore quam munerum copia metiendam. Quin potius inter hãc & illum nihilo minus interesse crediderim quam

Seneca. Liberalitas. Gillias liberalissimus. Plutarch9.

Cato. Vticensis. Valeri9 maximus Ptolemæus Gratitudo non muneribus et voluntatis prõtitudine metienda.

inter fluxam peneque momẽtaneam ipsorum munerum lubricitatem & æternam
Artaxerxis persanum regis. benignitas. animi immortalitatem. Quod in causa est vt ARTaxerxem Persarum quondam Regem potentissimum arbitrer literarũ monumentis optimo iure celebratũ. Cui (vt scribit PLVTarchus ad Traianum) obequitanti forte occurrens infimæ sortis homunculus agresti quidem ingenio & obtuso cæterum probo / aquam vtraque manu e proximo flumine haustã (vt cui nihil aliud esset) obtulit. Nõ enim cuiquã licitum fuit Persarum Regẽ vacuis (quod aiunt) manibus salutare. Iucundus autẽ ille & subridens tantillum rustici munusculum benigne suscepit: Non rei oblatæ vsu / qui nullus erat / ductus: set vehemẽti volũtatis promtitudine opidoquã delectatus. Set nec mortalibus tantum fuit peculiare dantis animum quã munus impensius intueri. Siquidem Athenienses ab Lacedæmoniis frequenter bello fracti ac profligati / humano destituti consilio / diuinum implorantes: Iouis Hammonis oraculum consuluere quidnam causæ foret quur quũ ipsi lectas ad sacra bidẽtes / tauros eximios & eos cornibus (vt tum consuetudo tenebat) inauratis deos imortales placaturi ad aras mactarẽt: nihilque huiusmodi facerent Lacedæmonii: victoriæ tamen gloria sæpius ad Lacedęmonios verteretur. Proinde responsum tulere tacitam & nullatenus ambitiosam Lacedęmoniorum orationem eo vehementius quam Atheniensium pompam inanem diis probari / quod deorũ est pectora non munera intuentiũ non tam adcurratis & elaboratis precibus exquisitisque cerimoniis quam alacri voluntate & mentis synceritate delectari. Quæquidem exempla nobis alioqui formidolosis ad audẽdum incitabula fuere. Vt quibus instigantibus nõ sumus veriti illustrem tuam maiestatem adeũtes / historias ab IOANNE BOCCACIO Certaldo collectas offerre. Perexiguum me hercle / si tui rationẽ habeamus / & sanequam exile munusculum. Atqui tuum genium historiis lectitandis admodum refici & recreari ꝓbe scientes / voluimus rustici illius Persæ exẽplo omnem ingratitudinis suspitionem hoc vno xeniolo / quãdo maiori non datur / excutere. Diis enim (vt ait Plinius ad Vespasianum) lacte rustici multæque gentes supplicant. Et mola tantum salsa litant qui nõ habent tura. Nec vlli fuit vitio deos colere quoquo modo posset. Tu igitur vir studiosissime si quando feriaberis: aut a grauiori studio ad mansuetiores iucũdioresque literas colligendi animi gratia teipse transferre voles / hanc leges BOccacii lucubrationem: In qua si nihil aliud reperias: at certe varietas / quæ & omniũ iucundissima / & fastidii dicitur expultrix: animosque teste Quintiliano reficit & reparat / tuas legentis aures demulcebit. Ad hoc paucula de BOCCacio ideo tibi pollicemur: quia virulentas momorum & (vt ait Cato) vitiligatorum lamiarumque linguas non ignoramus vt huic quoque operi nonnihil detrahant enixuras. Quam aleam quo es sublimior & maiori celebratione dignior / eo subeas frequentius necesse est. Est forsitan qui Boccacium propterea reprẹhensum iri censeat quod referendis plęrisꝗ historiis ieiunũ se admodum pręstiterit / non pauca pressius ꝙ pro historiographi instituto perstringens. Nec deerunt qui obtrectatione alienę famæ (vt ait PLInius) laudem sibi aucupantes non modo veritatem in pluscul is desyderabunt: set certe ipsi auctori dabunt vitio ꝙ interdũ turpissime hallucinatus a puro dicendi nitore pro-

Plutarchus

Iouis hãmonis respõsum.

Atheniẽses

Lacedęmonius.

Plinius.

Boccacij papatrociniũ.

Quitilian⁹.

Cato.

Plinius.

cul aberrarit. Quorum suggilationibus & calumniis abunde factum erit satis: si
(vt sinistram illius tempestatis non causemur infœlicitatem) BOCCAcius ipse
Terentius. hoc vnum Terentianum responderit / quod ait Seneca oportere homines in Seneca.
Homo sum. pectore sẽper habere. Homo sũ. Humani nihil a me alienum puto. Quod & PLI- Plinius.
nius his verbis expressit luculentissime. Nec dubitamus multa esse quæ & nos
Varro. prçterierint. Homines enim sumus. Adde ꝙ teste in rebus rusticis Varro:
ne non eadem omnia in eodem agro. Nam (vt verbis vtar Columellç) etiam qui- Columella.
cumque sunt habiti mortalium sapientissimi / multa scisse dicuntur: non omnia. Cicero.
Quitilian⁹. Quum Ciceroni (si QVINTiliano fides adhibenda est) dormitare interim
Demosthenis oratio verum etiam Homerus ipse videatur. Summi enim sũt:
Homines tamen. Fuit Boccacius (vt credere par est) suarum virium conscius:
Quæ tametsi grauissimç huic historiarum scriptioni erant impares: non proti-
nus ei fuit desperandum / omnisque scribendi fiducia prorsus abiicienda. Etenim
auctore QVINTILIANO excitanda mens & adtollenda semper est. Quan- Quitilian⁹.
Columella. do (siquid Iunio moderato credimus) nulla est disciplina / in qua non peccan-
do discatur. Et (quod ait in oratore tullius) Par est eos qui generi humano Tullius.
res vtilissimas quçrere & ꝑpensas exploratasque memoriç tradere cõcupierint cũ-
cta tentare. Nec si vel illa præstantis ingenii vis vel inclytarum artium defece-
rit instrumentum: confestim debemus ad ocium & inertiam deuolui. Set quod
sapienter sperauerimus perseueranter consectari. Summum enim culmen adfectã
tes satis honeste vel in sequundo fastigio conspiciemur. In omni enim genere
Columella. scientiæ teste Columella & summis admiratio veneratioque & inferioribus meri-
ta laus contingit. Quando etiam non adsequutis (vt locupletissime testatur Plinius.
Plinius) voluisse abunde pulcrum ac magnificum est: nihil est mea quidem sen-
tentia / quod Aristarchorum obeliscos & (vt dicam quod sentio) istorum fucorũ
aculeos Boccacii manes pertimescant. Set hæc ampliora quã pro orationis mo-
do. Tu igitur vir humanissime (qua es in omneis mansuetudine & clæmentia)
nostras hasce primitiolas primaqȝ tyrocinia quantulacũque sunt eo animo susci-
pias velim / quo tibi gratissima quçque soles. VALE maximum studiorum
decus: & me ita (quod facis) ama vt ne quid de summo tuo erga me amore detra-
ctum vnquam videatur. Vale iterum præsidium & dulce decus meum.

ℭHACTENVS DE HISTORIAE LAVDIBVS.

NOSCE TE IPSVM

INDEX. LITERARIVS

Rerum et verborum in opere sequenti

Præcipue notandorum index literarius IOANNIS THEO: DERICI Labore concinnatus.

¶De litera T


¶De litera V

¶De litera X

¶De litera Z

¶FINITVR TABVLA

Ad Lectorem.



T in magna ſylua (inquit Iunius Moderatus in ſexto Rerũ ruſticarum libro) boni venatoris eſt indagãter feras quãplurimas capere: nec cuiquam culpæ fuit non omneis cepiſſe: ita quoque nobis ſatis abundeque eſt ex tam numeroſo locorum in his libris deprauatorum cumulo aliquot repoſuiſſe & qua potuimus diligentia priſtino nitori reſtituiſſe. Quapropter ſi quæ verruculæ nondum emẽdatoria lima complanatę obiter & in tranſcurſu tuos legẽtis oculos offẽderint: id cãdide lector modeſte vt feras oratũ te velim. Non ei potuerunt preces noſtræ a calchographis impetrare: vt quæ inter imprimendum vel noſtros vel ipſorũ oculos errata fefellerũt huic indici collecta ſubnecteremus. Verebantur quippe ne quidquid erratum eſt: ipſorũ culpę & inſcitię (quod ſolent plęrique omnes) adſcriberemus. Tu igitur (quæ tua erit beneuolentia) boni omnia conſules. Hoc tamen vnũ abs te volumus exoratum/ vt nihil tua bilis inardeſcat/ ꝙ orthographiã ab vſu vulgari plane alienam ſectati ſumus: Non enim hæc ideo facta voluimus quia aut ita ſcribendum & ꝓferendũ oĩno cenſeremus. aut lectores in noſtram ſententiã adigere contenderemus. Set vt peritioribus hæc ſint quaſi incitabula exactius perſcrutandi rationes quibus aut eneruetur & funditus abrogetur hæc ſcribendi ratio quæ paulatim indies nonnihil virium & incrementi nanciſcitur. aut ſi probanda eſt: recipiatur. Quod ſiquis id ꝓcul abiiciendũ vel ſola cõſuetudine refragante iudicabit/ quũ orthographia teſte Fabio/ interdũ tempori ſeruiat: mihi parũ probabitur. Qui enim fieri poteſt vt iſti non vſui ſet vetuſto potius errori adſentiant: aduerſus omnẽ rationem aliquid factitãti? Atqui (inquient plærique) & literati & illiterati oẽs ſine cõtrouerſiã ita ſcriptitant. Hos igitur velim admonitos bonam eruditorum partẽ aliter ꝓferre ſcribereque & aliter ſcribendũ proferendumque cenſere. quos qui percontabitur veraces necne ſimus exploratum habebit. Adhoc quis peritorũ neſcit eam ſcribẽdi conſuetudinẽ Angelo Politiano Pomponio Læto & infinitis ꝓpe aliis inter literatos heroibus fuiſſe in primis peculiarẽ? Set quos iſti doctos adpellant velim rogatos/ quę ratio cõmiſit vt Quur Pequunia ſequũdus aquipenſer & ſexcẽta alia in cur pecunia ſecũdus acipenſer mutarentur: quum hoc nouiſſimum ab aquis teſte Iouiano defluxerit. Quare qui ad conſuetudinem nos vocant: ſi ad rectã (vt ait Varro) ſequemur. Omneis itaque remotiorũ literarũ ſectatores obteſtor & p oĩm diſciplinarum dignitatẽ obſecro. vt hæc/ ſi patrocinio digna/ iuuent: aut/ ſi idigna/ acutiſſimis rationũ telis conficiant. Set de his verbũ non amplius addam. Vale.

NOSCE TEIPSVM

Ioãnes Theodericus Bellouacus Florentio Collessonio et Ioanni Cultello adulescentum ingeniosissimis .S. .P. .D.



SOCRATEM ARTIS RHEtoricæ Præceptorem Clarissimum quem non magis libri bene dixisse quam discipuli bene docuisse testantur/adulescẽtes ingenui/ de Ephoro adque Theopompo discipulis sic iudicasse adcepimus: vt alteri frænis alteri calcaribus opus esse diceret. Mihi vero vestra duorũ ingenia bonis disciplinis formanda nacto nescio quid aliud contigit adque Isocrati. Quippe qui vos plane Theopompos nihil Ephori similes sine qua veritatis eleuatione constãter ausim adserere. Quum vltronea spontaneaque volũtate procliues adeo sitis ad literas obuiis (quod aiunt) vlnis citra quemuis aculeum amplexandas: vt adcensi feruore quodam ardentissimo rapi videamini. Semper enim summo in id studio incubuistis vt Fabij Quintiliani dicto audientes præceptorrem non minus quã ipsa studia amaretis. Memores (quantũ animi mei coniectura colligere possum) Charondæ illius legũ latoris nobilissimi. qui ꝓpterea publico stipẽdio & eodẽ amplissimo literatissimos quosque ꝑceptores qui tenellos adhuc ingeniorũ (vt ita dicã) agellos non optimis tñ literis set moribus quoque ꝓbatissimis excolerẽt/cõducẽdos curauit: qđ existimaret (vt vobis plerũque dictitare solitus sũ) doctis & bõis ꝑceptoribus plus nos quã parẽtibus quã patrię quã ipsi naturę debere. O dignũ tanto viro institutũ. O fœlicẽ nostrã tẽpestatẽ si vel vnũ Charondam tollere tandẽ possit. Nouerat sane vir prudẽtissimus & idẽ sapiẽtissimus viuere quidẽ nos parẽtũ munere. bñ vero & beate viuere ꝑceptorũ studio & opa. Set hęc paulo aliena ab huius ep̃læ instituto. Volẽs igr̃ vr̃o in me amori aliqñ rñdere/facturũ me opęp̃tiũ existimaui si his potissimũ Marci Fabij verbis parerẽ qbus in sequũdo ꝑceptores omneis ita sui officij admonet. Sumãt ꝑceptores añ oĩa parẽtis erga discipulos suos aĩ; ac succedere se in eorũ locũ a qbus sibi liberi tradãtur existimẽt. Quo ꝑcepto lõge saluberrio ꝑsuasus nõ potui quoquo pacto vr̃is ꝑcibus nõ dicto citius morigerari rogantiũ enixissime qua de cã hoc ĩ libro eã orthographiã simĩ imitatus quę tã aliena est a vulgari scribẽtiũ cõsuetudine. Itaque vobis hoc noĩe gratũ facturus ab ip̃o rei capite sumẽs iñ:ũ adscribẽsque ip̃a auctorũ citatorũ verba quã potero plurima/pingui tñ admodũ minerua/ꝑstringã breuissime: nullũ seruãs ordinẽ/nulli verborũ orõnisque studẽs ornatui. Paucula dũtaxat explicans q̃ varijs ĩ locis adnotatione digna dep̃hẽdimus. Pleraque sũt fateor minuta supra modũ & scrupulosa. Nonnulla nimis ãbitiosa & forsitã risu dignissima. Set q̃ non irrideant candidi lectores: si quo animo hęc fecimus non ignorauerint. Priscianus (vt hinc exordiar). In primo de literis/ita præcipit. D. trausit in C. vt accidit. quicquam. in g. vt aggero. in l. vt allido. in r. vt arrideo. meridies. in s. vt assideo. in t. vt attinet attingo. Subtrahitur quũ sequens syllaba ab s. & alia consonante incipit. vt aspicio. aspiro. ascendo asto hæc Priscianus. Idemque in sequundo de litera d ita differit. Hęc tamen ipsa consonans in/ad/præpositione mutatur sequente C. vel g. vel p. vel t. vt accumbo. accido. aggero. applico. appello. attingo. attinet. f/quoque sequente rationabilius. vt affectus. l. vt allido. r. vt arrideo. n. vt annuo. s. vt assiduus. Subtrahitur etiam in quibusdam/quum sequens dictio a gn. vel sp. vel sc.

Charondas legumlator

Priscianus.

incipit vt agnitus. aspectus. ascendo. Alijs enim sequentibus literis integra manet in compositione. vt adbibo. adhæreo. admitto. adquiro. aduoco. Frequenter tamen inuenimus f. vel m. vel l. vel r. vel s. sequentibus d scriptam. Vt adfatur. adludo. adrideo. admiror. adsumo. Errore tamen scriptorum hoc magis fieri puto quam ratione. hactenus Priscianus. Martianus item Capella in tertio nuptiarum Philologiæ Prisciano his verbis subscribit. D transit in C. vt accidit. in g. vt aggerat. in l. vt alligat. in p. vt apponit. in r. vt arripit. in s. vt assidet. in t. vt attinet. Quibus & suũ adijciẽs calculũ Diomedes ita scriptũ reliquit. D Consonãs muta tam adponitur vocalibus quã subiũgitur literis cõsonantibus numero septem his C. G. L. P. R. S. T. quæ succedũt in locũ eius. vt accipe. aggero. alligo. appete. arripe. asside. attende. Set qm̃ rem altius repetitã volumus: hęc quoque Donati verba subiiciem⁹. Pręp̃ões aut ipsa verba corrũpũt. vt cõficio. aut ipę corrũpũtur. vt affero. Quẽ locũ sic itꝑpretatur Sergius grãmaticus. Pręp̃ões aut ipa verba corrũpũt vt cõficio. Nã erat itegrũ facio. aut vtrũq; & corrũpũt & corrũpũtur. vt afficio. Nã affero qđ scribebatur p a & p d/ incipit scribi p a & p f. Magni faciũda sũt hæc sane testionia. Nec vulgarisũt auctoritate quos citauimus scriptores: & a quorũ snia vix audeas discedere. Set eorũ verba iubet impñtiarũ solertius ítueri. Colligit Priscianus d literã corrũpi sequẽte aliq̃ ex his literis. C. F. G. L. N. P. R. S. T. De reliquis nihil oĩno ꝑcipit. Maneat igitur itegra necessum est sequente b. vt adbibo. vel m. vt admoneo admiror. vel q. vt adquiro. Eos igitur velim rogatos qui se allido applico & cuncta id genus Auctore Prisciano scribere gloriãtur: quur adbibo admiror admoneo & adquiro eodẽ auctore nõ scribũt. Atqui passim videre est ab eis & scribi & proferri ãmoneo ãmiror abbibo & acquiro. Set nec Priscianũ ipsum satis possum demirari. Quid enim causæ est quur applico nõ adplico scribẽdũ ꝓferendũque censeat? Quod si id mutationis euphoniæ tribuat: qui fieri potuit vt nõ viderit: euphoniã hoc est bonũ suauẽque sonum esse in adgero abbibo adcido acquiro ammoneo/ & plærisq; alijs. Cacophoniam vero hoc est malum asperumq; in aggero. accido. adbibo. adquiro? Quid quod in attẽdo vix valuerit huius euphoniæ cui tm̃ isti tribuũt rõ? quũ vtra suauior sit ꝓlatio attẽdo an adtẽdo. adtingo an attingo nõ facile iudicaueris. Nec crediderim asperius sonare adplico quam adquiro aut adbibo. Set de tanto viro hactenus. Non enim ægithalli sumus aut Acanthyllides. quorũ nec cruor quidẽ quum interfecti fuerint/ cõmisceri põt. quod si forte miscueris: rursus (vt magnæ sunt odij vires) fluit separaturque. Decuit mehercle virum inter grammaticos primas sibi vendicantem aliter præcipere. Præceptorumque rationes adferre. aut eam imitari rationem scribendi quam ipse sua etiam tempestate obseruatam a plærisque tradit. D (vt sentiunt Diomedes & Capella) transit in. C. G. L. P. R. S. T. Fatentur ergo tacite quidem (eos enim nullam omisisse mutationem credibile est) adbibo. adfero. admiror. adnuo. adquiro. esse scribendum adque adeo proferendum. quam scribendi rationem quotus quisq; est istorum qui obseruet? Non possum igitur mente complecti cuius scriptoris testimonio freti nostræ tempestatis homines ita scriptitare soleant. Quamobrem audiendos existimo primæ notæ scriptores Agrætium/ Aulum Gellium / & Seruium Honoratum longe aliter præcipientes. Siquidem Agrætius in eo libro quem inscripsit de orthographia his verbis quod sentit exequitur. Attolit aggerat scribendum est. In compositione enim ad prępositio adcusatiui casus corripitur/ quum seruire vocalis incipit. Quando eam muta sequitur: in eam mutatur. Integra autem permanet: quando semiuocalis. vt adficit. adripit. Huius ratio reddenda est. Vocales omnis vocis principes sunt et dominæ literarum. Quæ sunt vniuersa fortiora naturaliter faciunt subiecta. & adiecta sibi protegunt. æqualia autem & resistentia elidunt. Nam quomodo nonnunquam inter se collisa franguntur: interdum & synalœpham faciũt: ita consonantes sibi creditas conseruant. Quarum virtutem necesse est vt semiuocales imitatæ vicinas sibi mutas tueantur. Hactenus Agrætius. Cuius verba docent apertissime præpositionem/ ad/ si semiuocalis a tergo veniat integram manere. Sequente vero muta/ in eam mutari. Cæterum hanc præpositionis/ ad/ Antegritatem indiscriminatim seu muta seu sequatur semiuocalis recte seruari locupletissime testantur Seruius & Aulus Gelius. Siquidem ille in hęc Aeneidos Vergilianæ Carmen primi libri Quæ vis immanibus adplicat oris? Hęc memorię tradidit. Adplicat nunc per d prima syllaba scribitur. Antiquitus autem præpositio vltimam literam in vicinã mutabat. Sequundum vero

Martianus capella.

Diomedes.

Donatus. Sergius.

Priscianus.


Ad præpositio qñ ĩ cõpositiõe seruari debeat integra.

Adplico nõ applico.

Adfatim. euphoniam per a tantum. Cui ſubſcribens Aulus Gellius in ſeptimo noctium atticarum oſten
Adfabre. dit ex ſua & Anniani Poetæ facundiſſimi ſententia adfatim adſabre adprobe adprimus adpri
me. & cætera id genus per/d ſcribenda. Cui ſententiæ vel vnum ex iſtis vix reperias qui adhę
Adprime. reat. Erat nobis in aīo ipſius Gellii verba hic adponere: & ipſam diſputationem pluribus teſti
monijs nec pœnitendis producere. Set dum hæc raptim colligo: ecce mihi calchographi verbo=
rum diſputationiſque menſuram tribus pagellis definiunt. Quod quam moleſte tulerim non
eſtis inſcij. Proinde cogor aut omittere cætera: aut ea quaſi ieiune admodū percurrere. & quos
habuerimus auctores q̄ſi in trāſitu citare. Set dum hæc tā mītis cauſamur: Papyri & Cartharū
non mediocrem facimus iacturā. Sequuti igitur Marcum Fabium Quintilianū/a cuius ſenten=
tia diſcedere quaſi piaculum exiſtimo/ſcripſimus ad pro at. adque pro atq;. Cotidie pro quoti= Ad pro at.
die. quidquid & quidquam pro quicquid & quicq̄. Quamuis Priſcianum/Martianum Capellā/ Adque.
Diomedem & Caprum grammaticum aliter ſenſiſſe non ignorarem. In toties quoties alioqui Cotidie.
ſine n in circūeo ꝓ circueo/auctorē habemꝰ Caprū grāmaticū. Qui vt plęriq; oēs/ꝑcipit haud ad Quidquid.
uerbiū/d/lr̄am finalē habere. Quū Phocas in libello de aſpiratiōe tradiderit haud aduerbium Quidquam
Haut pro haud. aſpirationem ideo ſuſcepiſſe vt differat ab aut coniunctione. Quod ſi haud aduerbiū/d/litera
terminaretur: nihil erat opus ad diſcretionē ꝑpoſita aſpiratiōe. Huc adcedit ꝙ Iouianus Pōta=
nus vtrūque ſcribit/t/literā finalē apud ātiquos habuiſſe Quodannis ꝓ quotannis auctore Poli Quodānis.
tiano ſcriptū reliquimus. Huic dictiōi Pulcer aſpirationē detraximus imitati Marcū Varronē & Pulcer.
Fas. ipſius dictionis originē. Siquis ei velit aſpirare auctorē habebit Valeriū ꝓbū in Catholicis. Fas
Fama. nefas fama ex Valerio ꝓbo & Varrone. Inchoo cū Iulio Modeſto/nō incoho cū ꝓbo. Hiems & Hiems.
himber auctoribus phoca Varrone & Iouiano Pōtano. Siquis hyems ab origine græca traxe= Himber
Honus. rit: nihil moror. Honus cū Gellio & Seruio/nō onus cū Phoca. Arena ab areo cū Pōtano/nō ha
Cælum. rena cū Phoca. Niſi ab hęrēdo dicatur harena. Solers a ſolus & ars/nō ſollers qđ iubet Capella. Solers.
Sopnus. Sopnus cū Philelfo ab hypnos gręca dictione. Capella tn̄ dicit p lr̄am i m mutari dicendūque
ſomnus. vtrū vultis āplexemini. Cælū nō cœlū ex Plinij ſnīa. qui cælum tradit a cælādo nomen
Demtus ſumſiſſe. Set/nō ſed ſcriptū volui/quū Raphaelis regij & alioꝝ ſcriptis illectus. Tū viri nr̄a ætate Set.
pro demptꝰ peritiſſimi cū quo nōnihil ē nobis cōſuetudinis rōne pſuaſus. Dicit em̄ ſet quaſi ſi et dictionē eſſe
Graccus cōpoſitā. Graccus nō gracchus ſcribēdū docet ex Varrone Baptiſta egnatius. Demtus Comtus
nō dēptus cōptus ſcribit idē Egnatiꝰ. quū in demo & como cū quiſque id genꝰ nullū p reperiri poſſit.
oſcenus nō obſcœnus ſcribēdū putat Feſtus Pōpeius ipſā trahēs dictionē ab oſcis cāpanię pplis. Oſcenus
Lacrimę Lacrimę & lachrymę ſcripſimus. Hoc/gręcā deriuationē imitati/illud Iouiano Pōtano ſuadente
Lachrymę. qui lacrimas dici tradit quaſi lacerimas ex aī ſc; laceratōe. Cauēdū eſt (inqt Pōtanus) ne dum
græci videri volumus nos eē latinos obliuiſcamur: q̄ igr̄ latinoꝝ ſūt ęgre fero plærūq; gręcis ad= Multa pro
ſcribi. Multa ſcripſimus ꝓ pœna nō mulcta. Deſcēdit eni ab adiectiuo multus. ta. tū. Qđ ſiquis mulcta.
C adiectū dicat diſcretiōis cā: nugas egerit. Quur eni (vt ſexcēta alia omittam) vitiū nc̄m ſin Quur.
gularē & gt̄m pluralē a recto vitis nō diſtinguit orthographia? Quur quaſi qua re. Sequundus Sequūdus
quia a ſequor deſcēdit vt ſequutus & loquutus a loquor. Coquus a coquo. Catena non cathena Catena.
Theoderi quia teneo verbū aſpiratiōe caret. Tus auctore Seruio nō thus. Poteramꝰ & Theoderichꝰ cū Ra Tus.
chus. phaele regio ſcribere. Reliq̄ parti chartæ pœnuria ptim dedita opa ſupprimimꝰ. quę apđ varios
ſcriptores adnotare ipſi poteritis. Nemo ei teſte Varrone repħēſus eſt. q e ſegete ad ſpicilegiū
reliquit ſtipulā. Atqui nō me præterit quā ſit difficile (vt ait Plinius) nouis auctoritatē obſoletis
nitorē dare. verū libera (vt ait inſequūdo Fabius) vel cōtra receptas pſuaſiones rationē ſequen
ti ſnīa eſt. Quod igitur quiſque maxime ꝓbauerit: id imitabitur. Nec me hinc dimouere ten=
tet aliquis dictitans vſum iamdiu aliter ſcriptitaſſe. Huic enim reſpondero vidēdum eſſe apud
Quintilianum quid ſit vſus. Adde ꝙ (vt ait Angelus Politianus) Conſuetudo ſine veritate ve
tuſtas erroris eſt. Suamque conſuetudinem (vt ait Varro) Si mala eſt quiſque corrigere debet.
De his igitur hactenus. Nam (vt ait in primo Fabius) Si quantum de quaque re dici poteſt
proſequamur: finis operis non reperietur. Vos interim valete noſtri nunquam immemores.
Orthographiamque rectam diligenter obſeruate. Non enim (vt ait Fabius) eſt aliena re s quæ
fere ab iſtis negligi ſolet cura bene ac velociter ſcribendi/quia eodem teſte quod male ſcribitur
male & dici neceſſe eſt. Iterum valete noſtri animi delitiæ.

¶ FLORENTII COLLESSONII RO:IENSIS AD IOANNEM THE:ODERICVM IN PRIMIS ERVDITVM Praeceptorem Suum impensius obseruandum Carmen Elegum.

Huc age mantoi clarissima musa Maronis
    Huc huc meonii grande poema senis.
Huc ades augustę laudator Naso puellę.
    Huc veronęum docte Catulle decus.
Non remorere tuum memphitica terra poetam.
    Adque suum vatem bethica mittat humus.
Nec te mecœnas properantem Flacce moretur.
    Huc deflecte citos comte Tibulle pedes.
Explicet aureoli iamiam vim Tullius oris
    Tullius Italici gloria rara soli
Ferueat orandi summus Demosthenis ardor
    Quem locat æthereo dorica terra polo.
Vt semel absoluam: musarum quidquid vbique est
    Huc properos Phœbo præside ferte gradus.
Vestra Meduseos profundant ora liquores
    Verba que pympleis promite mersa vadis.
Nil nisi castalium roseo manauerit ore
    Nil nisi diuinum vestra labella sonent.
Sarcina grandis inest. totis incumbite neruis.
    Quidquid habent laudum delphica plectra sonent.
Hoc etenim in sacris miles gratissimus armis
    Vester Ioannes munere dignus adest.
Nempe omneis næuos obelis expunxit acutis
    Boccacii in cunctis qui iacuere libris.
Quare agedum meritas Florentia soluito grates.
    Vestra canant lętos agmina læta modos.

 ¶ Τῷ θεῷ χάριτας. 

¶IOANNIS Cultelli Aruerni ad Petrum Aimeriũ auun-
culũ suũ vtriusque iuris peritissimũ Florẽtiæ querela
ELEGIACA.

Ah mea q̃ tristis rumpit præcordia mœror.
  Os crebros gemitus flebile pectus agit.
Illa ego quæ fœtu Certaldum enixa sequundo
  Gaudebam: miseris obruor ecce modis.
Annosum innumeris superem si nestora sęclis:
  Tot male fœlicem sęcla sinistra manent.
Nam meus ille meus meus ille Bocacius.eheu.
  Intempestiuo cessit ab orbe die.
Ast proprios nitido tersisset pumice libros.
  Hoc inuiderunt fata maligna decus.

¶Quartum a fine huius epigrãmatis carmen nemo carpat nisi recepti alicuius scriptoris carmen citauerit.

¶Sapphicum Picardiæ florentiã adloquẽtis Carmen.

Flebiles dedisce misella questus
T e mei curant decoratam alumni.
H uius idcirco gemitus acerbam
  E xue pestem.
O rnat informem velut vrsa massam
D um frequens lambit: ratione eadem
E n Ioannes meus hinc lituras
  R eiicit omnes.
I s tuum necnon triplici reduxit
C odicem incudi: studiosiusq́
V ellit ingenteis maculas: vt aurum
  S ubdere posset

¶Eiusdem Cultelli Carmen Hendecasyllabum ad magistrum Philippum Balicquetum

Florentia gratias agit Ioanni Theoderico
huius voluminis emunctori dilig̃etissimo.

O fons gorgoneo ruens fluento
Rarum Bellouaci iubar nitoris/
Nostrum insigne decus/quis hoc laboris
Nostro nomine/quis sat eleganti
Laudabit modulo/canens honorem
Qui summus tibi debet exhiberi:
Quod vero liber hic datus nitori
Per te/Boccacium refert ab vmbris:

¶Τελοσ.

Joannis boccacii Certaldi De Casibus illustrium virorum.

LIBER PRIMUS.

Foeda virorum illustrium caecitas.

Exquirenti mihi quid ex labore studiorū meorum possē reipublicę vtilitatis adferre/mores hominū illustrium maxime obtulere sese obuiā: quos dum illecebres turpiq; libidine foedos intuerer: effrenesq; non aliter quam si. Fortunam in sopnū perpetuū soporassēt hærbis aut cantato carmine: suosq; principatus ferreis vncis adamātino in scopulo firmassent: aduerterē: Nec ob id solum cæteros pro viribus premere: quinimmo & in ipsū rerum oim opificem stulta quadam temeritate consurgere cernerem: obstupui. Et dum dānarem dementiam: longam que pii patris patientiam admirarer. Ecce in mentē incidit quod quærebam. Quid enim hac charitate ciuilitati mortaliū & saluti perpetuæ vtilius: quam oberrantes si possis/in rectuz tramitem reuocare? In quod & si hactenus eloquentissimi & sacra pietate conspicui viri persæpe conatu maximo elaborauerunt: non inofficiosum existimo: si vt ipse (quamuis par viribus non sim) eos a sopore letifero in uitalē: vigiliā excussisse tentauerim. Sane quuz tales oscenis voluptatibus adsueti difficiles animos demōstrati oib9 præstare consuerint: & lepiditate historiarum capi nonnunquam: exemplis agendum ratus sū.

Visus historię.

Et quid deus siue (vt eorū more loquar) fortuna i elatos possit/describēdū. Et (ne in tempus aut sexum cadat obiectio) a mundi primordio in nostrum vsque æuū consternatos duces: illustresque alios tam viros quam mulieres passim disiectos: in medium succincte deducere mens est. Absit tamen vt omnes dixerim. Quis eni mortalium tanti foret vt infinito posset labori sufficere? Set ex claris quosdā clarissimos excerpsisse sat erit. vt dum senes fluxosq; principes & dei iudicio quassatos in solum/reges viderint: dei potentiam: fragilitatem suam: & fortunæ lubricum noscāt: & lætis modum ponere discant: Et sic aliorum periculo suæ possint vtilitati consulere. Porro ne continua historiarum series legenti possit esse fastidio: morsus in vitia: & ad virtutem suasiones inieruisse quandoque tam delectabile quam vtile arbitratus: adnectam. Cui tam sublimi cœpto ac successui is queȝ penes potestas est omnis/supplex precor/fauēs adsit: & in sui nominis gloriam quod scripsisse dederit ipse conseruet.

Fortuna est ipse deus. Propositio.

Huiusce libri vtilitas.

Innocatio.

De Adamo & æua.

Adamus. æua.

Maiorum nostrorum dum flebiles casus mente percurro: vt satis dignū principeȝ infortuniis/ex multitudine deiectorū adsumereȝ: Ecce senes adstitere duo tam grādi annositate confecti: vt vix artus tremulos posse trahere viderentur. Quorū sic alter. Vti primi vir & vxor auctore deo cælum auximus: Sic suadente diabolo fortunę lubricū experti sumus. Et ideo pręter nos nemo decentius operi tuo pręstabit initiū. Ego intueri decrepitos: mirari homines/extra naturę officinam productos/ mortalium parentes omniuȝ: & paradisi ante obitum incolas: stupens cœpi: & lubens præferendos adsumsi. Fuit

igitur ex limo terræ/dei digit o compactus adamus: diuino adflatu viuus: & ætatis integræ homo fact⁹: Et ex agro q postea damascenus/datis noib⁹ animalib⁹ cæteris/creatoris ductu/in paradisum deliciarum translatus est. Ex cuius primaʒ qui etem sumentis latere / artificio summi patris / æua matura viro producta/ei non ad solicitudinem (vt hodiernę sunt coniuges) verum ad solatium iuncta est. Qui tā celebris tamque sublimis loci possessores effecti: vnica tantum coerciti lege/sibi Inuicem complacentes/circumuagari: Intueri cuncta: secum loci delicias meditari eisque frui cœpere lætantes. Erat ibi videre/solum distinctum mille florum coloribus/ virore perpetuo gaudere. Proceras in cælum arbores/placidas vmbras æterna fronde præstantes. Inter quas illa vitæ stabat egregia & spectabilis sapiētię boni malique. Fluuios insuper ex fonte purissimo adque viuo/mira scaturigine vndis argenteis pleno alueo effluentes: tinnitu quodam suaui/facilique flexu/cunctam terram irrigantes. Inuisa mortalibus nemora/leni aura percita: & inaudita auiū garrulitate sonora Quid multa? Sol ibi maior. Luna cādidior. Sydera clariora. Et inuiolata serenitas. Ibi res noxia nulla. Securitas itegra. Et trāquillitas sempiterna. Huius tam exoptandæ regionis habitantibus p̄mis / loco circūstrepentis turbæ regnantibus colloquutor & socius deus erat/cuius p̄fecto presentia lætantur omnia. Officia longissimi ordinis ministrorum: quibus vtuntur vt plurimum celsiores: supplebat vltro angelorum cohors inclyta: & natura rerum desyderiorum omnium conscia. Vestes ostro conspicuas/gemmis insignes & auro/splendor verus & indeficiens/nudorum ambiens corpora/faciebat. Ergo (ne longius per infinita commoda vager) grandis immo incomparabilis parentum nostrorum fuit fœlicitas. Sed expecta paululum. Vti quāmaxima erat: sic repente in extremam fere miseriam versa est. Nam dum noui tam mūdo quam loco incolæ cura soluti læta fruerentur amœnitate: Inuidia motus adfuit hostis: falsaque suggestione/in ardorem superandę legis impositæ: mentem mulieris illexit: & illa viri. O cæca rerum cupiditas. Hi quibus rerum omnium dante duo/erat imperium: dum se etiam per inobedientiam deo similes effici arbitrantur: misere cœperunt esse mortales. Hoc tam detestandum facinus/malorum omnium radix: & humani generis exitium fuit. Per hoc/quasi reseratis postibus/victricia vitia orbem intrauere terrarum. Nuda egestas & solicitudines anxiæ. Pallentes morbi. & suo graui pondere miseranda senectus. Seruitus. Exiliū. Labor indeficiens. Et (vt multa in vuum colligaʒ) fortunæ ludibriū. ac cū his mors hoim certa & in nihilū fere redigens cūcta. Hi vero/qui peccantes secum posteritatē omnē suam damnauerant: patrato scelere/abeunte luce qua erant amicti/suam aduertentes ignominiam: quū petiissent latibula: obiurgati primo/demum splendida pulsi patria/inter inertes glæbas: & consitas deuenere vepres: & fame conciti/sudore victum quærere: Immite cælū/ nunc algore/nunc æstu/nunc peste pati: coruscationes crebras/tonitrua/ignitas fulgurationes/ventorum impetus/ferarum/serpentium/auiumque rabiem/adque mille rerum pericula/ & ipsā sibi quæsitam mortem pauescere cœperunt. Hinc suspiria/lachrymæque/ voces querulæ/& pœnitentia sera/ & cupido pacis inanis/ loca lætitiæ/quietisque perditę occuparāt.

Adami creatio.

æua ex adami latere.

Deliciarum paradisus.

Paradisi amœnitas.

Arbor vitæ

Primorum parentum fœlicitas.

Primaria hūanæ infœlicitatis origo:

Ærumnosa mortalium calamitas.

Quas insuper eis mentes suspicer/cernentibus ex duobus filiis alterum alterius mactatum nequitia/cadauer exanime: immobile corpus/tabido cruore respersum et insensibile? Quas lachrymas/quos dolores/quos horrores/et pauores illo vsque incognitos arbitrer? Inde alium transfugã/exulem/vagabundũ & postremo inter vepreta/lustraque ferarũ delitescentem/ nepotis sagitta confossum? Quanto res quidem nouior/tanto illis durior & amarior toleratu credẽda est. Nouissime quũ canos occupasse tempora/ægritudines ãnositatẽque hebetasse corporeas vires sensissẽt? qui imortales creduntur ꝑducti/in mortem/suo crimine/deuenere. Nam multis iam exanclatis laboribus/viso que orbe nongenties bis & tricies reuirescere totiesque senescere/magnã filiorũ adque nepotum cohortẽ relinquẽs in hebron descensurus ad inferos subtractus est adamus: ibidemque sepultus. Eadẽque lege æua senio fessa defecit.

Abel caini fraude cecidit

Lamechus: caini confossor

ætas adami

ℭAduersus Inobedientiam.

SI cætera desint exempla/vnum istud/ad euacuandam mentis ꝓteruiam suffecisse debuerat his qui elata in cælum ceruice/pedibus calcare sydera arbitrantur. Quid enim dũ insatiabilem cupiditatuꝫ voraginem complere contendimus: dũ cęluꝫ subigere stulta cordis opinione pẽsamus: dũ in ipsũ deũ naturæ imbecillitatis obliti/consurgimus: exitiale pręcipitium ante pedũ nostrorum vestigium non videmus? Pro dolor. Si adamus diuina manu compositus/ob inobedientiã vnam/ tam graui pœna multatus est. Quid de te homo natus ex muliere quod faciendum sit existimas? Qui vilipensis iussionibus sacris/superstitionibus/ambitionibus/rapinis/fraudibus/& mille peccãdigeneribus vno quoq̃ die/dum opere nequis/cogitatione saltẽ/in redemtoreꝫ tuũ nefanda cõmittis. Miramini miseri reruꝫ periturarũ reuolutiones adsiduas. Et lenibus pii correptoris torqueri flagellis conqrimur: audenterque improbi dicimus/patrem optimũ mandatorum mole nimia/ceruices honerasse debilium. O stolidi. An vt chimeram lyciam subigamus: vt colchis aureum vellus eripiamus: vt minotaurum agonibus superemus: aut quos euristeus labores iniungebat alcidę perficiamus/imperat deus? Absit. Leuia quippe iubentur: si inertia & amor improbus deprimantur. Quid enim decentius quam deum verum & vnicum credere: Eundemque pręcęteris venerari: & tota mentis adfectione diligere? Quam parentes colere: & amicos æqua secum charitate seruare? Quid sanctius aut facilius quam ab alienis substãtiis/ab ineptis amoribus/ab humano sanguine/a mẽdacio & huiusmodi spurcitia abstinere? Crucem insuper suam sumere: & eius imitari vestigia qui pro salute nostra se cruci permisit adfigi? Hæc dei iussa sunt: quæ etiaꝫ si non præcipiantur toto tamen ad ea capessenda studio deberemus vacasse. vt qui ratione animalia superamus cætera/moribus et quadam vitæ facetia etiam superiores essemus. Aperiamus ergo grauatos in vitium oculos: volẽtesque turgida colla flectamus: et timore deposito sacrum patiamur obedientiæ iugum. Vt dum illi vltro pauculos hos nostræ mortalitatis dies dicamus alacres/in sempiterna gloria quam parentum inobedientia abstulit/eius merito suscipere mereamur æternos.

Leuia nobis deus iperat

Exhortatio ad obedientiam

DE NEMBROTH.


RIPVIT vnda vindex humanorum scelerum/veterum infœlicitatum memoriam. Et ob id/vt a primo parente in longum euager saltum/opportunitas cogit. Nec vbi prius pedes figam inuenio: quaꝫ in eum qui rudibus populis primus imperare ausus est. Is enim vti conuenienter locum primum tenuit primus homo: Secundum tenebit/& merito/qui primus regnauit in terris. Quum igitur resedisset in ararath arca Iustoruꝫ seruatrix: cœpissetque paulatim instaurari genus humanum: ex cur nepote noes Nembroth natus est gigas: qui ob immanē tam corporis formam quam membrorum fortitudinem venantium pricipatū sortitus est: suaque suasione ab eius æui hominibus/in cœlū coniuratum est. Quorum vt quod in illud concepissent consilium frustraretur: duceꝫ suū sequuti/in Sennaar regione ab euphrate fluuio circundata/stulto labori dare operam cœperunt. vt Turris scilicet nubes altitudine excessura ne amplius delerētur vndis/ædificaretur: ea quidem amplitudine quam celsitudo videbatur adpetere. Quis non credat facile Nembroth/non tantum fœlicissimum hominum set se deum in terris alterum arbitratum: dum cerneret obsequiosam sibi hominū multitudinem tam ingentem: immo fere genus omne mortalium in fundamentum excogitati operis euiscerare terram/et pene quæsitis inferis/multitudinis feruore ingenti/turrim surgere/solum linquentem in æthera? Quis etiam ęuo nostro non illuꝫ potentissimum adque gloriosissimum: cui tot sint vires/vt ædificium simile possit extollere: arbitretur? Stat etiam eius his diebus (vt hi referunt qui viderunt) spectaculum ingens & admirabile. Aiunt enim longo terrarum tractu interposito quum serpentum timore noxiarumque ferarum/nemo ausus sit adcedere propius: non turris instar/set surgentis ex planicie montis molem fere vsque ad nubes adscendentem vidisse: quam cocto latere interlito bitumine constructam testantur etiam habitantes antiqui. Quod taꝫ ingens/cui nec ante nec post visum simile/ædificium maxima imperantis superbia surgens/dum iam fere nubes adtingeret: Factum est vt eius repente ceu ventorum impetu ceu diuinæ manus impulsu/non absque maxima obsequentium clade pars ex sublimi corrueret. Quid referam? Quod sapienti frenum in agendis imposuisset stolido fuit irritamentū. Redintegratis ergo a Nembroth aduersus deum viribus/non solum quod excussum ira creditur resartum est. verum ad excelsiora processum. Quasi non ad euitandas vndas ipostęrum set ad subripiendum opifici reruꝫ cælum/strueretur iter. Tunc vt satis diuinum adparet opus mirabile dictu/factuꝫ est/vt fabricantes qui vno loquebātur idiomate quasi ex composito inter se omnes varia loquerentur. Credibile satis est eos euentus nouitate cum rege suo quasi mente alienatos fuisse diu/Tandem cum Idiomate mente mutata/an motu proprio/an instinctu diuino/factum sit/nescio. Set a cunctis omisso turris processu/in tot multitudo taꝫ grandis et vnica/partes/diuisa est: quot linguarum in se varietates habebat. Nec aliter quam si foret natalis soli pertęsum/Nembroth rege suo relicto/& ex se creatis ducibus/sedes quisque pro se nouas petiturus/separati in partes orbis varias

Nembroth genus

Turris babylonica

Sēnaar quę et mesopotamia.

Superant adhuc turris vstigia.

Ruia turris

Idiomatuꝫ confusio

Opificum segregatio.

abiere. Sic qui pauloante rex numerosissimo populo imperauerat variante fortuna vices / priuatus fere solusque consedit in regno / spectator non minus imperfecti operis / quam possessor: quo dum nedum orbi set deo putat pauore3 iniicere / ab ipsa loci solitudine (vt arbitrior) pauefactus euanuit: Seu (vt placet aliquibus) superstitiosi dogmatis magister effectus / imperaturus particulae / secessit in persas.

Opificũ segregatio.

Nembroth euentus.

IN SVPERBOS.

ITE NVNC insolentes animi: et superbos in coelum scopulos / celsas arces erigite: ferreis muris / vallo & fossa cingite: adamantinis obserate foribus: et vigiles armatos imponite: quasi iniquitatibus vestris / & aduersus rerum motus tutum refugium fabricetis. Set ante in conspectu3 / molem inauditam turris babel / nutu dei paruo culmine quassatam / deducite. Vt dum videritis / cognoscatis an aries / an phalarica mortaliu3 / an ballista muris nequeat admoueri. Exigentibus meritis ex adytis terrę motus concutiet: ex nubibus fulmen eiiciet: Aut in cursum dolosus satelles consurget: qui cum principe suo hostibus arcem tradet. Mille sunt deo manus: mille tela: & artes totidem ad nocuos puniendos. Et si parum illi fuit tanti aedificii culmen eiicere: & demũ immutare sermones: quid illum aduersus vestra gurgustiola posse putatis: Ergo si sapitis tumorẽ ponite: & in humilitate firmate consilium. Hanc enim potest procella euellere nulla. Hanc nullus sęuientis spiritus prosternere impetus. Quiimmo adeo diuinitati curę est vt inter tempestatũ motus adsiduos / et confragosas / adque reciprocas inter se dissidentium fluctuum illisiones: floridior & victrix consueuerit semper emergere: & quoscunque turbines superare.

Vana potẽtũ custodia.

NIHIL NON ABSVMIT TEMPVS.

Saturnus suos liberos deglutiens.

NON INCONGRVE Saturnũ ex se genitos deuorante3 celebres olim finxere poetae: volentes sub hoc tã rudi cortice / Saturnus sumatur p tpe in quo q̃cũq3 gignũtur ab eo pcul dubio consumũtur. Nam si cuiuis rei pductae consumtor pepercit ignis: Si ferrũ conterens: Si delens aqua: Si terra vorans: tẽpus pręterlabẽs non relinquit inesse. Quiimmo quadã occulta taciturnitate / et isensibili dente / dũ fluit / minuit / & extenuat / adeo vt qđ quondã fuerat / tanquã nõ fuerit / in nihilũ redeat. Quot iperatores oli3 inclyti / quot illustres philosophi / quot insignes poetę / quot etiã plurias sũma cũ difficultate suis sęculis meruere laudes: quorũ (ne reliqua dicam) nomẽ etiam tpe consumtũ est / adeo vt nulla penitus ex eis sit memoria apud nostros: Innumerabiles arbitror. Inter quos non erit absurdum credere fere oẽs euanuisse priores. Et iccirco lector discretus mirabit minus / si hoc i pricipio / a fortũa deiectos rariores iueniet. Longũ qppe fuit inter Adã et Nembroth sęculorũ spatiũ: eo qđ ex mediis nil memorabile fere vetustas ostendit. quod ad praesens potissimę opinioni pertineat. Longũ est inter Nembroth et Cadmũ / de quo sumus euestigio inituri sermonem. Eo quod et si Vexoris vetu-

Temporis voracitas.


Vexores et Tanais reges.

Zoroastres magicę repertor.

ftissimi ægyptiorum regis/et Tanais scytharum/qui primi bella mouere nomi nasunt: Reliqua labentes anni adeo abrasere: vt latinis et mihi potissimum/nil vlterius notum sit. Similiter & Zoroastris Bactrianorum regis quem magicę artes a se repertæ nequaquam iuuare potuerunt quin esset regno perdito cæsus & postrema gloria nini. Sic de regibus Sodomoruz/quos/liberi quondam et florentes potentia quum essent: Assyrioruz tributarios factos tantummodo legisse meminimus Et pestes etiam agente mose nouimus pharaonis: eiusque submersum exercitum: set quæ eius regalis fastigii gloria fuerit/quod ad fortunę mutationem monstrandam opportunum est/vidisse non recolo. Sunt prȩterea & ogigis ac deucalionis diluuia: phaetontis incendia. Isidis fuga. Apis laceratio. & Erisicthonis fames. exiliumque gelanoris ab argis. & danai ab ægyptiis post nepotum excidium transfretatio. Necnon pandionis/philomela perdita/miseranda senectus. Et therei nefanda libido. scelestum stuprum. & nati Itis occisi lachrymabile malū. & alia multa tam græca quam barbara in tantum longȩuitate semesa vt ex illis/nisi hariolari velim/de residuo nil fere amplius quam dictum sit dixisse potuerim. Coactus ergo/non dicam in saltus/set in volatus longissimos/vsque ad Cadmum thebanorum regem cætera omittendo/deueniam.

ℂ DE CADMO THEBANORVM REGE.

Europę rapta. Cadmi exiliū. Bœotia vñ nomen sortita/ Spartæ Thebæ. Cadmi opera cōditæ. Semele Ino. gręci a cadmo lr̄as edocti. Hermione Autonoe Agaue. Semeles exitus.



SATIS vulgatum apud veteres est Agenoris regis tyri Europā filiam furtim ab Ioue cretensi fuisse subreptam Et ob hoc dolore percitum hanc eandem Cadmo filio imperasse vt perquireret: mandato superaddita lege/ne absque ea repeteret patriam. Qui quū naues conscendisset vna cuz selectis sociis/tanquam suæ virtuti dissonum opus mulieris vestigia perscrutari arbitraretur: indictum a patre exilium lubens adsumsit: Et sedes sibi sociisque petens in græciam nauigio adpulsus/suscepto ab apolline delphico de futuris responso/ bouem (a qua Bœotiam prouinciā postea nominauit) sequutus/eo deductus est/ vbi sedatis adcolarum insultibus/repressisque spartanorum obstaculis/ciuitatem condidit: Thebasque nominauit. Cuius Illico a suis rex dictus est. Et quū iam nō solum regno/set etiam fulgore quodam scientiæ/qua literarum characteres & doctrinā rudibus indoctisque populis dederat: fœlix videretur exilio: ad procreandam sibi prolem/hermionen egregiam forma ac nobilitate mulierē/sumsit vxorem. Ex qua quum quatuor filias suscepisset Semelen scilicet. Autonoen. Ino et Agauen quę decore adque venustate spectabiles/inclytis iuuenibus traditę in coniugium/sibi peperere nepotes. Vidit regius iuuenis (vt splendorem patriū omittamus) se ex exule regem: & quam ipse condiderat ciuitatem auctam: et læta prosperitate florentem. Coniugio insuper ac prole sese conspicuum. bonum quidez inter potissima fortunę munera computandum. Set nondum finis. Semele siqui

dem(vt aiunt)dilecta Ioui pregnans et icta fulmine/abominabili morte et adulterio infectam regiam linquens/periit. Hinc Acteõ autonoes ex aristeo filius/ spectabilis iuuenis in syluis a propriis canibus fere in oculis eius membratim discerptus est. Sic inde quo modo celebrantibus matronis thebano ritu orgia bacchi/ agaue furiis agitata/in Pentheum filium/quem ex echione marito conceperat/sacra ridenteꝫ cursu sese intulerit rabido. Incautumque seu telo seu claua misere interemerit/audiuit. Dura quidẽ toleratu/etiam in miseriis nato. Sane quum Cadmus vndiquaque factus miserior/vitam non opinione sua sed forsan diuina dispositione/ad miseriora reseruat: Ecce athamas cui iaꝫ apud thebanos regis erat cognomen & honor/in furorem lapsus/Ino coniugem leenam putans/paruulosque filios leonculos/clamore ingenti ædito/learcum vi ex vlnis matris euulsum totis viribus illisit saxo. Mater autem mœsta dum sibi timeret: et reliquos sequentem virum fugeret: vna cum melicerta ex abrupto montis vertice in mare se præcipiteꝫ dedit: Et cum filio absorpta deperiit. Et sic tam ex filiabus quam ex nepotibus/ quorum auxiliis senectutem suam sustentari/et nomen inclytum in clariorem famam deduci ad posteros existimabat: in calamitatem fere deductus extremam/ iam senex/longe magis quietis egens quam habilis ad toleranduꝫ exilium/ceu amphionis opera/qui post eum thebarum regnum obtinuit: vltimo iam senio grauis/cum Hermione pulsus regno: apud Illyricos gemebundus latebras petiit: apud quos ignota fere morte decessit. Et sic qui clarus phœnices reliquerat: et apud Bœotios solio in regio fulgens vixerat: obscurus & bis exul/apud Illyricos expirauit.

Acteon discerpitur.

Pentheus a matre dilaceratus.

Athamãtis furiæ.

Learcus saxo illisus

Inus & melicertæ casus.

Alterũ cadmi exilium

ℂ CONCVRSVS INFOELICIVM.



VTI IAM per varias successiones dilatatum genus humanum / omne terræ fere compleuerat spatium: Sic & fortuna reuolutionibus crebris / multorum miseria / sese periturarum rerum dominam demonstrarat. Nam prout hactenus insignium infortuniorum raritate / sæcula multa/inter deiectum vnum & alterum necessitate præterlabi dimiseram: Sic iam agmine flentium circundari me video. Nam dum vnum quærerem: repente adfuere quamplurimi. Stabat enim ante alios æta colchorum rex ob insignem magnificentiam/& diuitiarum nondum visum splendorem / a barbaris solis creditus filius: & querula voce execrabatur/in colchos thessali Iasonis aduentum: eo quod eius perfidia aureum raptum sit vellus. ægialeus filius nece flebili oppressus: & in insanam libidinem adque fugam medea deducta: & suum senium ex fulgore præcipuo in detestabiles tenebras deuolutum. Huic ꝓximus erat minos multitudine titulorũ spectabilis adque decorũ. Nã ante alia/nataliũ splẽdor erat. Quia quãuis ex asterio cretẽsiũ rege & europa agenoris natus sit: ob isignẽ tñ iustitiã et legũ ꝓmã traditionẽ cretẽsibus Iouis ꝑ ẽ habitus

æta colchorũ rex qre Iouis filius.

Iason aurei velleris raptor.

ægialeus. Medea.

Minois genus.

filius. Erat et insuper tam solii quam diadematis regii fulgor: et clarissimum eo aeuo coniugium Pasiphaes scilicet solis filię/ex qua(si fausta fuisset)satis conspicua proles suscepta Androgeus. Ariadna. & Phędra. Set vti androgei a megarensibus et atheniensibus indigne interemti mors doloris inexperti causa fuit. Sic dolor irritati animi illi incendiū memorandę victorię. Nam indicto bello non soluз megarenses & athenienses vicit. Verūetiam Niso Megarensium rege fraude filię occiso/illos sibi cum atheniensibus vectigales fecit: Iussitque sibi quodannis pueros ingenuos mitti: quos loco pmii statuebat agonis super androgei morte ad solamen inuenti. O instabilis mortalium gloria. Ex medio quippe tui/lachrymis oppletus querebatur minos nubeз surrexisse/caligine sua cuncta foedantem. Vcз compertum prędilectae coniugis adulteriū: inde partū. Solutas iugo athenas virtute victoris Thesei: Filiarum cum victore fugam. & suam dū Dedalum sequeretur mortem apud siculos a crotali filiabus illatam. Erat & Sysaras pręsens ingemiscensque se cananeorum regis pręfectum illustrem/cum ingenti exercitu a Delbora & baracho fusum. Seque nuper israelitis formidabilem/pauidum & cuncta timentem ab Iahele muliere celenidarū apud quaз fugiendo diuerterat: epoto lacte et in sopnum solutum altissimum adposito temporibus clauo ictu vnico ignominiose peremtum. Quid reges principesque madianitarum sequentes quū gemitu a parua Gedeonis manu deletos. Quid Iabinum qui primo israelitas subegerat: ab eis inde fugatum caesūque recenseamus: In longum nimis euaderem. Et oiз insuper moestissima iocasta thebarum Regina/summa cuз maiestate malorū obuia facta/vt de se scriberem maximis viribus impetrasse nunc potuit.

Pasiphae. | Androgeus. | Nisus megarēsiū rex | Athenienses minoi vectigales. | Theseus. | Sysaras ab iahele confossus. | Minois interitus. | Gedeon. | Iabinus rex palestinorū interemtus.

DE IOCASTA THEBARVM REGINA.

ERAT QVIDEM satis semel intrasse thebas: Set vt iterum illo regrederer/Iocastę grande infortunium potuit. Hęc enim ex claro ꝓgenita sanguine Laio thebanorū regi/primo suae ętatis flore/cōiugio iuncta: summa cum alacritate ex viro se filium concepisse percepit. Cuius dum tumesceret vterus cōsuluit de nascitura ꝓle Laius apollinē: audiensque se nascituri manu periturum: confestim qui nasceretur feris obiici iussit. Quod quam ęgre iocasta tulerit/et potissimum/dum se infantulum masculū peperisse cognosceret: permittā consyderare matronis. Verum is Phorbanti pastori regio datus/vt portaretur ad feras: quam in patre nō potuit infans pietatem/in pastore reperit. Qui dum ętati innocentiae compateretur: suo arbitrio regium est moderatus imperium: et pedibus perforatum gladio paruulum/vimine suspendit in arbore: et vagientem reliquit quasi moriturum inedia. Nec mora et ecce pastor aduenit externus/qui concisis vinculis/iā tumidū pedibus(ex quo illi post inditū nomē oedipus est)suscepit in vlnis: miratus execratusq̄ ſęuitiā suspēdētis. Et paulopost corithio vni largit⁹ ē. A quo celeri passu ad meropē Polybi corithiorū regis vxorē car ētē liberis clā ē delat⁹. Quę vna cū viro tāquā a supis missū loco filii suscepe et habuere dū

Laius rex Thebanorū vir iocastae. | Oraculum. | Phorbas istā tuli expositor. | Pēdet oedipus de arbore. | oedipus ad polybum delatus.

passus est O inexcogitati rerum euentus. Qui a matre sũma cũ tristitia vt abiice- retur datus est: ab incognita fœmina sũma cum lætitia est susceptus. Qui a patre abdicatus/morti que dãnatus est: ab alienigena in hęreditatē regni adoptatus est. Qui in syluis relictus vt moreretur: in regiaʒ est deportatus vt viueret. Qui nuper pendebat ex arbore nudus: regali circumuolutus pallio regiis baiulatur ab vlnis. Qui nunc syluas plangoribus replebat amaris: auribus regias dulcesque consola- tiones adsumit. Et qui a pastore pedibus perforatus fuerat: summa cura sanatur ab rege. Set quid multa? Quum in robustam adque formosam iuuentutem euasis set/moribus & animo imbutus regio/audissetque se non polybi filium/set ex syluis sublatum/in desyderium cognoscendi patrem incidit. Polyboque ægre pa tiente relicto/in cyrrham veniens/ab oraculo adcepit/se patrem reperturũ in pho cide: matremque demum in coniugem adsumturum. Quo stupefactus responso/ tandem deuenit in phocidem: Ibique orta inter exteros ciuesque seditione/cum la ius summopere ruentes in arma conaretur componere: exteris adhæreus immistũ cæteris laium sibi omnino incognitum feriens interemit. Thebas deinde veniens nec cognitus interemtor laii/ob meritum (vt placet aliquibus) occisæ sphyngos: vel (vt alii dicunt) quia polybi regis credebatur filius: Iocastæ adhuc cæsum viruʒ flenti coniugio iunctus est. Quam ipse/veritus ne meropen sumeret/quam ma- trem arbitrabatur: lubens adcepit. Et sic quod caute vitare existimat: ignarus in- greditur. Lætus demum regnans filios quatuor suscepit ex matre. Iocasta autem quum filiũ virumque delesset ex animo/regnans luxuque regio sibi indulgens/ se tam viro quam suscepta prole fœlicem arbitrabatur. Set ecce ingens ciuitati pe stis exorta est. Cuius dum suo ritu causam & expiationis modũ inquirunt: A thi- resia vate negatum est eam posse desistere/ni patris occisor matrisque incestator/ deponeretur a regno: et monitu superum hunc esse ostendebat œdipum. Quod non ante creditum est quam ab iocasta paululum/& a sene quodaʒ corinthio qui eum mortuo polybo vocabat ad regnum/certior redderetur. Hinc itaque non so- lum turbata lætitia: set tantus quoque exortus est dolor/vt lugente ignominio- sas nuptias suas iocasta/œdipus mori cupiens/insignibus regni depositis/ocu- los sibi manibus eruerit: seque perpetuę nocti damnauerit. Quam mœstitiam ri- sus filiorum ob eiectos a se oculos adeo exacerbauit: vt in eorum exterminiũ/fere dum vixit semper superos precibus fatigauerit. Qui dum votis eius sese faciles ex- hibent: factum est vt regnandi cupido æque filios ambos intraret: et non conue- nientes in seditionem acerrimam deuenirent quæ tandem hac lege pacata est. vt vicissim annis singulis regnaret vnus/altero exulante. Quod in furorem longe damnosiorem / non concedente etheocle polynici petenti anno exacto re- gnum / surrexit. Ne desyderio frustraretur œdipus. Nam Adrasto rege Ar- giuo socero polynicis duce/cum parte græciæ aduersus thebas itum est: Et ma- xima vtriusque partis clade persæpe pugnatum. Essent forte qui crederent œdipum audientem varios e specu bellorum adparatus: clangores tubarum: hinnitus equorum/populorum & pugnantium strepitus: vlulatus mulierum: et omnia multiplici turbine adque tumultu misceri in tenebris quasi voti

Mirãda fortunę mutatio.

Oraculum.

Laius a filio cæditur.

Iocasta filio nubit.

Etheocles Polynices Autigona et Ismyne œdipodis & iocastę liberi.

Pestis ciuitatē infestans Thiresię vatis respõsuʒ

Oedipus se ipse occæcat.

Etheoclis & polynicis dissidium.

Adrastus.

Paternus amori liberos ātiquari non potest

compotem gaudere. Ipse autem facile credam quod nullæ iniuriæ amorem patris in filios possint infringere: & ob id filios mutuis vulneribus occisos audiisse nō absque maxima cordis amaritudine putandum est: precesque pteritas / & indulgē ter deos querelis abundantique fletu damnasse. Heu dementes / sic filios gignimus vt etiam si iniuste damnemus: instantibus miseriis odisse non possimus. Iocasta autem in preteritam memoriam retrahens & pspectans se filium abiecisse: occisum fleuisse laiū: in virū genitū suscepisse: Illuȝ regnuȝ liquisse: et sibi oculos euulsisse: Reliquos qualitercumque genitos suos filios & dilectos / alterum regem obsessum alterum obsidentem & exulem. Et demum vastatis longe lateque agris / desolato imperio / in se infestis gladiis irruisse: suisque cecidisse vulneribus. tot dolorum / tot lachrymarum / tot miseriarum impatiens ense sumto quo manibus infoelicis œdipi laius occubuerat / eius in aciem sese dedit præcipitem: tristemque animam per vulnus emittens cum sanguine calamitatibus finem dedit infaustum. Sic igitur flos spectabilis iuuentutis iocastæ in fœnum conuersus exaruit. Sic gloriæ regiæ splendor in fumum conuersus / in auras euanuit. Sic nulla stabilitate firmata lætitia in certas conuersa lachrymas anxiam deduxit in fabulam.

Iocasta gladio se ipsa transfixit

Oedipodis exilium

Oedipus verò patre / regno / luminibus / filiisque / et nouissime matre eademque coniuge priuatus ad solatium senectutis instantis creontis imperio catenis honustus in exilium pulsus est. Quando vel quomodo quassatam laboribus animaȝ expirauerit legisse non memini.

Thiestis et Atrei Iurgium.

Sumseram calamum. et petēti theseo obsequiū daturus eram: Et ecce festinās pelopis infausta ples thiestes venit clamās. Siste qso. Ne scripseris. Oedipo ceu iocasta memoratu nō indignior ego sū. Si tibi tātus ardor ē aio: vt scelestos aut infoelices hoīes vno plus testimonio futuris linqre cures: ego qd post terga reliquor: steti. & ipe sequutus ē. Orbi toto / suis sceleribus / impię factionis hō atreus / notissimus est. Hūc ego fratrē / cū hostis esset / arbitratus sum. Hei mihi. eo agente quā dignas querelas habeo. Nam (vt annorū & iuuentutis meę fulgores omittam) ad inauditā illo tunc vsque miseriaȝ veniā. Hic ei miserū me fraude ab exilio / qd ipse violēter indixerat / qsi preteritorū malorū pœnitens / se velle fratrē regni participē fingens / in patriā suasionibus plurimis reuocauit. In quā postquā sūma cū mycenarū lętitia in casses ignarus veniēs icidi: qsi optata pda potitus hilaris (vt sinam fictos āplexus: nefaria oscula: lachrymas præ lętitia quibus ab eo susceptus sū: & amicabilia verba ob reditū meū) diis inquit se velle litare patriis. Nesciebā quas hostias illis iā atrox mente dicasset. Permisi lubēs: iturus ipse si pmisisset / quāuis mei meorūque in mea simplicitate prę nimio gaudio oblitus esseȝ: rata cordi eius credēs / q ficto monstrabat ore. Sȝ duȝ mihi quietē suadet: it ipse immanis cū psciis scelerū ad scelestas aras: ibique nō satellitis manu (diffidebat qdē auid⁹ nimiū. Et qspter eū fuisset tā ipius?) cultro iicto / vulnere vario / i specu dom⁹ abditissimo / triū inocēiū filiorū meorū sāguinē fudit & aīas. O fœdū apd thracas iferis / nedū apd spartanos diis domesticis / sacrū. Nec hoc illi sat fuit. quinimo qsi puiuiū frī celebre paraturus / vndis prīuisq

Atreus.

Reuocatur ab exilio thiestes.

Atreus suos nepotes trucidat.

Sol cursũ retro flectit.

mollitos filiorũ artus/epulanti patri in mensa comedendos adposuit. Qđ vtruȝ fuerit infandum/nolo verbis meis fidem adhibeas. Testis est sol reruȝ spectator omnium:qui stygia nebula obuoluto capite/ tam impiũ facinus abhorrens/ contractis equis in ortus rediit suos Noctẽque quam expulerat orbe festinam danais reuocauit. Nec in hoc sceleris finis Aureas pateras gemmasque in poculum aptatas/innocentum natoruȝ dissoluto sanguine spumãtes/ sitienti genitori iussit adponi Ignarus igiť membra filioruȝ comedi & sanguinẽ bibi. Nec ante cognoui/ quam nefarius homo occisorũ ora/ vocanti mihi filios / præsentaret. Sinã exiliuȝ meum .Sinam pœnas exilii /quę fere intolerabilia infœlicitatis gña sunt. Sinaȝ q̃ post hæc superuenerunt:lachrymas /calamitates /erumnasque . Et hoc vnũ iducã miser:vt psyderate videas /nunquid alius me merito infœlicior dici possit: & truculentior hoste fratre.Iam finẽ verbis faciebat Thiestes quũ ex trãsuerso/adspectu ferox ardẽsq̃ Atreus veniẽs adstitit clamãsque inqt.Quid hic adcusator egregius: qd ipudicus senex sua scelera refũdit i alios:Ego ifœlix sũ.Hic scelest⁹ hõ.Et ne p cũcta discurrã.si nescis.sumsi vxorẽ ætate & forma valentem:cuius pudicitiã mentemque integrã suasionibus & blanditiis suis exornator iste facinorum corrupit violauitque Inde genialem torum/filiosque ex mea suscepit:quos ego simplex& de fratre nil suspicans meos existimabam.Set quid hocforte miraris: Hic voluptuosus/& luxurioso semp æstuans igne/sciens volensque/ pudicitiæ pelopeiæ filiæ suæ non pepercit:ex qua satis pſtat ægiptuȝ suscepisse filium/in totius tantalei generis cladem.Horreas nunc /si potes/in matris œdipi infœlicis errorem. Set plura supersunt. Mycenarum regnum duorum capax/ & iam duobus diuisum dum sibi soli insidiis occupare conatur omne:iusti sibi exilii causam adinuenit.Quæ inaudita facinora etiam intolerabilia vt purgareȝ / dum forte vires non sufficerent ad artes / quas ipse doli fabricator eximius docuerat : quas agendo præmonstrauerat ipse /tantum infortunium meum diuertendum censui. Ea feci quibus ipse causam dedit. Filios edendos dedi.fateor .quos ipse diu mihi ante dedisset nisi suos suspicatus fuisset. Ergo infœlix ego vxoris adulterio. Infœlix fraude fratris. Infœlix expiationis desyderio . (qui mortalium mentium cõmunis est morbus). Infœlix quia in nepotes seu priuignos/ sęuire oportuit: volui æqua lance vltionem cum offensione pensare Meum violauerat torum. Eius violaui mensam. In meo vtero suos conceperat filios. In eius aluo cõdẽdos existimaui. Non poteram aliter nefarios ortus in pristinuȝ/tamquam non fuissent/reuocare locum. Fraude regnum occupare voluit. At ego fraude illum cui non sufficiebat cum ebertate exilium /in carcerem catenasque conieci .Arte quidem ludendæ sunt artes. Ex his tamen omnibus infœlicissimum me/illum omni fera immaniorem existimo. Insurgebat acrior aduersus hęc irritatus senex: At ego tã inhumana tam bestialia audisse fastidiens/data repulsa. Theseo calamũ pręstaturus adsumsi.

Filiorum artus patri adponũtur comedendi.

Heu scelera

Atrei purgatio.

Portentosa thiestis libido

Aegyptus.

Vmbone repellitur vmbo.

☞

¶De Theseo Atheniensium Rege.



Athenarũ laudes.

Thenæ ciuitas Philosophorum poetarum & oratorum olim altrix egregia/alter græcię oculus/infinitis adque conspicuis insignita titulis/clarissimos habuit reges Inter quos veterum ex ꝑle succedẽs fere omnium splẽdidissimus Theseus Aegei filius/regnũ sortitus est. Hic quũ ex puero euasisset in adulescentiã validam:tantam suę indolis fessis bello ciuibus spem ꝓbuit:vt futurus crederetur qualis postea visus est. Nam fere adhuc illi aurea lanugo genas crispata non texerat:quũ apud Marathonẽ/Taurũ cuncta vastantẽ/frustrantẽque duratę iuuentutis atticæ vires/mira virtute superauit:Ioui q̃ mactauit in hostiam. Hinc ex Argonautis factus/cũ Iasone ꝑda rediit honustus & gloria. Inde cũ Hercule petiit Amazonas:quarum impetus postquã repꝑssere:belloq̃ illas adtriuere gra ui:triũphans Hippolyten reginam traxit in prædam. Nec illi minus adtulit splendoris quam periculi in nuptiis Pirithoi superasse Centauros:quum præstantia insolentes/calentesque vino & epulis/Pirithoi sponsam sibi conarentur eripere. Et(quod perpetua laude dignum fuit)Athenienses cretensium vectigales superato in agone Minotauro/imunes effecit. Eosque variis actos casibus/dispꝰsosque in patriam collegit auitam:ac illis morem formamque viuendi/ciuis exhibuit adque princeps. Inde Thebas fortitudine mira compescuit:Creõtemque ob nouum superbientem imperium:& officia funeralia ducibus argiuis/ob filium Mnesteũ bello cęsum/prohibentem/fœda strage suorum facta prostrauit. Quis queat satis plene magna eius enumerare facinora: quibus plurimum /nomini attico adque suo/splendidæ lucis adiecit:Nam et si nil aliud egerit quam in vnuʒ dispersas athenarum collegisse reliquias/ex quibus oriturum erat non solũ totius græcię decus eximium. set & orbis vniuersi inextinguibile phiæ lumen Inter quoscũque mauis clarissimos plurimum inclytæ gloriæ quæsiuisse videretur. Dum igiꝰ post tot insignia resideret auito in solio:sensim in eius ruinam/artes fortuna submisit. Nam quũ temporis ꝓcessu ira percitus Hippolyten reginam/ex qua hippolytum ante susceperat/ iterem isset: Et sublata rebus mortalibus esset quã duxerat pirithous: quũ altissima essent amicitia iuncti/successu rerũ elati:in hoc ꝓuenerunt:nullas scʒ se sumturos vxores :nisi ex iouis filiabus adsumerent. Quo instãte ꝓposito iuuẽtute feruens theseus/minus caute palęstra ludentẽ helenam virgunculam /Iouis & Ledæ filiã/apud laconas rapuerat. Et(vt placet aliquibꝰ)athenas deduxerat. Quã eo eunte in cretam æetra mater eius Polluci Castorique fratribus reposcentibus in tactam restituit. Placet tñ aliis eumdem in ægyptũ cũ Helena delatũ: Portheoque ibidem regi ꝯmendasse seruandam :& a protheo fratribus restitutam. Set nil minus ad factum. Is eni rediens ex creta victor quum Ariadnã apud Naxon insulam vinolentam & mersam sopno liquisset. Phædram/quam hippolyti noie abstulerat:sibi sumsit vxorẽ. Set Pirithous in propositio manens/ad rapiendam ꝓserpinã iouis & Cereris filiam/apud inferum mare orcho molossorũ regi nuptam:illum adcersiuit in socium. qđ dum infausto tentant omine:a cerbero orchi immanissimo cane pirithous occisus/& ipse ꝑculsus nimium amici sinistro casu etiam detentus est. Quod non paruam ignominiæ notam pristinæ adplicuit claritati. Et(quod turpius)non erat potẽs suis viribus remeare ad superos:ni fortuitu her

Theseus.

Taurus marathonius

Argonautę

Hippolyte amaʒon

Centauri.

Minotaurꝰ.

Creon thebanorum rex.

Origo infortunii.

Thesei & pirithoi amicitia.

Primus helenæ raptꝰ.

Ariadna. Phædra.

Proserpina Orchus Pirithoi cædes.

Cerberus.

Hercules Thesei liberator.

Et(quod turpius)non erat potens suis viribus remeare ad superos:ni fortuitu hercules ex hispania regionis victor rediens/tricipiti cerbero superato/eum liber tati restituisset. Qui dum athenas remeasset:forte a laboribus quieturus:regiam omnem vrbemque turbatã nouo tristique euẽtu reperit. Fuerat namque phędra ob hippolyti pulchram adque venustam rusticitatem tanto succensa feruore:vt illum impudicis precibus in suam solicitasset libidinez. Qui quum ob insitam mẽ ti perpetuam castitatem renuisset:Irata non aliter quam si sibi vim inferre voluis set hippolytus:exclamauit. set abierat hippolytus quuz rediens theseus/vxorique adcusanti quaz oportuit citius credens/furore repẽtino frendens iuuenẽ ad sup pliciũ perquiri capique iussit. Hippolytus autem veteris Iræ in matrem memor/ pauescens curru citato fugam adripuit: Et dum concitos equos flagello in cursum regeret:ecce forte ex pelago exiuerant pascẽtes in litore phocæ:a quibus equorũ strepitu cõmotis/& impetuose in vndas redeuntibus/equi territi omisso litore etiam obsistente hippolyto se per aspreta & abrupta locorũ distractis habenis tulere præcipites. Iuuenẽque reluctantẽ e curru soluto reuulsũ/& suo infortunio nescio quibus vinculis implicitum/ per scabrosos dumos & aggeres rapido cur su trahentes/nõ solum morti dedere:verum illius quoque corpus om̃e membra tim a scopulis obuiis spinetisque eneruatum:huc & illuc distractum/in frustaque discerptum reliquere. Erat quippe durũ & luctuosum et hostibus nedũ patri suis que/trucidati per inuia loca cadaueris spectaculũ. Attamen:vt qui tristis amici ca su/suo carcere dolẽs/& turpi nece filii miser erat:alio insup ferireť ictu:semisopi tos infaustæ phędræ ignes dilectissimi iuuenis infortuniũ & pietas non solũ su scitauere:set in lõge maiores extulere flãmas. Nã quũ audisset vidissetque hippo lyti miserabilez euentũ:sera pœnitentia perpetrati criminis ducta/acri agitata fu ria mori desyderauit:seque vltro suis manibus misit inferias:Consilio nãque præ cipiti infestata/theseo misere insaniam suam lugenti quod egerat ipsa crimen pa tefecit cũ gemitu. Nec adhuc desierat a verbis:& hippolyti ense eo quẽ fugiendo reliquerat se transfodit. Et sic dolum in amantẽ contextũ sæua morte piauit. Ex horruit Theseus aduertens. Et qui patria tractus adfectione filii sua quidẽ senten tia nocentis casum mortemque deflebat/amarioribus lachrymis innocentiam in gemiscens/impulsus suam inexcogitatã credulitatẽ damnabat. Parte ex alia eius in gremio dilectæ quamuis meritæ sanguis fusus ad alias inuitabat. Nec alacrior visus est inter centaurorum victoriam/et iugo liberatas athenas:quam miser in ter immeriti filii & male meritę coniugis funus. Set grauiora supersunt. In desti tutum & tot circundatum doloribus surrexere athenienses ingrati/eumque qui il los in patriam reuocarat/qui liberos fecerat:qui formam illis ciuilitatis tradide rat:ignominiose sublato regimine/e patria in perpetuũ exiliũ expulere. Quid er go auorũ stemmata? Quid virtute fulgores quæsiti? Quid potentia? Quid regnũ aduersus nouercantem fortunam potuere? Vrgenti quidem omnia cedunt. Et si qui comitentur in miseriam pulsos(quod raro contigit/quũ oia nubila fortuna subuertat)potius recordatione talium miseria augeť quã emolumẽti aliquid ad feratur. Theseus aũt(vt quandoque eius ęrumnis finẽ ponamus)lugubris adque

Turpis phędrę lasciuia

Hippolytus articulatim discerptus.

Phędra sua ipsius manu concidit.

Theseus exulat.

Atheniẽsiũ ingratitudo

Thesei interitus.

senex apud cyprum minorem insulam priuatus infœlicis vitę diem clausit extremum.

ℂ ADVERSVS nimiam credulitatem.

ETSI minime decet quoscumque/more frondiũ/quibuscũque flatibus flexibiles esse:his potissimũ indecorum imo perniciosissimũ est:quos penes est tanta potestas:vt qđ velint facere exequantur. Nam etsi quandoque læsit obstinata nõ credendi durities:leuiter credidisse persępe fuit exitio. Quid enim obsecro stultius quá quibuscũque fabellis aures cordis habere patulas:et tãquam certissimis adhibere fidẽ? Quũ quot hoĩes videamus:tot inter se varia cernamus studia. Omẽs ergo putabis vno eodemque animo verba proferre? Nil ꝑfecto tam credula existimatione stolidius. Circũspecti quidem viri adque constãtis est:negligere neminẽ:et vnũquemque pro meritis pendere:et ne possit de incognitis pręcipiti sententia falli/se in seipsum colligere:et q̃si e specula mẽtis librato iudicio intueri/quis verba faciẽs/qđ ob meritum/quis/in quẽ/facta/quo in loco/quo in tp̃e/iratus/an quietus aio/hostis/an amicus/infamis an honestus homo sit. Debuerat Theseus vir alioqui prudens exquisisse secũ mores nati et ingeniũ:sic & muliebre genus lõga experientia cognouisse:& ex matre(si aliunde non erat)phędrã potissimũ. Vidisset facile filiũ syluas/nemora:mõtesque sublimes icolere:sagitta adque pede volucri feras sequi/auibus isidiari laqueis/et cœlibe vita contentũ mulieres omneis æque despicere & abhorrere:cuncta cõiugia fugere. & cælo viuere teste: Adcusationi de ipso facto aduersa oĩa. Parte altera aduertisset muliebre genus effręne/infidum mobile/mẽdax & insatiabili libidine semper ardens. Etsi reliq̃s castissimas existimasset:cretenses existimare non poterat pasiphaes memor & ariadnę. Et sic cõcepisset in meritam qđ in innocuum absque ꝑmeditatione cõcepit. Quid ei demẽtius quá versipelli de simplicitate/parricidę de inocentia/adsentatori de veritate/mecho de pudicitia fidẽ exhibuisse? Durum est quẽquam aduersus ꝓfessionem animi sui rite aliquid agere:aut absque latẽti fraude tentare. Et idcirco:quia tractant fabrilia fabri:ꝓ qualitate credendũ est homini. Risisse sæpissime memini dũ viderem in publico principes caterua sate.litũ stipatos incedere/domi clausis ianuis vigiles hostiarios habere:neminẽ ꝓter inerm.m & examinatum introducere:In mensa poculorum et epularũ pręgustatores tenere: Ne forsan aliquid nocuũ saluti corporeę imittatur. Aures vero adque animum quibuscũque loquentibus habere propatulum. quasi non aculeos/non insidias/non venena ingerãt verba. O potentum inanis sollertia. Nullos vsquam etiã parui opidi ciues simul veneno sublatos audiuimus: Nullos populos quantũcumque parua cautela sibi pręcauentes pari cęde deletos comperimus. Mellita verba & bilinguiũ suasiones iniectas credulis/ruinas vrbiũ/& incẽdia regionũ/populatiões & regnorum subuersiones siue exitia stulte credentiũ eduxisse fere per oẽ triuiũ ifinitę clamitant tragœdiæ. Quæ quidẽ etsi nihil aliud adferãt credulo:q̃si in momẽto ipellunt/retrahũt/oblectãt/turbãt/leniunt/irritãt:Nũc in spẽ/in desperationẽ illico ducũt: Et vti mare nũc austro nũc borea pulsũ repulsũque miserũ agitãt aĩꝫ. Nec est qui custodes adponat auribus

In Credulos

☞ Huc aures aduerte.

☞

Hippolyti studia.

Aurea sunt hæc omnia.

In pricipes quorũ patulę sũt aures loquutu leiis.

Vis verborũ

aut verborum prægustatores instituat. Aiūt qui animaliū inuestigauere naturas/ genus esse serpentum Qui naturæ instinctu in sopno suum esse quandoque co= gnoscentes exitium: ne venantium modulationibus sopiantur: alterā auriū solo infigunt: alterā versa cauda vigilātes obturant. Hoīes miseri/ qbus plus quā cęte ris aialib⁹ itellectus datū ē/ sibi ꝓuidere nō curāt. Heu qd dixi? Nō curāt? Immo ī ꝯtrariū agētes gnatonicos adpetūt et scrutāt/ et obuiā eūt ꝑiurātibus ī necem suę rōis blāditiis. Nos aūt quū repētiā credulitas sit mr̄ erroris/ nouerca ꝯsilii/ simłta tū causa/ ꝑcipitiū obsequētis/ & semper pœnitētiæ ꝓxima: Si viri erimus/ si ocu lati/ si cauti/ venerandarū legū authoritatē imitabimur. Quę adeo festinantiā cre= dulitatis abhorrēt vt consulto suis exequutoribus iubeāt: nil temere credāt: nil ex abrupto agant/ & ante iudiciū semper si possint partem aliam audiant. Ne dum Theseum redarguimus eius in infortunium incurramus.

Scōrpii dor mienter a= stutia.

Repentina credulitas.

ℂ CONVENTVS Dolentium.



IN PRAECIPITEM credulitatem iā dixerā: & ad ꝑquirēdos deiectos aīm verterā: quū nō vocata turba plorantiū ingens adfuit. Et ante alios facie vnguib⁹ laniata sęuis/ discerpto crine/ et lugubri veste lachrymas abunde fundētē altheā noui/ toxea plexippūque fratres a filio meleagro cæsos: eūque in ignem stipite fatali iniecto cōsumtū: seque ob id interemisse querentem. Erat & insuper hercules vultu incedens horrido/ atra & incōposita barba/ hirsu= to crine/ et nemeęi leonis amictus spolio/ clauā dextra gerēs/ et oīa clamore diffo no complens. Aiebat se ꝑ cęteris meritū qui orbis pestes & mōstra virtute incly ta subegisset oīa. Et euristei regis iussa operibus supasset: vnica tantū superatus a peste: cupidine videlicet: Cuius impulsu captiuæ Ioles requiescēs in sinu/ ea iu bente crines cōposuisset/ vnxisset que: purpuras induisset: digitos gēmis ornas= set: Et (qđ turpissimū etiā hoī effœminato): vt placeret inter mulierculas neuis= set: qb⁹ tā abiectis opib⁹ cūcta ꝑcedētia suo īfortūio maculasset. Huc eqđ traxissē calamū ni cogitassē incōgruū vt ei⁹ ego gloriā fœdassē literulis/ cui⁹ gloriosorū poetarū oīꝫ clamor astra ēt sup conat extollere. Eū seqbāt narciss⁹/ biblis/ & myr rha eiusdē cupidinis ignes ignominiososque suę turpitudinis exitus deplorātes. Aderat & orpheus tū perditā eurydicen suā/ tū durā inferorū legē/ & bacchan= tiū mulierū atrocitatē perdite deflens. Sic marpesia & orithria claris olim victo= riis minus ꝓspere tentatā aduersus gręcos militiā mēsurantes/ se infœlicissimas clamitabāt. Quis oīꝫ queat venientiū noīa explicare? Longus erat ordo & ꝓfusæ pluriū q̄relæ/ tollētesne satis possē q̄ dicebāt adsumere. Qua cura Priam⁹ rex vna cū hecuba miserrimus oīꝫ veniēs me absoluit. In eos eqdē oculos mentēque oēꝫ reflexi: Et quoniam insigne toti orbi reuolutionum fortunę spectaculum fue= runt/ non omittendos ratus sum.

Althea Toxeus Plexippus Meleager.

Hercules.

Iole.

Herculis mollities.

Orpheus.

Marpesia et Orithria a= mazones.

ℂ DE PRIAMO & Hecuba.



ORIGO Præclarissima fuit ante alia priamo. Nā ab illo dardano tusco/ quem Iouis ex electra filium antiquitas finxit. Initiū habuisse clarū est. Cui tantum fortuna fauit: vt paruulus adhuc fugato patre/ et vrbe diru ta captus ab hercule/ redemtusque ab icolis/ regno restitueretur auito: Et instan=

Gen⁹ Pria= mi.

rata ciuitate imperioque solidato eodem fere asiæ totius diuitiæ conuenirent. Huiusmodi splẽdoribus hecuba cissei thracum regis filia formositate adque pu dicitia coæuas antecellẽs ceteras/cõiugio eius superaddita est. Et ne quid ad voluptatem opulentissimo regi deesset:ex coniuge vtriusque sexus liberos decez et nouem suscepisse traditur. Inter quos fulgor ille ꝓbitatis inextinguibilis hector fuit: vt omittam troilũ deiphobumque. Expellicibus aũt vnum et triginta suscepit. Inter quos insignes adque mirandæ virtutis iuuenes fuere nõnulli. Nurus illi inclytę plures: ex quibus etiã potuit videre nepotes. Regnũ eius abundantissimũ adque populosum & læta pace tranquillum. Nec erat quod illi succederet præter votum. Verũ quanto celsius quis extollitur tanto magis letali periculo vicinior efficitur. Quod quidẽ in priamo adque suis fortuna miserabili declarauit exitu. Splendens igitur Priamus dum asiam omnem sub pedibus arbitratur suis:& se fœlicitatemque suã metitur successibus: clam elatam hoĩs mentem aduersa cogitatio subintrauit. Nã hesionẽ:quã ex memoria delesse videbatur fortuna tenuis: ampla coram reduxit. Visũque illi est nil beatitudini suę deesse:si a fronte ruborem sublatæ sororis posset abstergere. O in quantam flammã ignis scintillula modico spiritu impellente deducitur. Non aduertebat secunda obumbratus fortuna priamus/dũ cogitabat paruam abolere maculam: posse permagna incendia suscitare. Stat periclitandi sententia. Legatis abs thelamone cui sorte contigerat repetitur Hesiona. Quę quũ tanquã iure belli quęsita merito negaret: Priami indignationis incendium augetur:& cũ classe mittitur paris. Qui ne friuolũ ignem quez in sopniis/dũ eũ gestaret vtero Hecuba/parere visa ẽ/faceret:dũ apd' laconas pacẽ figeret:& legatiõis vices agere demõstraret: Helenã absẽte Menelao lasciuiẽtẽ venustate sua gestibusq̃ succẽdit: raptãque i troiaz detulit/Nõ aliter susceptus a Priamo quã vltiõis egregię exequutor. Hęc vt ei⁹ fere extrema lætitia: sic pria malorũ labes fuit: et irreparabilis exitii causa. Naz dum illam reddere priamus negligit: omnem in se græciam couiuratam rhœteo in litore vidit:& circa mœnia vrbis regiæ longe lateque populantem: Igni ferroque cuncta vastantem aduertit. Nec breui spatio: Quinimmo in decẽnium vsque perseuerantem:& ad vltimum sui exitium regnique totius desolationem videre potuit ambientem. Quam ante quam cerneret: amarissimis incursionibus agitari se sensit. Et. vt auxiliariorum regum mortes/ & populorum taceam strages: potuit senex infœlix ex arce superbi Ilii spectare Hectorez: in cuius virtute spes omnis salutis publicæ ac bellicę rei cura residebat achillis confodi manu. Et(quod madentes oculi spectare nequiuerunt)eiusdem cadauer victoris adligatum currui per mortuorum tabem/surgentemque puluerem/circa mœnia cuncta fœdans cruore/distrahi:& in diem duodecimam insepultum fere canibus derelinqui. Quis ob hoc claritatem præteritã nõ dicat inexpiabili nube confusam? Set non hoc solo hac in cæde lacessitus est telo. Qui iuuenis olim regibus vectigalia imperare solitus est: Senex in castra hostium ire/orare supplex filii occisorem/vt pensatum præclarissimis donis cadauer concederet: coactus est. Hecubam sino: Cuius satis possunt adparere lachrymæ. Primam cladem secunda subsequitur. Ab eodem hoste/ab eadem manu/Troilus/al-

Hecuba.

Priami et Hecubæ liberi.

Hesione

Hesiona repetitur.

Paris rapit helenam.

Hectoris cadauer.

Priamus in achill' castra contendit.

Troili casus

tera miseri patris spes/peremtus est. Quem etsi nō meritis paribus/amaris tamen lachrymis defleuit occisum.

Paridis cædes.

Post hos & paridē simili functū fato non ea dextera dato cruentū frigidumque multis cū lachrymis tumulauit. Et(ne per cuncta passiꝫ transuadam)cum iam subtractū palladium/et spem pacis aut salutis demtam vi= disset oēm: Noctu/fraude gręcos intrasse Ilium crepitantibus igne tectis cunctis= que tumultu repletis hostili audiuit.

Troianum incendium.

In qua quātū mœroris quātū clamoris quā= tum occisionis ciuium(quū nec sexui græca arma parcerēt nec ætati)ex turri regia prospicere potuit. Vincebant enim noctē culminū ardentiū flāmæ. Nec eum la= tuisse verisimile est andromedā adque cassandram crinibus turpiter tractas in vi= ctorum seruitium.

Polytes.

Nouissime quum iam cuncta cepisset hostis reuulsis postibus fractisq̄ repagulis regię domus ad se qui ad domesticas ꝓfugerat aras: Polyten fi= lium fugientē adspexit: suūque senis suffragiū anxie implorantē. Quē postquaꝫ ab insequēte pyrrho infesto gladio trucidatū vidit: seque frustra seniles conatus parantē: cæde nati respersum: eodē percussus ferro ꝓprio sanguine quas ipse sa= crauerat aras fœdantem se aduertit. Quarum in conspectu cadens fessam annis pariter et miseriis superbā aīam per immane vulnus emisit.

Priamus a pyrrho tru= cidatus.

Hecuba autem vt ho nores/splendorē/& gloriā tam gn̄is quā regalis fastigii dum ætate florerēt/tulit: Sic dolores/tenebras/et ignominias oēs/fortunęque sęuiētis iiurias vna cū pria mo iā anus ꝑpessa est. Cui si mori cum quo vixerat etiā post tot miserias datum fuisset/quāquam miserrima/multū tn̄ infortunii euitasset. Hæc quidē non tantū annositate longæua/quantū lachrymarum adsiduitate/ob crebra natorum et im= matura funera/& nouissime viri orbationē/desolationēque regni totius ꝑfecta/

Polyxena iugulatur.

vidit ꝓstratis rebus oībus Polyxenā sibi dilectissimā/forma ꝑclaram/et ętate te= nellam virginē inferias achillis a neoptolemo iugulari.

Astyanax.

Inde Astyanactē hectoris filiū saxis illidi. Et si q̄ forsan Ilii reliquię moriente priamo subsistebāt/oēs ęq̄ri solo. vt nō iā iliū: sꝫ vbi fuit/ruinarū cumulus videret.

æneas.

Hinc æneam creusa ꝑdita cū ascanio filio sumtis nauibus ad sedes alias occupādas cuꝫ parte populorū fu= gam adripere.

Antenor.

Sic & Antenorē. Seque cui tot filii/tot nurus/tot serui nuper erāt: mœstam & gemebundam adque solam & ob seniū despectam/et ab hostibus in solitudine relictam/absque spe subsidii aliqua aut refugio vel vnius seruuli aut consolatoris obsequio/ipediēte nemine fumantes ruinas posse prospicere. Nec illi ęrumnarū taꝫ ingentiū fuit iste finis. Nā eidē inter tot angustias(vt adserunt aliqui)polydorus filius venit in mentē: ad quem visendū ad thracas cū pergeret.

Polymestor polydorum suffocauit.

eum auaritiæ impulsu a Polymestore trucidatum& harenis confossum cognouit in litore. Qui dolor vltimus tanta cum vi effœtum pectus inuasit: vt in rabiem il= lam raperet: latrantemque canum more per arua consumeret. Sunt tamen qui il= lam in seruitutem cum cassandra & andromache aliisque a græcis tractam adfir ment et inter eos insanam clausisse diem. Hic igitur tam generosorū tamque su= blimium regum finis fuit. Et quod multa congesserant sæcula: dies vna deiecit in cinerem et fauilllam.

❡CONTRA SVPERBOS.·.

Hec sunt lectu dignissima.

VID Inquient quæso:non formidabunt hi quorum spes omnis caducis in rebus adfixa est:Quid/stemmatis/robore et formositate supbus si trahi hectoré:et iacere polyten viderit:Nóne et hi iuuenes & nobiles et itegra valetudine fortes formosique occubuere:Quid elatus filiorũ/fratrũ/consanguineorũ et adfiniũ/adque necessariorum stipatur caterua:Dũ priamum sua in regia/ pprio in sanguine legit palpitantem:Quis illo conspicua natorum numerositate fœcundior:Quis adfinitatũ amplior:Quis amicorũ aut seruorum copiosior fuit in terris: Quid diues ingenti pondere auri supellectili splendida adque latis aruis abundás:si priamum ppria in arce confossũ/inter ruinas patrię tumulatũ sentiet:Nóne & huic fuere thesauri:Cui iam decenni bello fatigato leuissimũ visum est hosti auro trucidati nati cadauer pensare:ac illud post omné funebrem pompá sepulchri loco auro circũdare:Equidé nescio quid dicturus.Sane tamen eum video/si demens nõ sit/supercilũ positurum:Inanem gloriá abiecturũ/stultá fiduciá/labores & cogitatiões damnaturũ suas :& angulari lapidi inhęsurũ.In quo solo fortitudo certa/et stabilitas incõcussa est/& vita perpetua.

Adtendant nummorũ siticulosi.

DE AGAMENNONE Mycenarum Rege.

RANDE quidem argumentũ instantis fortunæ/si inspicere velint/adcuratius elati/Priamus est Et vix si historias euoluas omes:comperies simile.Sane vt eiusdem latius circũuolutiones mõstremus.Agaménonem inclytũ græcorũ impatoré:qui sibi ex casu priami/sublimẽ & pfulgidũ triumphũ sperauerat:cæteris regibus derelictis deducamus in mediũ.Is quidem a tantalo:quem Iouis filium credidit decepta vetustas:per Pelopẽ & Phystenem duxit originem:et atreo thiesteque patruis vita defũctis/Mycenarum rex factus:Clytemnestræ Iouis(vt placet aliqbus)ex latona filiæ/ceu(vt verius puto)tindari regis œbaliæ/cõiugio & ple auxit regiá claritaté.Cæterũ quũ apud cretá atrei thesauros cũ fratre diuideret:certior factus helená fratris piugem a Paride raptá/Græcos oés compendio puenire conatus est.Quumque frustra repetita foret helena:& in troianos græci oés vnanimes cõiurassent:ipsũ tamquá militaris disciplinæ præcipuum/et iubar totius græcię singulare/imminentis belli ducé præfecere.Equidem si consyderené reges/si populi/si classis magnitudo/et temporis longitudo ducatur:forsan sit difficile reperire quéquam vnquá vel vsquá adeo illustré pręfecturá gessisse.Hanc taẽ clará etsi pauxillũ depositio eius/et palamedis suffectio turbauit:Palamede tñ sublato in ampliore fulgoré fortũa restituit. Necnon et supatus arte ceu viribus hostis/& asiatica pda ditatus exercitus/eũ fere ad inextinguibilé gloriá deduxere.Set rerũ exitus expectandus est.Ilio quippe deleto/& victoria paridis iiuria expiata/et vlyssis aiacisque quæstione sopita/quũ reges et populos apud tenedon coegisset in naues:triumphum sublimem de ducturus dato vento velis/classem deduxit in altum. Et ecce repente turbari nubibus & murmure cælum/impetuosorum ventorum rabies exoriri/mare inflatum horrido turbine circũuolui cœptũ est.Hinc disiecta classis/turbati remiges

Agaménonis genus.

Clyténestra vxor agaménonis.

Græciæ motus ob helenam a paride raptam.

Palamedés agaménoni infestus.

Procellosi maris descriptio:

ablata cum malis vela/et semoti ab officiis nautæ. Nec mora. Illidi naues inuicez: vndis concuti: scopulis infringi: adque quo magis poterat ventorũ impetus vehi cœpere: Quãobrem incertũ cursum plurimæ tenuerũt. Quid multa: Inter nauticũ clamorẽ/precationesque deorũ incassũ/turbatis oĩbus & luce perdita disgregatæ Nõ quo cœperant abiere: Plures naupli dolo/mortis indignæ filii dolore/tracti in capharei scopulos periere: Nõnullas absorpsere lybicæ syrtes Quædam inter sparsas ægęo mari cicladas tenuere. Aliæ ad eurũ summũ sumsere æquor: Et quo tendebant oẽs/paucæ peruenere. Sic ex superstitibus tempestatis Menelaus vna cuz Helena in ægyptũ ad Polybũ regem trãsuectus est. Menestheus athenarũ rex nausea fatigatus/quũ melos adpulisset/clausit diem. Diomedes in ora Illyrici constitit sub gargano monte compulsus Vlysses per altiora deuectus quorsum adpulerit nõ satis certũ est. Agamennon (vt de reliquis sileã) fere solus ad exituz suum mycenas peruenit anxius: ex victore victus: & deiectus ex triũphante: vbi festos quos sperauerat dies miser vertit in lachrymas. Nam quũ regnũ pene oẽ ab ęgypto thiestis olim filio occupatũ comperisset: et genialẽ torũ adulterio turpi pollutũ: satis aduertit dũ alienas ruinas adpeteret: & rubores expiare fraternos: i suos misere incidisse. Longeque sibi in patria plus superesse belli/quã ad phrygios detulisset. O inter natorũ funera/ruinas troiæ fumosque/fœlicẽ priamũ. Si fessa laboribus vita te adhuc vsque ptulisset terminũ: vt videre potuisses quod hectoris virtus/quod regũ asiæ nequiuere vires/in vindictã tuæ desolationis procellosuz mare/rabidos ventos/scopulos & ꝓximorũ manus arma sumsisse. Quid tandẽ: Dũ incertus sui agamennon ficto vultu iubet parari puiuia: Clytemnestra/ceu instigante dolore eo qđ cassandrã sibi superinduxisset agamennon: ceu timore pœnę adulterii ppetrati: ceu amore suadẽtis adulteri/in mortẽ eius cõspirãs dolos excogitauit. Illique in cæna (vł placet aliquibus) vł (vt aliis) e lecto surgẽti nudoque vestimentũ exhibuit: In quo capitis nullus erat itroit⁹. Quẽ dũ q̃reret/reliq̃ induta parte/ipeditus/nec videns/in manib⁹ expectãtis ægypti ẽ concessus/& orante Clytemnestra occisus/et ab occisore regia oĩs regnũque occupatũ est. Sic q in terris martẽ in vndis neptumnũ virtute supauerat: sua ab ĩfausta cõiuge & ægypto sacerdote superatus est. Et q in remotis alios vicerat: in propria victus est domo. Qui regib⁹ imperauerat: piugis libidinẽ frẽnare non potuit. Et cui cesserat troia: ægyptus non cessit adulter. Tantũ fraus virtuti præualuit.

Menelaus. Menesthe⁹

Agamennonis reditus.

Agamẽnon dolo Clytẽstræ confoditur.

Nauplus in dignam filii necem vlciscitur.

Diomedes. Vlysses.

Aegyptus.

Cassandra Clytẽnestrę supinducta.

ℂ PAVPERTATI ADPLAVDIT.



QVID Igitur aliud sũma secũ ferunt imperia p̃ter mordaces curas: Pauores noxios: multoruz inuidiã: casus altissimos: et pſępe flebiles exitus adque ignominiosos: auro/purpura gẽmis/et inaui q̃dã gł'ia tectos: Hęc iter/suscipientiũ piculo maxio/blãd⁹ miscet cupido: et laxatas epulis & lætitia mentes venenis

Mgratuum administrationis incommoda.

suis inficit facile. Quæ quot iam flammas/ quot excidia/ quot occisiones intulerunt: si troia satis ostendere non potuit: Agamennon insuper obtruncatus ostendat. O male cognita pluribus humilis & adpetenda paupertas. Tu sola dũ naturę leges obseruas: nocuas sollertias subigis: caducos vilipẽdis honores: discursus hominum varios: transfretationes nauticas: & sudores rides armorũ. Et duȝ superuacanea despicis: æstiuos soles nuda facile pateris: hyemales brumas sũma patientia superas. vmbris contenta nemoruȝ: et rudi pluuias euitasse sub tecto. Si fames instet aduersa longe fortiori pectore perfers: quam abũdantiam qui potant gẽmis et auro. Te lubricus amor: te delitiosa lasciuia: te venus sordida fugit. Tu per caueas & lustra coram leonibus / Per syluas & nemora corã latronibus/ Per villas & compita corã inuidis insidiarũ secura discurris. Tibi stabilitas/ tibi immunitas/ tibi si qua est quies in mũdanis concessa est. Tu artificiosa/ tu ingeniosa/ tu studiorũ omnium laudabiliũ mater egregia es. Te fortuna despicit: Quã tu e contrario contemnis. Quid tuas dotes enumerare fatigor: Infinitæ sũt: et omnes virtute conspicuæ. Si tecũ xenocratice cœnasset agamennon: vix (credo) in eum quid ausus desidiosus fuisset ægyptus. Si tecum domum per noctes vigilans clytemnestra curasset: Nulli dubium quin casta potius viri reditũ exoptasset: quam timuisset adultera. O quam pulchrum sanctumque plurimum tecum paruis insistere laboribus: Rura diligere. solitudines colere: superflua vilipendere: sub arboruȝ vmbra secus argẽteos riuulos meditari cœlestia. Et ideo magna petant volentes. Mecum Diogene tuo/ cũ curiis & fabriciis securũ paruula seruet domus. Sane dum in vota mea verba profũdo: perfidiã dilectę mulieris Sampson exclamitãs adest. Et vt a desyderiis meis desistam: & in se calamũ vertam exposcit.

Paupertatis cõmẽdatio.

Pœnuria nihil timet insidiarium.

Mediocris paupertas optanda.

ℭ DE SAMPSONE.

PRAENVNTIANTE igitur per angeluȝ deo ex manue israelita quodam/ et pulcherrima eius vxore Sampson progenitus est. Qui quum nazareus esset comam iussu dei seruãs/ & sibi a cicera cauens & vino/ in miram iuuentutem adque prævalidam & admirabilem cunctis excreuit. Cuius fortitudinis adparuere insignia prima: dum ad virginem a se dilectam desponsandam/ in philistæos acres tunc populos illi ire contingeret. Leonem ex adyto in se eleuata fronte venientem impauidus occidit: et tacuit. Ingentis animi nobile argumentum magnalia ab se facta imputare deo: & ni opportunitas instet nunquã in propatulo reserare. Tandem illud idem iter dum faceret: & in ore oppressæ a se beluæ mellis fauum reperisset: & comedisset: & cognatis ex coniuge/ adpositis soluenti numeribus/ problema proposuisset: incognitumque penitus in blanditiis reserasset vxori: turbatus illinc se auertit. Quamobrem quum esset amor versus in odiũ altera sumta/ illius ppľi factus ẽ hostis. Et quũ iã cæreę messes pximã maturitatẽ ostẽderẽt: nouũq̃ ac iusitatũ vltiõis genus pmẽtus facibus caudis vulpiũ adligatis/ & in hostiũa gros imissis sata et arbusta exussisset oĩa: irritassetque facinore philistęos: ab Israelitis i satisfactionẽ tãti sceleris victus postulatus est.

Manue sampsonis pater.

Fortitudis argumenta

Leo.

Mellis fau9 in ore leonis repertus.

ænigmatis inuolucum. De comedẽte exiuit cib9 & de forti egressa ẽ dulcedo.

Segetum incendium.

Sampson ad suppliciũ deditur.

Maxilla cæduntur philistæi.

Qui dum ligatus funibus traderetur:eis brachiorum tractu confractis/maxillam asini in conspectu forte iacentem adripuit. Qua loco ingentis clauæ vsus/philisteos se trahentes cecidit/adque fudit. Et obtenta victoria sitiens scaturientem diuino opere fontem ex maxilla videns potansque refocillatus est. Hoc illi apud suos ad cumulum virtutis adcessit. Iudexque/summi magistratus nomen apud israelitas/ tunc ab eisdem habitus est. Nec defuerunt qui leonem ab eo occisum Nemeæum dicerent:& Herculem arbitrarentur Sampsonem. Quod etsi non adfirmo:contradicere tamen nescio quid prohibet. Is ergo dum frustratos hac ratione philistæos floccipenderet : in gazam eorum opidum tendens/apud meretricem cuius forsan pellicatu lasciuiens vtebatur/diuertit. Noctuque surgens firmatas ob se capiendum a principibus ciuitatis seris & ferreis vectibus adque clauibus portarum fores/e cardinibus demtas/in verticem montis qui hebroni imminet: humeris transportauit:et abiit. Set quid tanta? Magna hæc erant:Immo quammaxima ad gloriæ apicem obtinendum: Quem in hac vita fœlicitatem arbitrantur insipidi. Set rerum finis expectandus in omnibus. Qui leones inermis exenterare/ qui maxilla hostes conterere/qui reuulsas e cardinibus valuas in montium vertices portare potuerat: Lubricum fortunæ ludum sistere non potuit. Nam quum sibi nimium confideret:et meretriculam nomine Dalilam apud hostes Degentem perdite adamaret:ab ea pecuniis corrupta/post lusiones aliquas/paucis lacrymulis extortum est/in quibus tanti roboris causa permaneret. O Bone Deus. A coniuge pauloante deceptus/A fictis lachrymis verbisque meretriculæ victus/ & iterum decipiendum se tradidit homo ferox. Verum eneruata malitiis mulier Postq̄ ab hostibus edocta dormienti crines/quos ipse a natiuitate sua intactos seruauerat/abstulit:Illum etiam fere effœminatum in manibus hostium illudendum concessit. Cui euestigio debilitato oculos effodere. Et intrusum carceribus/defatigari/iumentorū more/ad molas manuarias coegere. Sic aduersa credulitas:Sic amātis pietas: Sic muliebris egit inclyta fides. Vt quē nō poterant hoīes/nō vincula/non ferrū vincere:muliebribus lachrymis vinceref. Et agente fortuna qui hostibus suis terrori erat:verteref in ludū. Grādis quidē(ni fallor)descēsus iste. Quē vir alioqui ingentis animi diu tolerare nō potuit. Nā quū illi iam lapsu tēporis coma iterum excreuisset:restitutęque vires prius depditæ viderenf:ꝯgregati philistęi celebrēq̄ diem et publicū sacrū Dagoni deo suo agētes/iam epulis mensisque remotis iusserunt vt corā se duceref iufœlix ludo diem solennem hilarem redditurus. Qui a puero ductus Postquam paululum se ludēs exercuerat:ridentibus cūctis cæcum hoīem israelitarū iudicē coram se ludentem:quasi fessus duce puero colūnis duabus/quib⁹ oē fere fani fastigiū insidebat/quieturus adhęsit. Indignatusque secū ambas tēpore sumto vlnis amplectēs clamitāsque. Cū Sampsone oīs suus pereat hostis. miro robore in se traxit. Quas in ruinā oē continuo ædificiū sequutū est. Cū sampsone ꝓterēs philistęorū principes oēs. Quo in casu tria milia virorū oppressa occubuere. Et sic q principatū Israelitarū per vigiti tenuerat annos/despectus apud hostes/orbusq̄ vitam nō ferens/mortē sibi ꝯsciuit indignam.

Fons maxilla defluens asinina.

Herculem dicūt Iāsonē esse.

Sampson portas gazę vellit.

Dalila quæ dal quoque dicitur.

Sāpsoni crines abraduntur.

Dagon deo Philistęorū.

Sāpsonis exitus.

IN MVLIERES.



LANDVM Et exitiale malum mulier. Paucis ad salutem ante cognitum quam expertum. Hæ quidem/quod/admodum dei vilipenso iudicio/nō ad societatis gradū resumendū/a quo suo deiectæ sunt merito/quinimmo dum ad imperium conantur industria quadā innata sibi faciem roseo colore ac niueo fulgidam/oculos longos graues adque cęruleos/auream cęsariem/os purpureum/extensum nasum/eburneum collum recte ex rotundis surgēs humeris/pectus duplici quadā duritie ac rotūdo tumore leuatū/extensa brachia/manus tenues protēsosque digitos/et gracile corpus/paruum que pedē/plurimum posse cognoscunt: tota sollertia in id vigilant/vt his agentibus habeant quod intendunt. Se deinde inuicem consulunt. Et quod videtur superfluum resecant arte: & defectus mira sagacitate resarciunt. Nam nimia macilentia tenuē mellitis cibis & offis in corpulentiam trahere: Pinguem ieiuniis aut acutis iunceam reddere/curuam aduersa contractione dirigere/humeros superbos deprimere/et demissos extollere/colla distrahere/breues oblongare/claudas etiam rectas reddere satagunt. Quid manuum tumores/quid faciei lentigines/quid oculorum maculas/quid aliarum partiū defectus dixerim: quibus omnibus hippocrate non vocato medentur doctissime? Hinc fuscos/aquis aureos reddere crines/porrectos calamistro crispos & anulatos facere/frontem minus latam subtractione pilorum amplificare/supercilia extēsa iunctaque forcipe disiungere/et in tenuem reducere gyrū/Dentes casu sublatos ebore reformare/exili nitro quos alias carpere nouacula nequiuere pilos e facie tollere cutisque crassitudinem radētes minuere/Seque suis artibus tales facere cognouere: vt quas incompositas/ante putasses deformes: cultas/ipsā venerem arbitrareris. Quid si addidero quibus modis crines flauos componāt: quibus ornent floribus: quibus corollis: quibus aureis gemmeisque infulis aut coronis ceu tenuissimis et in aurem paululum demissis velis insigniant? Quid si vestes scripsero? Ad regum purpuras deuenere auro preciosisque lapillis refulgentes. Hæc allobrogas/heduos illa/ista cyprios/alia ægyptios aut græcos fingit ritu vł arabas: Quū italo nō sufficiat habitu incedere. Demū astutia muliebri mētes hoim obtenebrāt sensere ei acutius quis incedendi modus: quando pectoris deliciæ/quando cruris paululum ostendendum sit/qua oculi parte prospiciendi sint homines/qua lubrica gesticulatione trahendi/quis faciem deceat risus/et (quod optime nouerunt) dum tempus est/id nole quod velint ostendere. Set quid earum artes nescius explicare conor? Ante maris harenas dinumerares. Hæc tñ palā oia/q̄ sint i ꝯclaui mellita verba/q̄ blādiciæ/q̄ lasciuiæ/q̄ opportūæ sint lachrymę/q̄ illis plurī obseqosę sūt/honesti⁹ tacuisse arbitror quā narrasse. His igr̄ tot& talib⁹ vł eorū aliquo sępissie capiūt spectatores egregii: qbus maiori curę obiectū voluptatis ē/quā virtutis labor. Qui dū aduertētes q̄s ipsi sibi ꝑfecere catenas/eas ꝯfringere nequeūt: i exitiū sæpissime ruūt. Hei mihi: satisne ad pniciē erat hūani gn̄is rudis forma/nisi tot supadderēt/mysteria? ea forsā captus ē primus hō. His capt⁹ ē paris/captus ęgyptus. Et sampsō/his ēt decipulis grādis ꝑ cęteris hercules i excusationē mortaliū

Artificiosa mulierū in fallendis viris idustria.

Arte sibi formā querūt mulięres.

Muliebris luxus.

Illustrissimi viri mulierū decipulis irretiti.

cæterorum fuit occupatus. Adeo vt nõ solum deianiram sibi dilectissimam. Verum etiaʒ seipsũ amplissimãque famam suam obliuisceretur omnino: seque sic dilectæ puellę iussis obsequentem redderet/ vt fortitudinis argumento deposito nens muliebre officium exerceret. Tantũ igitur in tñ hominem morsicantes oculi. venustas formę: et artificiosa Ioles lepiditas potuere: Et (quod turpius est) non ea in ętate in qua plurimũ solet cupidinis excandescere flammę. Verum iam senescens correptus est. O mortalium prædulce malum mulier. Quid concupisci potest/ quod nolis? Quid vis quin audeas? Quid audes quin perficias? Ego in tã validas humanę libertatis hostes velim iuuenes reseratis oculis dũ formarum muliebrium arbitri ad spectacula sedent: Troianũ intueãtur incendiũ/ Agamẽnonis neceʒ herculis desidiam & Sampsonis orbitatẽ. Earũ ingenia meditenẽ/ artes/ & laqueos/ & mentis intueantur acie quot & quę nefaria scelera etiã vulturibus abhorrenda sub illa oris colorata pigmẽtis pellicula/ sub vestibus aureis adque purpureis abscondantur. Insuper qui sint & ad quid nati perspiciant. Liberiq́ue animali tam indomito colla subiicere recusent. Et si hęc nõ moueant/ saltem efferati mores earum/ timorem iniiciant: Et cautiores earũ in amplexibus faciant. Auarissimum quippe animal est fœmina/ iracundum/ instabile/ infidele/ libidinosum/ truculentum/ vani potius quam certi auidũ. Si mentior: acta patent./ Auro dalila sampsonem tradidit hostibus. Eriphyle cupiditate monilis amphiaraum latitantẽ detexit. Danae Iouẽ in aurũ versũ per tegulã effluẽtẽ suscepit i gremio. Arachne se a pallade victam suspendio confessa est. Amata ob æneę victoriam laqueuʒ induit. Phyllis amore demophoontis impatiens se suspendit. Cui se nisus megarensium rex/ tutius credidisse debuerat: quam Scyllæ? Hęc feruens libidine hosti patrem cum patria tradidit. Qua in parte securior quam in coniugis sinu esse debuerat agamennon? Hæc vrens semiuictũ adultero perimenduʒ concessit. Sinolegem Semiramidis inclytam ob pruriginẽ. Herculem Iole blanda seduxit: Aegyptia solomonem. Antonium Cleopatra. Medea patrem spoliauit: Fratrem discerpsit. Propriis filiis non pepercit Progne non Itim filium tantum occidit: Set etiam coctum patri comedendum adposuit. Ite igitur (ne plura referam) iuuenes. cœcique vos laqueis mulierum innectite: Tam pio animali / tam fido / tam benigno/ Animas vestras committite: consilia referate: Et substantias credite. Si sint qui dicant nec Sampsonis esse vires/ nec Herculem captũ/ prole posteritateʒ generis esse seruandam / nec omnes esse tam execrabiles mulieres/ non inficiabor. Meminisse tamen hos volo si antęum sternere/ Diomedem perimere/ Triplicem superare gerionem/ aut cerberum trahere nequeamus/ mente etiam constanti adque virili ipsum herculem lasciuientem superare: Et laborantem æquare nos posse. Non potuere Vlyssem circes pocula decipere: Sirenum cantus distinere/ Nec maris exterrere pericula. Nemo alios rite vincit. Qui se ante vincere non potuit. Si ergo quam mente geris effrænatam conculcaueris libidineʒ: Frustra explicabũt retia/ frustra adponent laq̃os mulieres. Quę qdẽ etsi ꝑlis gr̃a adpetẽdę sũt (quod ego absit vt negẽ) Nõ tñ eis subiacendũ est. Si hoĩes sumus/ Cur nobis sint charę mõstrandũ/ nec quoquomõ diuidẽdũ nedũ illis ꝓcedenduʒ

[Ridicula herculis mollities.] [Mulieres acrius insectatur boccacius.] [Salubre cõsilium.] [Eriphyle. Danae Arachne. Amata Phyllis Scylla] [Dalila.] [Clytẽnestra] [Semiramis] [progne] [Medea] [Respondet mulierũ patronis.]

in nos imperium est: vt effœminati quidam in maximã suam perniciẽ fecere quãdoque. Nullis lachrymis/nullis earũ querelis credendũ. Ab astutiis earũdem tanquam a capitali hoste cauendu3 est. Nec aio teneo sic omnes esse peruersas. Quis dubitet quin in tam magna multitudine reperiantur aliquæ piæ/modestę/ac sanctissimę/Et dignissimæ reuerentia sũma mulieres? Sino christianas ex quibus plurimæ grandi mentis/integritate/virginitate/simplicitate/castitate/constantia/aliisque meritis floruere. Set & gentiles aliquę sũmis pconiis laudes meruere. Quæ siquando reperiantur amandę colendæ Et p viribus extollendæ sũt vltra quam hoies. Nam sicuti magis quã in briareo in pygmęo miranda esset virtus herculea: Sic in muliere quam in homine magis cõmendanda. Set qm rarissimæ sũt: Ne dũ lucretiam quęris in calphurniam aut semproniam cadas/omneis fugiendas censeo/debito posteritati concesso.

Mulierũ aliquę sũt viris q laudentur digniores.

Nulla mulier nõ fugiẽda.

MISERI QVIDAM.

NONDVM satis in muliebrem libidinem/& stultitiam amantium perdite p votis scripseram/Et ecce flentium auditus est clamor. quos inter Pyrrhus Achillides fere primus post deuios cursus ęquoris troia capta/et actã pyraticam/cõcessa3 Heleno Andromachen et deductam hermionẽ/se fraude machareí sacerdotis in tẽplo apollinis delphici ab oreste querebatur occisum. Post hunc et Euander arcas sparsa canicie/squallida barba/scissa veste/tremula voce/gemens senectutem suam cæde pallantis vnici filii destitutam execrabatur. Sic et plurimi succedebant. Sane/qm etsi ad laborẽ nõ tñ ferrei nati sumus/sentiẽs me defatigatum scribendo/quiescendum paululum ratus sum. Et quasi cœptũ opus diuisurus per libros sim/pri3 hic volo finẽ sumsisse suũ. Nõ quidẽ quod aliqua/consyderato totius libri pcessu/inter pcedentia & subsequẽtia/quantũ ad intentionem summariã/diuersitas videatur. Quę opportune per libros distinguenda sit: Set vt morẽ viatorũ seqmur/q etiã si per late patẽtia plana iter faciant/Nũc in signi lapide/nũc veteri q̃rcu/qñq̃ sacello aliquo/nõnũquã lympido fõte/riuulo aut flumie qđ ptinuũ est distinctis signãt spatiis: vt tã pteritũ quã futurũ facilius metiantur laborem: & euentus suos clarius quibus velint queant ostendere. Sic et nos/qđ æquo poterat absque discriminatione passu procedere. Quotiescũque fessi ad insignẽ aliquẽ locũ qualicũque de cã veniemus/quasi ibide3 morulã contracturi/signu3 imprimẽtes/illius libri finem esse dicemus: vt talibus metis impositis possint lectores et spe oblectari propinquiori & facilius meminisse quod velint.

Pyrrhus Achillis filius

Euander.

A viatore sumta similitudo.

IOANNIS BOCCACII CERTALDENSIS DE CASIBVS Illustrium Virorum LIBER Primus FINITVR. Subsequitur SECVNDVS.

Joannis boccacii Certaldēsis

De Casibus Illustrium virorum LIBER Primus FINITVR.
Subsequitur Secundus.

FORSAN ERVNT QVI DICENT / IAM DICTIS EXEMplis satis ostensum esse quæ sint fortunę vires / quæ mortaliū rerū instabilitas / quam fallax fœliciū orbis huius spes / et inanis gloria. Et ob hoc si quid vltra monstrerẽ sup̄fluū. Ego quidẽ fatebor vltro / vnico nedū tot exẽplis gn̄osos posse moueri aīos / et in rectū deduci. Set nō talibus tm̄ hic adsumtus est labor. Sunt plurimi adeo rebus perituris innixi: vt vix etiā strepentẽ adsiduis tonitruis aerẽ sentiāt: nedū facili sono labentia verba percipiant: quos ɔtinua sp incūbentium casuum reuerberatione feriẽdos arbitror. Vt sicuti adsiduo aquę cursu durissimus perforatur lapis. Sic& adamantinum cor taliū longa narratione molliatur. Et gratias agẽs his quibus ẽ satis me hucusque laborasse / bona eorū pace ad obsequendū reliquis veniā. Set ecce ad quid iā reuocer sentio. Nã saul primus israelitarum rex / oīa clamore perturbās / & acri vultu ac voce fracta singultibus adest: & innixus hastæ suas queritur ęrumnas. Credo illum vetusto more nequā spiritu agitari. Quẽ / eo quod in eius manibus an̄ alios omneis totius reipublicę hebręorū gubernatio data sit: vt huic libro daret initiū / lubens adsumsi.

Quorum nomine labor hic adsumtus.

DE Saule ISRAELITARVM Rege.

Cis abielis filius fuit sauli pater.

Ordinis plębeii securitas.

DE Astyage Medorum Rege.

EQVIDEM mihi permagnum & exoptatũ commodum aliquantisper ab hebręis resipiscere potuisse fuit Nemine ex illis Sedechiam sequente. Quamobrẽ omissis Iobo/Thobia/& Nabuchdonosore/quibus ex miseria fœlicitas pristina geminata est:in Astyagem quondam medorum regem misere flentem vltro deueniam. Reor ædepol Astyagem Cyaxaris medorum regis fuisse filium:eo quod octauus ab arbace illi successerit. Qui quum asiæ imperaret omni splendore/diuitiis/& potentia/sui æui mortales cęteros anteibat/intantũ/ vt ad plenam obtinendam fœlicitatem Nil illi deesse arbitrarentur vulgares/quã vt plem sexus melioris susciperet. Set quid refert? Sinamus quid introrsum mens regentium sentiat/ex adparentibus nemo mortalium potuit omnia possidere. Erat igitur Astyagi vnica filia Mandane:qua fortuna vsa est in præcipitium genitoris. Sane deus tam ingentem molem moturus/non ad obsistendũ/set ad disponendũ forsan in robur aĩ susceptoris/bis per quietẽ sub velamento astyagi qđ futurum disponeretur/aperuit. Primoquidem ei dormiẽti visum est/Mandanen vrina sua omnem asiam inundare. Secundo certo temporis elapso spatio vidit in sopnis/ex genitali parte filiæ vitem exurgere tanta palmitum & pampinorũ hubertate luxuriantẽ/vt asiaticos omnes contegeret vmbra. Ex quibus mirabundus quum hariolos consuluisset/adcepissetque filium ex filia nasciturum/qui se regno pelleret:& omnem asiam occuparet. Trepidus & in solitudinem versus/vt pręuertere fatum posset consilio:Mandanen non illustri medo set cambysi persę dedit vxorem. Existimans quidquid maternus sanguis magnitudinis animi nascituro posset inferre/humilitatem paterni generis ablaturam. Quasi animos a gignentibus habeamus. Meminerat male Socratem diuini luminis quoddam clarissimum iubar/mortalibus secreta naturę reserare mysteria/& moribus componere viros/nec a marmorario patre/nec ab obstetrice matre didicisse. Sic nec euripides nec demosthenes/quorum ob generis vilitatem alterius mater/Alterius vero pater fuit incognitus/tragœdiarum clamores ingentes/& eloquentiæ mellifluas suauitates ex mulierculară vteris eduxere. Perraro quidem contingit nasci habitũ patrię mẽtis in filio. Astyages aũt quum nec humilitate piugii videretur securus/ ad se iussit pgnantẽ filiam adcersiri. Ex qua natus puer/eo mandante/Harpago regi hircanorum vt exponeretur exhibitus est. Quid seruandi imperii solicitudo non suadet? Is cui nulla posteritas/quam vt plurimum totis votis mortales exoptant:& intolerabilibus fere laboribus seruant/quæ dabatur Astyagi vt forsan senectus eius finiretur in regno/vt pelleretur iussit occidi. Cui certum est quin/si pie aluisset/nõ sic successorẽ gratũ hr̃e potuerit:vt exponendo acerrimũ habuit expulsorẽ? Humilitate nõ resistẽtia diuina flectunť consilia. Harpagus vero suscepto paruulo indignationem matris/siquando eam post Astyagem regnare contingeret/veritus/volente deo/de puero longe egit a sententia regis. Nam illũ pastori Regis/vt esset in culpa alius/tradidit exponendum. O quam inuestigabiles sunt dei vię. Pastor in insula fluminis quadam a bestiis deuorandum exposuit

Astyages medorũ rex

Mandane astyagis filia

Astyagis insopnia.

Visorum interpretatio.

Socrates.

Cyrus exponitur.

Harpagus.

Mitradates bubulcus.

vagientem. Quod quum retulisset vxori/quę filium paulo ante pepererat/ea rogante iuuit vt reportaret abiectum. A quo res monstro vicina ꝑperta est. Canis enim fœta quũ illi hubera admouisset/ab infestis auibus déte latratuq̃ seruabat. Quem etiã obsistente cane pastor abstulit/& ad vxorẽ deuexit. Cuius nõ ante susceptus invlnis est: quã quasi illã cognosceret/risu adulari cœpit. Ex quo delectata mulier in eum confestim deflexit amorẽ. Eiusque loco quẽ pepererat iussit exponi. Quis consentiat facile nisi diuino opere canẽ catulorum oblitam in speciem alterã maternam diligentiam pręstitisse? Quis mulierem credat nullis pręcedentibus meritis nec spe prẽmiorũ in posterum suadente/quinimmo regis ꝓhibente sæuitia si resciscat/adeo leges potuisse peruertere naturę/vt a rege damnatũ/a se omnino extraneum nõ solum diligeret/set proprio quoque pręponeret filio? Sic igitur præter spem prouidi regis alitur nepos. Cui regia seruanti pecora Cyrus nomen ab aliis impositum est. Quum et ipse iam spaco nutrici dedisset. Quodquidem non ante Astyagi patefactũ est: Quam iam grandis animum ferens inter Coætaneos regium se suis moribus patefecit. Porro quum astyages ipsum relegasset in persas/impatienter Harpagi ferens misericordiam/clam vltionis auidus/eiusdem filium occidit: & illum eidem decoctũ in mensa adposuit manducandũ. Harpagus autem Post factum/regis cognoscens fraudulentã sæuitiam/occulta indignatione commissum pertulit. Ast adulto iam Cyro & de se egregia indolẽ magna spondenti/nęquitiam in se/adque timorem omnẽ Astyagis/& sopniorum eiusdem promissa/occulte patefecit: Et eidem/si facinus audeat/auxiliũ consiliumque suũ spopondit omne. Qui vna cum sybari seruo/quem in sopniis sibi viderat opportunum/sumto tempore/persarum congregauit exercitum in Astyagem. Aduersus quem belli cura omnis & exercitus ab Astyage immemore Harpago commissus est. Is vero cum omni multitudine copiarum/vt cęsum comestumque filium vlcisceretur/Cyri iuxta promissum sese dedit in fidem. Set redintegratis ab Astyage copiis/quum in aciem descendisset/post longum certamen cedẽtibus medis cæsis pulsisque Astyages ipse a Cyro captus/omnique priuatus imperio/quãto miserior factus est casu/tanto clarius dei voluntatem humano consilio euitari non posse cognouit. Cyrus autem humanior auo/sua magis miseratione quam astyagis merito non solum illum vita donauit: Set etiam/vt non omnino priuatus viueret/ei præfecturam hircaniæ vltro concessit. Et Medorum regnum sub persarum imperio deuolutum est.

Cyrᵘ a cane educatus.

Exponitur loco cyri pastoris filius

Harpago filius adponitur epulãdᵘ

Sybaris.

Harpagus ab astyage deficit ad cyrum.

Capitur astyges

ℂ PAVCA de sopniis.



TRVM precor horum maiori cum admiratione spectabimus: An maximam & fere immutabilem fati opportunitatem: An certissimam sopniorum demonstrationem? Illam auertere solertis ac sagacis regis nulla potuere consilia/non mandata nepotis expositio/non adulescentis relegatio/non veterani regis imperium/non exercitus prægrande robur. Hanc demum in nullo defecisse adeo certa rerum subsequutione discimus/vt fere nil apertius etiam vigilanti viua voce ab ipso deo cuncta tãquam præsentia cernente demon-

Fati necessitas.

In sopniorũ prędictiõis.

strari poterit. Etenim maximũ quiddam diuinitatis occultum/infixũ mortalium animis est. Eoque agente/curis soluti/ceu minus corporea depressi mole/plura sopito corpore/aut visione certissima/aut tenui sub velamine audimus/videmusq̃ futura Qđ nõ tm̃ sopniis astyagis aut Cyri quantũcũque clarissimis crederẽ: nisi renitẽtẽ in hoc etiã me admonerẽt traherẽtq̃ iãdudũ a pluribꝰ viris illustribus visa. Satis ab auctoribus Simõidis poetæ sopniũ celebratũ. Cui abhũato pridi ecadauere dormienti futura nauigatio prohibita est. Et quum paruisset nauim quaʒ conscensurus erat tempestate demersam audiuit. Caius Cæsar si sopnio calpurniæ coniugis credidisset: ea nõ incidisset die coniuratorum in manus. Sic & Augustus artorio per ostensa per quietem mineruæ credens ne in castris propriis a cassio interciperet euasit. Et atterius vixisset longius/si sibi ob visum sopnium syracusis volens ex theatro discedere magis quam detinẽtibus suasoribus credidisset. Quid multa dicam? Si forte nulla credimus gentiliũ literis/diuinis saltem credendũ est. A quibus habemus Pharaonem ægyptiũ septem vidisse boues macilẽtas/septem pinguissimas deuorantes. Per quas exponente Iosippo vidisse hubertatem futurã & pœnuriam subsequentem cognoscimus. Sic & babyloniũ regeʒ/dum secures ad radices celsissimæ arboris in sopniis animaduerteret: a Daniele sui futuri excidii fuisse præmonituʒ. Infinita (ne per cuncta discurram) sunt tanta claritate monstrata: vt sopnio clarior non fuerit euentus. Nolim tamen ob hoc arbitretur quisquam/etsi sępe corpus sopno detineatur immobile/animam semper sua diuinitate frui. Quum diuini muneris illud sit/quando cõtingit. Variis quippe & plurimis agentibus causis per ambages frequenter deducitur. Et ideo si quãdoque visis fides integra adhibẽda sit: non tamen eisdem semper credendũ est. Set/vt in cęteris/inter spernendũ credendũque/discretione pręuia discernẽdũ est. Vt non negligamus quod ad salutem ostenditur: & econuerso/innocuis non turbemur.

Nocturnæ visionis ratio.

Simonidis poetæ sopnium.

Cæsar

Augustus. Artorius medicus.

Atterius ruffps.

Pharaonis boues iter g escẽdũ visæ

Nabuchdonosorẽ daniel pręmonuit.

Non semp credendum sopniis.

QVERELæ quorumdam.



CANDAVLES antiquissimus lydorũ rex lachrymans/hac illac incerto ambiens gradu/ad se me scribentem de sopniis reuocabat. Cui postquã oculos aurésque concessi: euʒ gygis impudici amici sui nequitiam maledictis lacessentem percepi. Aiebat enim se eidem gygi (qua secũ erat fidutia) amotis lasciuiis clara in luce prædilectam & eximiæ formositatis coniugem dormientem ostendisse. Vt quod satis verbo non poterat/demonstratione conscium redderet suæ fœlicitatis amicum. Eumque ea visa illecebri succensum cupidine/id egisse/vt se gladio necato regnuʒ cum coniuge in præmium sanguinis effusi susciperet. Erat & Mydas rex olim phrygiæ stulti muneris postulator/adeo ingenti ploratu & singultibus verba frangens/ vt comprehendere nequiuerim Quid illum ex ditissimo in tantam deduxisset miseriam/vt epoto tauri sanguine sibi mortem consciuerit. Cũ his erat & Balthasar babyloniæ olim rex querula voce se miserum ingemiscens/quod tam spoliis iudęorum quam regno splendidus/in celebri conuiuio residens/viderit in pariete suum exitium cælesti descri

Candaules

Gyges.

Candaulis interitus.

Mydę regis phrygię exitus.


Balthasaris visio.

bi manu/literasque confestim subsequi violentiam Cyri/qua regno priuatus sit patrio. Et obscurum trusus in carcerem. Hunc etiam inter multos sequebatur quõdam Lydorũ rex crœsus / qui etsi vultu mœsto/mœstiori tñ querela in fulgore͡ʒ suum fatorum insidias demonstrabat. Cuius ego & virtutem conspicuam & casum flebilem audiens / & quod a Lydis Tusci antiquissimam originem habuerimus/illustribus inserere viri͡ʒ dignissimum ratus sum.

Miraculum

Tuscorum origo a lydis.

¶ DE Crœso LyDORVM Rege.



FVIT QVIDEM Crœsus non vnico tantu͡ʒ inter mortales fulgore insignis. Nam naturæ munere Halyattis regis Lydorum filius natus est. Pulcrum & egregiũ regia nobilitate splendere. Sic & illi successor in regno regiis decorus notis rex orbi effulsit conspicuus. Grãdia hæc. Etiam si nil aliud fulgidum tanto lumini adcessisset. Cui sua opera superadditum est singularis rei militaris disciplina. Qua sui æui cæteros principes anteiuit. Et pugnantes obedientesque populi eidem fuere regi:ne bellorum instrumentum tanto deesset artifici. Hic (quod summum bonum multi mortalium arbitrati sunt)auri fuit abundantissimus. Et(quod plurimum illi decoris adtulit)a græcis populis adeo dilectus: vt pater vocaretur a plurimis. Præterea pulcerrimæ prolis/ni prærupisset ruina successum/parens extitit. Set hos tam gratos dulcores suis venenis fere vsque in exterminiu͡ʒ fortuna respersit. Sibi quippe lætis circumfuso(vt a somniis de quibus paulo ante pauca dicta sunt exordiar) Dormienti Atys optimæ indolis filius/& in spem successionis exortus/ferro surripi visus est. Quod dum quęrit euitare consilio/in id consilio incidit. Nam dum tempus curis melioribus exhibendum/vt præmonstratum effugiat/terit. Aper cũcta sub olympo conterens aduenit. Ad quem perimendum quum iret delecta Iuuentus/cum sociis vt eo proficisceretur Atys/quod ibidem nullus fore ferri videretur vsus/a patre exorauit. O dura fatorum sors. Dum in suem nititur iuuenis: A lancea eiusdem in aprum vibrata brachio cui Atys fuerat commissa custodia transuerberatus occubuit. Asperum Crœso & lachrymabile nimium toleratu. Hinc quum iam Cyri flammis omnis flagraret asia/oblatu͡ʒ aduersus eum a Crœso/babylonio regi subsidiu͡ʒ/in se caldęo subacto rege/dedit causa͡ʒ incendii diuertendi. Quod & opere subsequutum est. Cui dum totis Crœsus obsistit viribus captis sardibus fusisque lydis/& ipse capitur multitudini mistus/a persis. Et vna cum altero filio elingui tamen/e solio deiectus regio/tetro clauditur carcere: Et sic vno impetuosæ caliginis globo tot crœsi perlucida ornamenta labefactata sũt: Nam ex rege maximo adque claro priuatus/nec aliter quam obscurus plæbeiꝰ mediæ vulgi immistus turbæ/nube infortunii pressus sui latebat incertus. Tamen ne ignominiosa morte succumberet / qui gloriosa vita refulserat: Eius vt credo agẽtibꝰ meritis gemino dei subsidio seruatus ẽ. Nã quũ i multitudinẽ captiuorũ psa miles missus sęuiret gladio/& iã illũ i iugulũ crœsi eleuato vibrasset brachio: elinguis filius q̃si suę sortis oblitus emissa voce iussit/ne crœsũ regem occideret:

Crœsus halliattis filius rex lydorũ

Crœsi cõmẽdatio non mediocris.

Nocturnę crœsi visiões

Adrastus atym sibi creditũ imprudens hasta transfixit.

Crœsus cũ filio capitur

Mutꝰ crœsi filiꝰ loqtur.

qua carnifex motus/quem iam gutturi regis pressurus cultrum erat retraxit. Set eum auidum sanguinis/inauditum filii vocalis effecti miraculū non traxisset quo pacto nescio. Hoc satis a fide digno teste habeo/crœsum viuum in maximum ignem fuisse deiectum/a quo antequam lęderetur/tātus repente imber cecidit vt in instanti nec fauilla superesset vnica. Et crœsus remaneret illęsus. Cyrus autem seu hac dei beneficentia motus/seu quod ob gratiam crœsi/græciaꝫ omnem in se armari sentiret/mollita sæuitia non solum eum vita donauit:set patriis aruis bonisque restitutis/vt priuatus in patria viueret sponte permisit. Et sic regnū quod sub Ardiso filio aliactis habuerat initium seque in nouem continuauerat reges/deposito crœso finitum est. Crœsus imbris apollinei bn̄ficio vixit.

INFœlices ALIQVI.



AB ASIA quum paululū in Italiam reuocarer: Redeūti in mentē incidit Cyrus/toti asiæ formidabilis. Quē quum multis victoriis a canis hubenibus in amplissimū imperium elatum intuerer: quasi diuino nutu inter arctas montium scythicoruꝫ fauces omni exercitu cæso/iussu Thomyridis reginę caput eius confossi in vtrem sanguinis plenum deiectum aduerti. Quod ego ꝓspectans exhorrui. Et quū omnem eius maiestatem pręteritam repente aīo reuoluissem/metū quid cerneret dei iudicium expauescens/dixi. O inexcogitata mortalibus fortunę mobilitas. Quid hoc spectare/quid cernere caput Cyri tot regnorum totius orientis insigne decus/imperio mulieris vtre & fœtido volutari cruore? Hęccine in morte tam clari regis coniugū et natorum oscula? Hæc supma amicorum officia? Hic illi rogus ingens & magnificus? Hęc aurea vrna cinerum taꝫ clari principis seruatrix? Hic titulus ingens tanto tamque terribili nup imperatori/vter sanguinis mulieris improperantis turpia verba. Et relictum truncum cadauer laniandum auibus ferisque ac putrefaciendum inter lixarum saniem & iacentia membra sub diuo? O eximium cupiditatibus nostris adque superbiis si patiamur exemplum/si fragilitatem nostram/& dei potentiam velimus agnoscere. Set quid? dum Cyri infortunium toto spectarē animo: quorumdam clamor quod iter cœperam violentius auertit. Ac Amulii & Numitoris male inuicem conuenientium querelarum rumores audiui. Quorum alter immerito se eiectum regno a fratre lachrymis et clamore testabatur. Alter se a nepotibꝰ indigne adserebat occisum. Immemor quod illos olim iussisset exponi. Nec minus & hi etiam clamitabant. Sinam Remū adserentem se impietate fraterna communi priuatū imperio/ et ꝓ muro vrbis occisū: et iperiosę vrbis patrē ꝯditorēque ex incerto genitore et rhea vestali virgine genitum/ac ex pastore latrunculo regis interfectorem/regnique restitutoreꝫ regēque factū/amplificatorēque eius ciuitatis Cui orbis vniuersi seruabaƭ dominiū/se a patribus apď capreā paludeꝫ gladiis laceratū mōstrantem. Et ad tristē miserūq̄ Metiū suffetiū albanorū regē deueniā. Qui etsi tardius quaꝫ exigeret ordo narratiōis/adcessit: nō ꝓpterea postponēdus est. Ignoscēdū qppe illi/quū iustā tarditatis causam habuerit. Nō eniꝫ adeo ocyter mēbra a quadrigis in diuersum tracta ad veniendum comparare potuit et iungere.

Cyri mors ignominiosa

Exclamatio

Numitor.

Amulius

Romulus.

DE Metio SVFFETIO Albanorum REGE.

ORTO INTER Romanos et Albanos bello/Tullus hostilius Romanorum/& Caius ciuilius albanorũ reges:aduersas inter se copias eduxere. Verum quũ nonduз manus cõseruissent:Ciuilius morit. Cui confestim Metius suffectus/ex priuato rex seu loco regis erect⁹/fascibus et ornatu spectabilis corã comparuit. Adtamen seu illũ indignuз existimaret elatrix fortuna:seu sic exposceret rerum series:breuis illi tam grandis fœlicitas/immo dedecorosę pernicíei causa fuit. Nam stante bello/quum paruo hostes dirimerentur spatio/ vt per duellum questio sedaretur cum tullo pactioné habuit. Euenitque infœliciter illi/ prospectante deo benignius in romanę vrbis futurũ imperiũ:Nã curiatiis abhoratio superatis:alba romanorũ dominio subacta est:Et sic in primo metii fulgoris ortu stygias iniecit fortuna nebulas:portentũ/arbitror/futuri exterminii tam regni quã principis iã ꝓpinqui. Nam Metio vectigali romanorũ facto/parua interposita mora/Romanus rex aduersus veios arma adripiens/metium cũ albanis auxiliaribus traxit in hostes:dispositisque agẽdis In pugnã quuз metius tulli iussu admouere aciem in fidenates/qui veiorũ partes fouebãt/deberet:sensim montium subsidia petiit. Expectaturus quibus ꝑstari videret victoria: Vt illis tamquã amicus adplauderet. Quę videns Tullus & animaduertens quorsũ tenderet ꝓditoris successio:ficto vultu verbisque/aĩ tulit indignationẽ/ suis iã trepidantibus clamitans/sic albanos ex cõsulto facere/Et quũ iam in cornu altero pugnę cũ suis romanis veientibus iniecisset manus/et arte nõ minus quam viribus victoriam obtinuisset ex hostibus:omnibus tã albanis quam romanis in contionem vocatis/adplaudentem sibi ob victoriaз metium palam detecta fraude capi iussit. Nec longa capto infortunii sui ingemiscendi mora concessa est. Eum quippe plurimis verbis lacessituз/nudatum regiis ornamentis/miserũ adligari quadrigis/et illas equis/eosque in diuersum cursũ pręcepit vrgeri. Quod agentibus lictoribus vi equorum trahentium cum maximo patientis angore (vt ignominiam omittam) vtroque spectante exercitu/in partes plures metii miserũ corpus discerptum est. Et eius sanguine adq̃ visceribus castra fœdata sunt oĩa. Et sic metius cui sublimis claritas cõtigerat apud suos/prĩo infœlici certamĩe curiatiorũ ex libertate in seruitutem lapsus est:quã quũ fraude in fulgorẽ pristinũ retrahere conaretur: Triste de se spectaculũ tribuit. Et sibi suppliciũ illis inauditũ sęculis adinuenit. Ac regnum ab Ascanio æneę filio vsque in tẽpus illud ꝓtensũ in desolationẽ deduxit perpetuã. Quum alba tẽplis exceptis iubente tullo diruta sit tota:Et ciues romam migrare coacti.

Metius suffetius.

Alba romanorum armis subiugata.

Perfida metij proditio.

Prudentissimus seruij astus.

Fraudulẽti cõsilij pœnas luit metius.

Albani împij excidiũ.

¶IN Fraudem INVEctiua.

EST SANE fraus species pessima mali. Nã facie placida/mellitis verbis/ac humili incedens gradu/peruigil semper syncerae insidiatur fidei. Et vt plurimũ ad aculeos veneniferos infigẽdos ꝑ instrumento superficie tenus vtitur deo. Hæc eteniз tanti roboris est/si astutus sit artifex/vt venerandam legum potestatem prosternat: mortalium sapientiam fallat: Armorum vim adque potestatem frangat: Artem decipiat. Et omnem vigilantiam persæpe confundat. Hanc sũme ignaui pusillanimes adque vęcordes homũculi colũt.

Fraudis potestas.

Eo quod nulla virtutis fiducia nec mẽtis vigor illis sit. Quę etsi honesto sub pallio laqueos/versutias/decipulasque/semper gerit: et nonnũquã credulam simplicitatem fidei sub pedibus conterit: frequenter tamen sui artificis ruinam struit. Et in eundem/quę in alterum iniecerat venena retorquet/teste metio/qui dũ præter promissum & summa religione firmatũ fœdus/occulte albanos ab romanis dirimere satagit: publice sibi ipsi corporis lacerationem quæsiuit. Fleat ergo meritum infortunium metius. Nos autem huic libello finem imponentes paululum quiescamus.

Joannis boccacii Certaldensis

DE Casibus ILLVSTRIVM Virorum

❡ LIBER TERTIVS.

Iter faciẽtiũ consuetudo



ONSVEVERE LONGVM AC LABORIOSVM iter agentes/non solũ aliqñ consistere/sudores abstergere/corpus leuare/aurã captare lenem/& sitim poculis pellere: Set etiã in tergũ facie versa/iam acta metiri spatia/opida recolere/flumina/mõtes/vallesque/& æquora/recẽsere. Et dũ toti itineri qđ pręteritũ est/eximunt: Non modicũ sibi/ad laboris residuũ/viriũ superaddere. Quæ dũ paululũ mecũ ipse reuoluerẽ/in ꝓfũdissimã lapsus admirationẽ/sigillatĩ cœpi cũcta colligere: Et potissimũ qbus modis qb⁹ viis qb⁹ de causis hi quos deiectos adposui cecidere. Visũ ẽ(ni decipiar)eos i se/sicuti plęriq̃ faciũt oẽs/aduersam ꝓuocasse fortunã. Verãque ꝓbaui fabellę sniã quã oli ab adulescẽtia mea audire memineram. Et qm̃ in contione pręsenti satis cõmode facere videt: illam/dũ quieti indulgemus/recitasse non erit inutile.

❡ PAVPERTATIS & Fortunæ Certamen.



VM Igitur iuuenis neapoli olim apđ insignẽ adque venerabilẽ virum Andalonem nigrum genuensem cælorum motus & syderum eo docente perciperem: inter legendũ die vna verbũ occurrit huiusmodi. ☞ Non incusanda sydera sunt. Quum sibi infortunium oppressus quæsierit. Quod audiens festiuus homo/quamquam lõgæuus/hilari vultu inquit. Hoc profecto lepida fabella & antiquissima probatum est. Quam a quibusdam egregiis nobilitate viris auditoribus suis & a me exoratus vt diceret/quum placidi & flexibilis esset ingenii/confestim diserto sermone sic inquit. Sedebat forsan in triuio paupertas amicta centunculo/& obducto supercilio secum/vt moris est/plurima reuoluebat. Eo ferente casu fortuna transiens oculos iniecit in eam. Aduersus quam ridentẽ adque ꝑtereũtẽ paupꝑtas surrexit: Et acri facie inquit. Quid stolida rides? Cui fortũa mitior. Te ipsã macie oblitã/scabrosã/scabiosã/pallẽtẽ/pallio tenui semesis lasciniis semitectã/amicitias fugãtẽ/ac canes quocũq̃ ieris excitãtẽ/et nẽ vrgẽte extremitatis tuę verecũdia i solitudie residẽtẽ. His irritata pauptas

Paupertati illudit fortuna.

Fortunę verba ad paupertatem.

Paupertas ad fortunā.

vix manus continuit/dixitque. Ecce si insipidam arbitraris/te agente/me esse/ non quidē/quinimo me volente. Set sinamus hæc. Quum tibi sit plena mollisq cutis/Roseus color/et purpurea vestis/& ancillarū lōgior ordo/visne mecū in palestra certare viribus. Ridēti ait fortūa sedato risu. Quāobstinati ai hæc misella fit. In vltimam gentium sortem illam deduximus: Nec mentis tamen superbiam. satis adhuc opprimere potuimus Aecastor sepulchrale simulacrum ni tacueris/cū istac stolida elatione tua ad inferos vsque te mergam. Tum paupertas exhilarata paululum/iam victoriæ partem tenemus/ait. Bene se res habet. commota est iaculatrix ista. Illique subiunxit. Me forsan in blanditias/vt te mitigem/ituram putas. Nil minus. quinimmo more tuo mentiris. Nunquam me ipsa pressisti. Ego dum sponte mea tua omnia abdicaui/omnez orbē te inuita mihi concessi:& ex serua libera loquor fœmina. Quam duz tuis exutam laqueis ad inferos deiecisse putasti: ad superos prudentem eleuasti nescia. Verum minas has tuas regibus iniice. Mihi quidem etsi vacua cutis et tacitus animi vigor est: vt nedū illas timeam: Immo spero si lucter in eas/te contererem. Ast fortuna iam verborum impatiens/ego tecū spurcissima rerū vires ait experiar meas. Quæ gigantes oppugno/imperatores deiicio: Equidem minimo isto digitulo/si amplius loquuta sis/vltra riphęos mōtes te rotando proiiciaz. Tūc paupertas. bona verba quæso. Credo magna facies. vidi frequenter lætabunda quæ narras/pauida nunquam. Set omissis iniuriis iactantiisque/visne experiri quod dixerā? Nec dedigneris/si tu reges conteris. Ego Romani Imperii nutrix fui. Nec melioribus quam sim contecta palliolis. Fortuna fere desperans inquit. Ad insaniam profecto me rediget præsumtione muliercula hæc: ni illi ostendero quanti sit me iratam habere. Iam parata venio nutrix egregia. Quo belli gñe Alcides inclyte neruositatē istanc tuā ostēdere elegisti? Cui euestigio paupertas/non vmbo/non spiculum nec galea aut thorax vel equus est mihi. In pedestrē luctā expedita veniā: hac adposita ꝯditione/vt fas sit victrici victæ quam maluerit ponere legem. Tum paululum in risum fortuna soluta est/inquiens. Scio venies expedita/iam diu sarcinulas composuisti tuas. Minus tamen fido/vt aduerto/liquisti hospiti. Sz quos pugnæ spectatores/quos victoriæ iudices habebimus? Et postquam lege agendum est/quam tibi/si vicero/multam imponam legem vt serues: quum nullam habeas. Auferam/si velim/diuitias darii/aut Alexandri Macedonici regnū/ceu te edicto damnabo miseram/quuz absque miseria sis. Quos etiam tu mihi vades dabis: quum nec amicum habeas nec adfinem. Iam vicisse Reris/respondit paupertas. Ego quidem quæ victoriam habitura sū/Nil pręter fidem tuam postulo (quamuis rarissima sit) set quum me ipsaz dare catenis possim/si deficiant cętera/satis tibi est. Risit magis fortuna dicens. Assuerum illum inclytum tot regnorum regez triumphans ante currum ducam si te duxero. Teque carceratā habebo vt hanc esuriem tuam et effœtam pelliculaz meis expleam sumtibus. Set quid tot verbis opus est? Orco te excarnificandam committam: Et in eam irruens vt vertici manu posita illam in centrum vsque premeret/vlnis ab expedita pauptate suscepta est. Diuq per aerem vacuum volutata et tādē ꝓsternata solo subcubuit. Cuius pectus acuto genu calcās pauptas et calce

Paupertas. prima romani imperii nutrix.

Paupertas fortunam vincit.

guttur premens. Non ante illam multa in vanum conantē etiam respirare permi-sit. Quam se deiectam victamque fateretur. Et iureiurando firmaret/datam sibi le gem seruaturam integre. Tunc adsurgens victrix paupertas pauxillum fessam cas-samque quieuisse passa est. dixitque. iā vides expta quid aduersuȝ te meę possint vires. cautius ergo quum me videris post hac rideas: Sin minus vapulabis. Et nūc vti vires/sic experiaris volo benignitatē meam in te male meritam. Erat in aīo lu-dum istum tuū volubilem frangere. Te que in vitam priuatā redigere/set miserta tui hanc tantum legē serues volo. Tuo quippe in arbitrio/postquā sic errori vete rum visum est/posuere superi fortunium infortuniumque. Ego medium tanti im perii volo subtrahere: et iubeo vt publice infortuniū palo adliges/firmesq̄ cate-nis/vt nō solū neq̄at cuiusquam intrare limen/set nec inde discedere: Nisi cuȝ eo qui nexum soluerit. Fortuniuȝ quo vis mitte. tuque ab iure meo dū id feceris libe ra esto. Mirabile dictu quod nunquam ante fecerat. Nec erat factura in posteruȝ. aiunt paupertati tunc fortunam seruasse fidem: & infortunium palo adligatū so-lis soluentibus dereliquit. Ex quo satis optimi iuuenes potestis aduertere veteri fabella ꝓbatum qđ ante nō insipide dicebatis. lætitia ab adsistētibus celebrata fa bella est/quam ego forsan adceptabilem arbitror/si velimus mētis acie mores ho minum & dei iudicia intueri. Set ecce qui soluerunt a palo infortunium suis me reuocant clamoribus in laborem.

Fortuna a paupertate victa ifortu nium palo adligat.

¶DE Tullo Hostilio & TARQVINIO prisco.



RAT ANIMVS in Asia redeūdi: Set quorūdam Italorū clamor quo nolebam me in latium reuocauit. Quieuerat/quideȝ fere in hanc vsque tempestatē rudis adhuc latinus populus/eo qđ leui reruȝ paruaque cu-pidine agere͡t. Tamen postquā in libidinem amplificandi imperii ventū est/rui-nis etiam reges mutari/Et in nōdū expertos dolores delabi cœperunt. Et vt pisca tori quā fabro calidior videtur ignis: sic durior quā expertis anxietas inexperto visa est. Hinc dato plaga minor/maior tamē rumor emissus. Ad quē dū a fabella deuoluor: extēplo Tullus hostilius rex visus est/qui quasi indignū putans/eo qđ Hostilii: qui ꝓ Romana arce aduersus Sabinos egregie pugnauerat/nepos extite rat: Se medio imperii sui fulgore ab Ioue optimo fulminatū. & totum cū regia cō crematum: execrationes ifandas tā in euȝ quā in cæteros superos euomebat. Quē ego ridens auscultassem diutius/ni me Priscus Tarquinius eiusdē vrbis fere rex antequam ciuis/ad se paululū deflexisset. Qui oblitus se demarati corinthii: filiuȝ ex mercatore/deceptis Anci martii filiis/regnum sumsisse solum eorum opera securi percussuȝ mortuumque deflebat. Verum omisso prędictorum & Tulli ser uii/& aliorum quorundam ibidem existentium gemitu Tarquinii superbi adue-nientis querelas ampliores plene suscipiens describēdas adsumsi. Eo quod ex il-lis/tam eius adque tullię coniugis facinus/quam infandum filii crimen rite puni tum/& libertas orta Romana/monstretur.

Tullus hostilius.

Traquinius priscus.

¶DE TARQVINIO Superbo ROMAnorum Rege NOVIssimo.



Seruius Tullus.

ARQVINIO QVIDEM prisco duo fuere filii Aruns & Lucius Tarquinii/qui morięti impuberes fuere superstites. Seruius vero Tullus/cui puero in cunabulis dormienti apexigneus cęlo delapsus & capiti insidens lætum futuri regni fuerat pręsagium/consilio Tanaquilidis Reginæ occiso regi successit. Adultisque iuuenibus duas filias suo semine genitas connubio iunxit. Sane/sicut diuersa iuuenum ingenia fuere/sic & vxorum longe separati mores.

Aruns tarquinius. Lucius Tarquinius superbus.

Mior tullia. Maior tullia.

Aruns natura mitis Tulliam natu minorem peruersissimę mentis fœminam coniugem habuit. Contra ferocis animi Lucius mitem Tulliam sortitus est. Set quum ægre viri mansuetudinem insolens Tullia ferret/sororisque ignauiam: forte contigit vt Aruns & maior tullia morerentur. Ex quo concordes Lucius Tarquinius & superstes Tullia coniugio iuncti sunt/magis quiescente seruio quã probante. Hæc aũt (vt impatientis erat ingenii) adsiduis infestationibus ferocem iuuenem exasperans/ad id illum egit vt captatis opportunitatibus curiam intraret: Regis loco sederet: patres vocaret: & iura redderet: Venientem Seruiuz cũ fautorib⁹ e curia vi abiiceret: abeũtẽq a suis trucidari faceret. Et iussu pp̃li patrũque regnaret:

Adtende ferocem hortationem.

Qđ quũ egisset nec trux mulier occultare potuit. Nã prima carpẽto in curiã veniens virũ regem alacris salutauit. Domũ vero repetens quum patrem indigna cæde peremtum medio iacentem vidisset itinere / obstupentem aurigam immanitate facinoris/iterque vertentem/ne rotis vehiculi premeretur exanime corpus/increpuit: iussuque suo tam equorum pedibus quam carpenti rotis primo depresso cadauere despectoque quo ferebat propositũ abiit.

Tullus indigna morte trucidatur.

Execrãdũ tullię i patrẽ facinus.

Tarquinius igitur regnum hoc scelere adeptus ante alia (vt satis pateat vnumquemque a palo infortuniũ soluere: Et ne successus essent a principio differentes) ita se in patres plæbemque nouus rex gessit: vt facile superbi cognomen adquisierit. Qui etsi nimium adparebat elatus: domi tamen forisque ad splendorem suum & Romani nominis augendum egit magnifice plurima. Domi quippe deorum templa a pręteritis vota regibus plura sumtuose construxit: similiter & capitoliũ ingens: publicas cloacas/& alia quędam pro vrbis magnificentia satis solerter fecit ædificari. ☞ Adtamen quum quanto quis celsior tanto sit ruinę vicinior: ægre tumorez eius fortuna ferens/incauto laqueum præparauit. Totis nempe viribus cupiens ardeam veterem rutulorum vrbem subigere/ad eam obsidione cingendam concesserat.

Bellum ardeate.

Set dum longius negocium trahitur: in castris regii iuuenes in cœnam conueniunt. Et amotis demum epulis quum vino maderent plurimo: de pudicitia vxorum sermo incidit.

Certamen de re vxoria

In quo quum quisque suam præ cæteris extulisset: opera experturi consensis equis clam adque ex improuiso suam vnusquisque domum vna cum sociis contenderunt: Eam cęteris præponendam dicentes/quam laudabilioribus comperissent studiis vacantem. Qui quum regias nurus ludis operam dare vidissent: apud collatiam cum famulis suis lucretiam modeste stantem adque lanificio inuigilantem comperere. Quo illam merito commendabiliorem arbitrati sunt. Vnde commissum est vt sua virtute pudica mulier cruentum consequeret munus. Potuit qppe domestica mulieris formositas nullo p̃ter quã honestatis adiuta cultu/illecebrẽ Tarq̃nii sexti occupare mentẽ: et vi tanta fluxũ

animum iuuenis cogere/vt in sui cupidinem sexti desyderium verteret omne. Qui stimulis infandæ libidinis agitatus post dies paucos conscio nemine tam quam viri adfinis hospitaliter a pudicissima mulieruꝫ apud collatiam susceptus/ et comiter adque benigne omni suspitione semota ab eadem honoratus est. Qui inter cœná quū domus dispositionem omnem sagaci collegisset oculo:noctte intempesta cubiculuꝫ dormientis lucretiæ intrans/non mortis/quam extracto gladio minabatur adulter/set infamię timore/renitentem in suos venire coegit amplexus:optatoque potitus lætus abiit. Quæ/quum ruborem corruptæ pudicitiæ conscia mens non ferret/mane facto suis adcersitis vndique quod actum erat aperuit/& cultro quē cęlatum sub vestibus habuerat se transuerberans/violatum corpus morte piauit. Cuius ex profundissimo vulnere clarus innocentia sanguis emanans/mulieri necem/republicæ libertatem/adtulit. Nam iunius brutus sumto ex vulnere ferro non solum collatiam omnem/ Verumetiam vrbem Romam vna cum lucretio & collatino infandum facinus detegens/et libertatem populis suadens in sententiam suam traxit. Et quum iam in castris susceptus esset & scelere cognito libertas a cunctis clamata: frendenti multaque minanti Tarquinio redeunti clausa ciuitas est. Itaque dum ardeam armis adpetit/nati crimine Romam perdidit/versumque in contrarium prouerb um vetus/Nam filius comedit vuas acerbas & parentum dentes obstupuere. Tarquinius autem sic rebus se habentibus regno priuatus ab exercitu destitutus in exilium pergere cum omni familia coactus est. Quo autem nefanda mulier tullia abierit legisse non memini. Sextum diuertisse ad gabinos/quos ante deceperat/et ibidem ab eis trucidatum certissimum est. Tarquinius autem exul fraude regnū recupare conat⁹ male succedētibus dolis ī vires & bellū ꝓrupit ab amicis hetruscis adiutus/inde a porsena clusinorū rege/demū a latinis pp̄lis. Et in aduersum succedentibus cunctis Arunte filio adque sexto & octauio Mamilio latinorum duce genero suo proditis senex miserque cumas abiit. Ibique cum Aristomene ciuitatis tyranno infœlicem annositatem suam priuatus tabescensque consumsit.

Lucretię vis infertur.

Lucretia gladio se transfixit

Luci⁹ iuni⁹ brut⁹ et spu ri⁹ ucretius tricipitinus Lucretię pr̄ cū Targnio Collatino eiusdē vito ī periū supbo abrogarūt.

Sexti exit⁹.

IN PORTENTOSAM PRINCIPVM Libidinem.

NEQVEO/SI VELIM/mentis frenare impetum/in presides summis exeuntem conatibus. Quibus vt plurimum adeo castitas exosa est: vt si ad eorū explendam pruriginem omnis matronarum multitudo conueniat: luxuria satiari non possit. Hi quidem passionū turpium sectatores/hiantibus oculis tēpla/plateas/aulas/& loca q̄cūque i quib⁹ forte ornatę ꝑueniūt mulieres/ambiētes/dū illecebri adpetitu cūctas suę libidini aptas faciunt:oēs cupiūt. Hinc faciēte spem potētia circuitionibus aucupātur et has blanditiis/illas minis/alias muneribus/nonnullas sponsionibus/etsi cætera non sufficiant/vi quasdam in casses voluptatis suæ contrahunt. Et cantu & choro ineptias suas celebrantes/

existimant quammaximum decus quoscumque thalamos polluisse. Et si contingat in horum scelestum studium aliquem loqui: confestim impudica fronte surgentes/friuolas quasi sanctissimas quasdam suas rationes obiiciunt. Vt puta dauidis adulterium in Bersabea/Sampsonis meretriculam/Solomonis ob mulierez Idololatriam/& huiusmodi plura/addentes insuper iuuentutis ludum esse luxuriam. Naturæ/non malitię crimen. Et ætatem se frenare non posse. Præterea eos in rem suam agere/& sic nemini iniuriam facere/seque in maturam senectutis ętatem continentiam reseruare. O stolidissimum hominum genus. O ridiculum. O fatuitatis fastidium. Obiecta quidem in sacros homines negari non possunt. Set scelere commisso fleuit Dauid. Nec ante a lachrymis destitit/quam dei iram nouit mitigatam. Sampson si peccauit in dalila/cæcitate & longa captiuitate multatus deberet illis terrorem iniicere. Sic & Solomon diuino priuatus spiritu peccatũ suũ cognouit/& destitit: Hi qdẽ nec flẽt/nec desistũt/nec iudiciũ dei timent. Et si stat sententia hoiz taliũ imitari scelera/qd eos in claritate facinorũ nõ imitamur? Fuere illi lasciui: & male fecerunt. Set fuere etiam strenuitate bellorum/cultu iustitiæ/ munificentia & memoria obsequiorum adque diuino obsequio conspicui. Qui illos in lasciuia tantum/quum cætera horreant/consequuntur: milui ritu faciunt. Qui diem totum extensis alis rotatus/etsi eligibilia multa viderit/tandem tamen ad putrida delabitur. Nec inficiabor quin/ad hoc inclinante natura/crimen luxurię oriatur non in iuuentutis ludum set ludibrium. In quod quanto procliuior est ætas: tanto illi frenum acrius imponendum. Cuius qui vires extollunt ad suam ignauiam excusandam/oculos quæso impudicos dirigant in Scipionem/cui cognomentũ posteriori aphricano fuit/luceio speciosissimam sponsam & virginem ex captiuitate reddentem. Concipiant auribus eiusdem verba ꝓ sophonisba syphacis ad masinissam. Catonem insuper censorinum contemplentur cypriis circũfusum delitiis diligenter immune corpus ab omni illecebri contagione seruantem. Intueantur pariter Drusũ intra limites matrimonialis tori omnem carnis concupiscentiam concludentem. Quid? (inquiẽt) Non hi iuuenes erant: non poterant: non virilis vigor erat in illis. Set quid ego constantissimos viros in medium traho: quum tenellas virgines persæpe legerimus parui pendisse dira supplicia tyrannorum: vt immaculatum decus corporis & animæ conseruarent? Vxores ad prolem datę sunt. Hę quidez sufficere possunt ad quemcumque furoris illius impetum comprimendum. Inquiunt præterea nequiter non minus quam stulte in rem suam agere: quasi in rem suaz liceat vnicuique qd' lubet. Ratio quidẽ dũ a brutis hoiem segregauit moribus suis: legẽ ịposuit. Qua trãsgressor in beluã ꝓfestim vertit homo. Et eorũ sic est matronale decus/vt potẽtia sua illæsuz seruet a violẽtia. Quid ei stultius credi põt quã vt quis quẽquã suæ salutis in custodẽ adsumat/seque totũ & sua hoc habito respectu ꝓmittat/vt sui decoris honorisq̃ deturpatorẽ sustineat? Nõ aũt saluus sũ si adulterio labefactata sit domus. Si frõti rubor iiectus ẽ. Satis clarũ ẽ ob tutelã dños nõ ob ꝯtumeliã a ppl'is sublimari. Nemini quãtũcũq̃ libero fas ẽ sese aduersꝰ hõestatẽ publicã adstriger. Si fecerit frustra/si recuset regrit vt obseruet: Quid q̃so idigebã rege si eius deflorator est

His verbis plerique suã causantur libidinem.

Obiectorũ refutatio.

Cõparatio.

Scipionis cõtinentia.

Cato censorinus.

Drusus?

Vxores ad plem datę.

In primatũ lasciuiam.

pudicitię quam ego forsan absque illo seruassem intactam? Spectent ergo quid agant principes/quo se permittant lasciuia inclinari. Possũt auferri pecuniæ/& aliquando restitui. occupari agri. & immunes omitti. Domus dirui:& demum resarciri. In exilium potest quis mitti. Et iterum reuocari:honores auferri publici:adque reddi. Pudicitia sublata semel nunquam instaurabitur integre. Nec ob hoc decori iniecta macula in perpetuum expungetur. Potuit præterea romana plębs armis honusta / regum castra sequi/eis iubentibus pugnas inire/sanguinem effundere/animam emittere. In cloacis publicis/in fundamentis/In ædificiis extollendis/Labores & sudores impendere/vectigalia persoluere/per omnia durū imperium tolerare. Ferre violatam lucretiam non potuit/quinimmo adcensa & in regem consurgens/illum ex regno in exilium deiecit æternum. Verginius ob hanc eandem culpam potuit a decemuiratu in carcerem claudium coniicere. Et propter violatam dinam sicimitarum excidium subsequutum est. Sic propter Helenam Troianum. Et beniaminia tribus ob stupratam lęuitæ coniugem in nihilum fere redacta est. Holofernes assyrius dum ex bello victoriam expectaret/ante commissum crimen merito pœnas dedit/eiusque cecidit gladio cuius amplexus impudice cupiuerat. Quid exemplis insto? Via pupblica incedendum est. Sinendique sunt agri maceria septi. Ast si periculis parcere nolint/suæ saltem huiusce proletarii sceleris amatores valetudini parcant. Luxuria multiplex ingenium hebetat/memoriam minuit/vires eneruat/& sanitati hostis infesta est. A qua si in senium quis deuenire permittitur:ægritudinibus variis agitur. Vt non solū obseruet castitas/set miserandæ iuuentutis lasciuia deploretur.

Irreparabil' ē si violetur pudicitia.

Lucretię stuprū vltus ē romanus populus.

Verginius.

Dina israelis filia.

Helena.

Trib⁹ beniaminię clades.

Iudith holofernē obtrūcauit.

Libidinis incommoda.

ℭ GEMEBVNDI QVIDAM.

NONDVM SATIS in libidinem obloquutus eram:& ecce confestim a principibus obsessus sum. Aduertens liquide eo iam me venisse vt qui circa huius operis initia pœnuriam historiarum passus sum/ Nunc superabundantia defatiger. Nusquam etenim adhuc tam grandis mihi dolentium visa est caterua. Ibi siquidem Cambyses Cyri regis filius/cuius fraude Smerdis frater fuerat occisus/adhuc eadem ex agitatus furia qua se ipsū peremerat/deorum execrabatur sæuitiam: eo quod subactis ægyptiis/ & in deos eorum & sacra adque superstitiones debacchatus & adcensus cupidine abolendi templi Hammonis lybici sibi sit furor immissus. Inde truncis auribus Oropastes magus suum infortunium deplorabat. Quod regnum tam grande/tam splendidum/ tam pulcra fratris fraude quæsitum / sectis indicantibus auribus perdidisset & vitam. Sic & darius Histaspis filius probitatem suam in magos/astutiam equisonis ad quęrendum sibi regnum/splendores habitos & regale coniugium lachrymis repetebat. Fortunam damnans/quod in scytas eunti fuerit aduersa:et longe magis apud marathonē i atheniēses bellū gerēti/parātiq̄ reditū in rebellionem egisset ægyptios:& ob id cœptis omissis sibi nedum aliis

Cambyses ꝑsarū rex.

Oropastes quem, alii merdē vocant patiȝithis magi frater.

Darius.

tędiosus deuenisset in mortem. Erat & martius coriolanus (vt videbatur) indi-d gne ferens/& Romanorum ingratitudinem/qua in exilium pulsus. & quod matris precibus obtemperasset a volscis se occisum. Sic & Milciades atheniensis deflebat perdite / quod ciues sui / quos ab infestissimo adque potentissimo hoste dario persarum rege fœliciter re apud marathonem gesta liberauerat: peculatus se loco mũeris adcusassent: coegissentque carcere clausum inter catenas expirare/qui illos a catenis seruitutis perpetuę liberasset. Aderat et Themistocles æquis fere querelis atheniensium ingratitudinem defiens. Nam post repetitaʒ singularis virtutis suæ gloriam quam sub milciade apud marathonem militans præ cæteris reportauerat/ostendebat quibus astutiis iam dux factus ad classem xerxis obtinendam/sociosque retinendos belli/regemque pellendũ græcia vsus fuerat/ et qua arte sua actum sit vt contra placitum lacedemonum muris roborarentur athenæ: ex quibus tot tam quemagnificis aiebat se exilium reportasse: coactumque xerxi preces porrigere/quem bello vicerat ante. Et vltimo vitę satietate taurino epoto sanguine alieno sub cælo extremum clausisse diem. Quid omneis referam adsistentes: frustra profecto conarer. Set venienteʒ Xerxem superbiam suam flentem cæteris omissis placuit adsumere.

Milciades cyonis filius

Corio lanus.

Temistocles neoclis et abrotani vel vt alii euterpes filius.

Themistoclis iteritus.

DE Xerxe PERSARVM Rege.

XERXES DARII REGIS persarum ex Cyri regis filia genitus/compositis cũ arthemene fratre natu maiore de successu regni quęstionibus/ patri successit in regno. Cui fuit tanta diuitiarum abundantia/tantus regius splendor/tam grandis populorum obsequentium copia/vt vix alter ei mortalium quouis sæculo par legatur. Quibus stolida mente inflata ausus est de se credere non solum terras posse subigere: Verũ/si velit/cælum superis auferre. Quem tumorem haud diutius passus est deus. Nam quum circa sui regni initiuʒ/ ignominiose aristide pulso/ægyptum quæ a patre defecerat suscepisset: vt belli adparatum dudũ a dario aduersus græcos inceptũ perficeret: consumsit qnquenniu. Et ꝯgregatis septingentis milibus armatorũ ex persis/& trecentis milibus ex auxiliariꝰ/ac numerosissima classe instrumẽtisque bellicis omnimodis/terra marique gręciã occupaturus/exiuit persidẽ. Fere quidem monstrũ tot in armis contraxit e mortales/vt non solum eũtes cũcta tegerent/set montes quoque rescinderent/ valles replerent/ & exhaurirẽt fontes & flumina. Nec veritꝰ supato solo põtũ despicere. Nam quẽ nauibus cæteri & cũ difficultate superabant: hic facto ab abydo in seston ponte inaudite magnitudinis/cũ omni suo exercitu pedibus ex asia transgessus est in europam. Inauditum quidem prioribus sæculis. Nec imitator tanti ausus sequutus est. Set quod oportuit fortuna peregit. Non ædepol tam clara aut elata fuit trangressio/quin fuerit remeatio turpior adque demissior. Lacedemones enim per tabellas demarathi regis sui apud Xerxem exulanis de conatibus persarum certiores facti/ad obsistendũ superbo discursui/leonidam celebrem eius sæculi bellorum ducem parua cum manu armatorum misere. Non amplius ei q̃tuor miliũ fuere militũ cũ qbus egregius vir nl'la ex pte diffidẽs thermopylarũ angustias occupauit. Ibidẽ maxia adque cruẽta psarũ clade per triduuʒ

Xerxes dario & atossa genitus.

Xerxis copiæ.

Scamãdria qua xerxis exercitui nõ suffecit.

Pons hellespõto imponitur.

certamē habuit/coercuitque a transitu veniētes. Tandē aduertens supereminentis montis cacumen ab octoginta hostiū milibus occupatū/remissis auxiliaribus/ cū sexcentis tm̄ spartanis suis ꝓ salute publica se morti suosque deuouens/iussit vt pranderent tāquā apud inferos cœnaturi. Nocte aūt facta pari ꝓmilitonum oiꝫ feruore castra quingentorum miliū persarū clam intrans/sopno vinoque sepultos adgressus/quū omnia tumultu complesset/a cęde cuꝫ suis non destitit vsque in maximam seq̄ntis diei lucem. Postremo inter strages occisorū & aceruos cadauerū ieiunio/vigilia/laboreque longę cædis fessi cū duce suo lacedemones/multo cruore graues/iuicti/& ęterna viuētes fama cecidere. Xerxes vero eo tumultu ac perturbatione incognitus/saucius aufugit. Et ob anxietatē fugę sitiens/coactus est aquam effuso suorū sanguine iam rubentem e foueis manibus propriis haurire; ausus postmodum adfirmare se nunquam poculum dulcius aut suauius degustasse. Hæc illi prima sęuientis fortunę/visitatio fuit. Cui & altera eeuestigio superuenit. Quę etsi p̄cedentis respectu minima videať: Non tamen superbo regi minus erubescenda. Miserat eniꝫ/quasi bellū non cū hominibus solū set diis etiā adsumsisset/quatuor milia armatorū ad templum apollinis delphici diruenduꝫ: quos omneis impetu ventorum/imbrium/& ignitorum fulminū flammis ac ictibus absorbtos misere/dū diruti templi nuntiū expectaret/audiuit. Cęteruꝫ cernēs adhuc turgidus sibi terrestri bello male cessisse: æquis viribus nauale voluit experiri certamen. Classi cuius totū fere pelagus tegenti/themistocle duce atheniensiū classis obuia apud Salaminem adfuit. Verum non minus arte quam armis ibideꝫ superatus est xerxes. Nam Themistoclis ingenio iones/propter quos aduersus persas bellum athenienses adsumserant/ quū auxiliares xerxi cum nauibus adcessissent/circa certaminis initiū sensim nauiū suarum cœpere in aduersum vertere proras. Qđ plurimū animi ac vigoris atheniēsibus/ persis vero pauoris iniecit. Nec quantūcūque spectante xerxe/cui quantū tumoris in regia tantum timoris in agēdis semper fuit: & athemisia halicarnassi regina/quę eius i auxiliū venerat/ inter primos duces/q̄si cū Xerxe mutato sexu/pugnāte acerrime/agi potuit/quin persę verterentur in fugam. In qua sequentibus atheniensibus ex regiis nauibus plurimæ captę et submersæ complures/cædesque peracta est ingens. Et sic rex triplici perculsus infortunio & superba intentione frustratus/quum iam suasione Mardonii/quē rediturus in regnū trecentis milibus armatorū præfecerat/vt omnē vexaret græciā/alia psidē repeteret Themistoclis arte lusus ē. Nā eiusdē initio territus relictis ꝓmilitonibus/fugienti similis ad præoccupandū pontis a se facti transitum cum paucis abiit. Quem quum hyberna tempestate obrutum adque disiectū comperisset/non aliter quam si hostes haberet a tergo tremebūdus piscatoriam lembum solus conscendit/orans supplex nautas vt quam; ocyssime se ad oppositū littus transferrent. quo quuꝫ adpulisset: Per longū spatiūm solus stetit in littore ne vnico quidem seruulo comitatus. Set nec vulneruꝫ fortunæ vltimum fuit istud. Nam consumtis fere omnibus ab eo relictis dum fugam maturasset discriminibus viaruꝫ/laboribus/fame/sitique&/pestibus/adeo/vt neq̧ tumulus neque via nec ager fuit/qui passim persarū mortuorum cadauera non seruaret/Cū

Eiusdem dictum.

Leonidę apud thermopylas strata gema.

Xerxis ardētissima sitis.

Apollo vindex acerrimus iniurię

Xerxes nauali bello vicitur.

Arthemisia bellatrix fortissima.

Turpissima xerxis fuga

paucis admodũ domũ reuersus est. Nec mlto post tristi nuntio certior factus est/ apud Bœotios exercitũ omnem mardonii vnico certamine deletum/ & castra capta/ diuitiasque regias inter græcos discerptas omnes/ mardonio cum paucis seruato/ cui excidio fere subsequutum monstrum. Nam eadem die qua copiæ cecidere mardonii / nauali prælio i asia aduersus persas pugnatũ est ad Mycalã/ quo circa mediuʒ diei antequam iniretur pugna/ stantibus classibus se coram/ ad vtrãque peruenit fama/ mardoniũ in fugam versũ exercitũque deletũ nuntians. quod tñ græcis viriũ auxit/ persisque abstulit/ vt dato belli signo confestim cum maxima suoruʒ strage terga verterint persę. & sic cladis secundę regi nũtius geminatus est. Cui quũ hęc non sufficerent damna adque dedecora: rursũ decreuit tentare fortunam: & redintegratis copiis tam mari quam terra pari omine pugnatum est. Et duce Cymone milciadis filio secundum Eurimedonteʒ omnis est persarum adtritus exercitus. Quæ infœlicia gesta adeo xerxem persis exosum adque despectum reddidere: vt deficiente regis gloria ausus sic arthabanus eiusdem præfectus cũ septem robustissimis filiis vesperi regiã ingredi: & spe regni tractus regem incautũ obtruncare. Effuso itaque sanguine/ insolentiæ rumor euanuit.

Mira famę celeritas.

Cymõn mil ciadis fili⁹.

Eurimedõ fluuius.

Xerxis cędes.

¶ IN Lusciosam MORTALIVM Cæcitatem.

QVIS DOLOR hic/ quæ cæcitas/ quod crimen? si concutiatur paululũ tellus/ relictis vrbibus euestigio in campestria fugimus. si claustra fregerit belua/ fores euestigio obseramus. Si exundet alueo fluuius: in celsiora conscendimus. ægrotantes/ medicos imploramus: vt calamitosam corpusculi vitam in tempus longiusculum cõseruemus. perituro fulgori quo frequenter corpus & anima pessundaẜ occurrimus. Hei mihi. quã stulte occurrimus dixi. Quin immo non venientem desyderio eius flagrantes per æstus & frigora/ per alpes et aspreta/ p maria & mille vitæ discrimina/ Per fraudes & violentias/ sudore anxio et labore insuperabili/ quęrimus. Abeuntem vero miseros nos prædicantes defiemus. Cælum lympida serenitate conspicuum/ solem fulgidum/ argenteaʒ lunam. Et rutilantia sydera/ Aliosque cæli perennes ornatus vertẽtes sese circa nos motu continuo non curamus. Deum nos pia patris adfectione vocantem veram gloriam/ regnum perpetuũ/ indeficiens iudiciũ sequentibus infallibili veritate promittentem. quasi mendacem despicimus. Et nescio qua letali grauati dementia oculos in terraʒ defigimus/ aures obturamus/ corda firmamus. et dum quas tegat curas/ quæ ingerat venena/ quibus subiaceat casibus/ claritas ista mũdana non cernimus: in caducis oblectationem omnem nobis magis quam deo credentes existimamus. & quod longe deterius/ quam marcescere deficere & in nihilum redigi videmus/ fixam stabilem perpetuam/ in nostrũ exitium/ fingimus/ & probamus. Heu miseri seponamus paululũ cupiditatem hanc insatiabilem/ qua mentis oculi fascinantur & opinionem rationi cedere sinamus/ etsi cælum spectare tædet/ Si deũ audire/ saltem quæ coram vertuntur cotidie prospectemus. Et ne quemquaʒ thesauri cumulus/ clientũ numerositas/ aut dignitatis splendor decipiat: inter mul-

Vani mortaliũ labores.

tos qui e manibus nuper exiuit xerxē sumamus. Nec dubites quin si historias omnes excutiamus ditiorem cōperiamus aut serenitate regia clariorem Ceu quemquam cui tam grandis populus paruerit. Hic turgidus ob singularem præminentiá dū elatis in cælū oculis non solū homines set ipsū quoque deū calcare pedibus arbitrat̄: tam nūerosis terrestribus copiis/a leonida parua militū manu/et a fame pesteque nudat̄/a Themistocle & Cymone nauibus qbus omne mare contexerat spoliat̄. Nec sat fuit istud. Qui totū orienté in græciam traxerat: solus & ꝓfugus ad hellespontū passu celeri sese rapit. Qui gemmis & auro arte sūma cōfectá pocula & pregustata multis sumere consueuerat: ex lacuna/cogente siti & seruientiū copia non præsente/cœno & suorū sanguine immo tabe infectam aquam manu propria potur⁹ exhaurit. Qui regibus imperare solitus erat: piscatores nautas supplex orat. Qui paulo ante tam ingenti classi præfuerat: piscatoria nauicula mare transfretat. Qui multitudine circūdatus principū venit in græciam: solus asiatico sedet in littore. Qui sūmo cū splendore maximam de se cūctis spem faciens/persidem armatus exierat: inermis & obscurus pro triūpho luctū publicū reportat in patriam. Qui diis quamquam friuolis a se tamen maximis creditis exitiū inferri præceperat: ab Artabano regia in ꝓpria trucidat̄. Quid dicem⁹? quæ plura exposcemus? vt qd possint diuitię/qd potētia/quid regnū temporale/videamus? Vt quid adfectemus/quid q̄ramus/in qbus speremus/etiam cognoscamus? Sino latentes curas quibus externus fulgor inficit̄ omnis/et patentes successus inuoco. Nonne satius fuisset xerxi talib⁹ caruisse? Nimirū fuerat. Si sūmi infortunii genus est fuisse fœlicem? Quid ergo ab oculis hanc ignorātię nebulam non abigimus? Quid cordis obstinatam duritiem non mollimus? Quid inanis glorię cupiditatē non pellimus? Et in cælū mentis oculos eleuantes/ac in verba dei aureis prætendentes/solidis veris æternisque bonis incendimur? adq; comitata virtutū hūilitas vilipensis periturís fulgorib⁹ iter strauit. A quo si miseri deuiem⁹/quū mltos Themistocles & leonidas deus habeat/etiam si ampliores quam xerxes populos habeamus/temporaliū copiis spoliati fugati & exinaniti/frustra inexorabilem nautam deprecantes/non in hellespontiaco set in acherontis littore nudi soli tristesque/& vitę spe perdita melioris flebimus residentes.

Xerxis fœlices successi⁹ cū ei⁹dē īfortuniis conferuntur.

Fuisse fœlicē sūmi genus est īfortunij.

ℂ Infœlices NONNVLLI.

COMMOTVS in dementiam nostram respiraturus aliquantisper consederam. Nec mora. Dū sedeo/a mœstis ac flentibus sortem suam circū sessus sū. Quos dū intueor/satis aduerto/non solū asiam ruinas expertam esse/Nec in reges tantū fortūæ iacula fuisse coniecta: Verū etiam quibuscumque scandentibus semper fuisse casus/& elatis hominib⁹ pro magnitudine impetus aduenisse contrarios. Qd' etsi iamdudū in aliquibus Italis ostensum sit: nunc etiam ad eosdē reuocor (licet inuitus) domesticas scripturus clades/etsi licuisset/cū Artabano Xerxis occisore mltis lachrymis ingentis sui cœpti infœlicem exitū flente mansissem. Sic & cum in medio itinere obuio facto Phalanto antiquissi-

mo spartanorum duce/se a tarentinis suis in exilium apud brundusium relegatu3 querente delituissem. Set tractus dū eo quo aduocabar venissem: Cæsonem quintium vidi se iniuste damnatū exilio adserentem: quem postquam prætereūtem omisi/euestigio graccū chlœliū equorū principem deos execrantem adq̃ fortunā quod a cincinato victus triūphalem eius currū captiuus præcesserit/audiui. Inde Appiū Claudiū decemuirū venientem aduerti. Qui quamuis obuoluto pallio capite & squallida veste tacitus ne illum forte cognoscerem pertransiret: eius in miseria delectatus qm̄ ex latore legū superbiæ & libidinis obsequutor euasit: in ipsius dedecus & similium lubens scripturus aduenίam.

Cęso quitii cicinati filiꝰ a marco volscio adcusatꝰ dānatur

Phalantus partheniarū dux.

Graccꝰ chlœliꝰ a cicinato dictatore ducitur itriūphum.

ℂ DE APPIO Claudio DECEMVIRO.

Claudioru3 familia:



CLAVDIORVM familiam ex regillo sabinorū opido/deiectis vrbe regibus/ob seditionem ciuiū suorū duce Appio clausio (cui postea appius claudius nomen fuit) Romam primo venisse compertum est: et ilico inter patritias susceptam. Ex q̃ plures appii fere omnes plæbi infestissimi homines successiue nati sunt. Tandem redeūtibus ab athenis legatis cū legibus atticis/actū est vt sublatis consulibus decem Romæ crearent̄ viri/qui has leges prout opportunitas Romanorū exigeret/conscriberent: & consensu oīm roborarent. Eisque maxima potestas concessa est. Et prouocatio sublata omnis. Ex quibus vnus ex familia claudia/cui & appio claudio nomen erat/decemuir creatus est. Qui cū collegis suis adeo modeste imperiū tenuere: legesque pro exigentia reru3 scripsere: vt anno iam exacto ciuibus videretur anno sequenti simile creandū officium. Ad quod quū appius elati spūs homo/iam tantæ præeminentię captus dulcedine/sūmo studio adspiraret: Eūque se gereret/vt facile qualis illi mens esset patres aduerterent: ne hoc contingeret vt per continuationem tam ingens imperiū in quoquam perpetuari videretur: ab eis incassū sagacitate q̃dam tam damnandæ ambitioni obuiam ire tentatū est. Appioque patrū consensu commissū/vt decemuirorū futurorū haberet comitia: & pro iudicio suo diceret quos reipublicæ crederet opportunos. Existimabant quidem viri celebres hac sibi libertate concessa nō posse contingere ruborē a tam inepto desyderio superari. Et in id delabi vt se ipse diceret decemuirū. Set quid non audet dominii effrænata libido: Appius omni honestate abiecta præter spem omniu3 se ipsū ex futuris decemuirū ante alios designauit. Enorme quippe nedū apud ciues adhuc rudi sanctitate adque moderatione viuentes/set apd̄ quosuis scelesta sese ducentes insania. Ver3 nec istud fecisse hoi ambitioso satis visū est. Erant qui præcesserant consueti vicissim præ se fasces imperii gerere. Hic vero non vt vicissim/set quod vnusquisq̃ per se & adsidue ferret statuit. Et sic duodecim lictorū loco/centū & viginti cū securibus adque fascibus præcedentes in curia & foro visi sūt: Non absque pari plæbis adque patrū terrore. His igit̄ tam sua malitia qua3 ciuiū patientia sublimatꝰ appius in tm̄ vt non decemuir aut publicus magistratus set rex potius adpareret cū sociis. Hos multare/alios ịpunitos permittere. Hos eleuare. Illos deprimere/et oīa

Leges duodecim tabularum athenis romam aduectæ.

Decēuiratꝰ institutio.

Appius Claudius

Appii cupiditas dominandi.

Lictorū numerꝰ æquo amplior.

pro lubito cœpit agere. Quibus sic se habentibus aduersus volscos equosque bellum gerere apud algidum romanos contigit. Ad quod quũ decemuiri reliqui partitis prouinciis legiões in armis duxissent: vt aliqñ culmen fraude conscensũ descenderet homo nequam/actũ est seu Romanorũ fortuna volente seu eiusdem iniquitate procurante/vt nefarius homo impudicos oculos in speciosam virginem/cui Verginia nomen erat/iniiceret: eiusque pulcritudinis perdite caperetur amore. Hinc ęstuante dira cupidine frustratis blanditiis adque muneribus reiectis a virgine/quũ non satis manifesta vi vti tutũ arbitraret/eo quod lucii verginii filia esset plæbeii hominis set clari adque recti & honesti ordinis pectoris/& animi pro qualitate ingentis/& lucio icilio cuidam tribuno plæbis acerrimoque inueni desponsata: ingeniũ vertit ad fraudem: vt ea pro lubito potiretur. Egitque vt Marcus claudius cliens suus a se subornatus sibi verginiam seruam diceret: trãseuntemq̃ forũ adriperet: & obsistente viro se coram traheret. Qđ paucis interpositis diebus actũ est. Capta igiť virgo stupens/plorans/adque hoim fidem inuocans/ad tribunal trahiť appii. Quo quũ venisset Publius Numitorius auũculus puellæ & Lucius Icilius sponsus: & post mlta ægre obtinuissent vt in crastinum donec e castris vocatus Verginius pr̃ adforet/iudiciũ differreť: Factũ est vt Verginius mature præter spem Claudii e castris veniens sordidatus cũ filia veniret in curiam. Vbi adstantes adloquiť/precaturq̃/etsi multũ pro se ac filia/longe magis pro libertate publica/ne se deserant. Et illud idem Icilius & numitorius cateruis amicorũ & necessariorũ stipati faciebant. Cæterũ facto vndique ciuiũ concursu Appius conscendit tribunal: paucisque a petitore dictis spurcido ore decretũ protulit iaudito Verginio/verginiãque Claudii seruã iudicauit. O iudex inclytus & legulator egregius. Equidem vtrũ dicam/an hoc in tã claro iudicio eaci mentem ab inferis pectore hauseris? Obstupuere hoc audito omnes qui aderãt. Verginius aũt commotus quũ in eũ frustra multa dixisset: volente Claudio adiudicatũ sibi mancipiũ turba iussu Appii pręstante viam iam sumere: Ad modica colloquẽda nutrici adque puellæ veniaʒ impetrauit. Et quũ secus cloacinas tabernas illas quasi colloquutur⁹ traxisset: e carnificina lanii adsistentis cultro sumto/illachrymans hac vna/inqt/filia q̃ possũ uia libertateʒ tuam seruo. Et in pectus Virginis ferro condito dixit. Dicar poti⁹ volo seuerus virginis iterfector/quam indulgens impudicæ pater. Et in Appiũ spectantem facinus vultu turbido ait. Te caputq̃ tuũ inuoco hoc sanguine sacro. Inde cultro e pectore sanguine manante virgineo educto eo sibi faciente viam in exercitũ tendens comitantib⁹ mltis vrbem exiuit. Fit interim circa mortuam Virginem strepit⁹. Hinc fœmineus vlulatus/inde Icilii ac numitorii rumor. Sumũtq̃ exanime corpus. Pallentem faciem infœlicem pulcritudinem membraq̃ in mortem soluta circũstrepentib⁹ ostendũt. Causam prædicant. & verbis facinus augent. Venerat in algidũ Verginius/& in Sabinos plębis opera a manu lictorũ seruatus Icili⁹ euolans ierat: & pari qua in algido verginius q̃rela libidinem Appii/violentiam/ignominiosuʒ decretũ/& qd inde sequutũ sit ostendit. Fit repẽte seditio militũ. relinquũť castra. Et iũctis exercitibus in auentinũ armati veniũt. Inde in sacrũ montem quasi plębeiæ libertatis fatalem

Margin notes:

Verginiam molitur appi⁹ ivenerẽ pellicere.

Adtẽde qd venerea p suaserit libido.

Luci⁹ Icilius verginie spõsus.

Verginia seruituti addicta.

Verginius suã ipsi⁹ filiã cultro transfixit.

Appiani facioris cã militũ seditio.

procedűt. Ad quos plębs omnis quæ in vrbe supererat concurrit/et quű destituta videret ciuitas/non ante patribus conciliari voluerűt quam sc decemuiri officio abdicassent: quam tribűos plębis creassent: & iura omnia quæ per decemuiros sublata fuerãt recuperassẽt. Et sic cű reliquis e culmine deiectus est Appius. Actűque vt quos ipse insolens paulo ante terruerat/pauidus priuatusq̃ timeret. Nam post eius decemuiratus abdicationem firmata tribunorű plæbis potestate confestim a verginio tribuno illi dictus est dies. Cuius ad tribunal sociorűque veniẽs Appius causaȝ dicturus/dű illű sűmű locű/se infimű tenentem adspiceret: in mẽtem reuocare potuit/si iudex illum priuatű in se audierat lasciuiam tyrannidemque refellentem: & oblita pietate patria cultro viderat male iudicatum mancipiű: vindicantem: quam trucem in se priuatű pudicitię adque filiæ vindicem habiturus esset. Nec eű fefellit opinio/nam tribunitiam seueritatem/nec patritiorű iuuenű circumuallans appiű caterua/nec eiusdeȝ ad plæbeȝ prouocatio crebra/nec patrui senis flectere potuere preces/quin verginii iussu/is qui nuper eű iniuste recusauerat audire: a viatoribus iure catenis vinct⁹ maximo cű dedecore suo traheret in carcerẽ. Eousq̃ mansurus donec dies defensionis concessa lucesceret. Ante quã ipse leguleus spurcissimus nűc gloriã suæ celsitudinis memorans/nűc auorű sanguinis claritateȝ/seque viribus destitutű et fœda respersű ignominia/ne plębeii hominis damnatione sűma cű plębis alacritate se macularet vlterius: sua superbia adque ira in rabiem versa mortem sibi consciuit inter pędorem carceris & catenas. Et vt manes innocuæ virginis integra victima piarent eo ipso supplicio adfectus spurius socius consensu criminis & officii interriit: reliquique ex decem cű Marco Claudio mancipii petitore optimo in exiliű acti sűt: & bona tam Appii/quam spurii a tribunis plæbis in publicű redacta. Fœlix nimiű romana libertas et in perpetuű duratura/si quoties in effusos in libidinem principes/memor qđ bis pudico sanguine redemta sis/vindex taȝ aspera surrexisses. Set quid: Ruituris dei iudicio non possumus opitulari mortales.

Decemuiri rediguntur in ordinem

Dies appio dicitur:

Appi⁹ mortẽ sibi ipse consciuit.

ℭ IN Leguleos IMPERITOS.

ERANT QVAE In vituperiű Appii plurima veniebant: Set cumulata vitiis præsentiű leguleorű congeries in se iustissimi furoris impetuȝ reuocauit. Veteres quidem grauissimos homines/et sacris philosophię doctrinis ibutos/ad capessendos iuris apices destinabant. Vt non solű valerent sanctionű memoria/set maturitate quoque morű/sanctitate virtutű/& ætatis veneratione/legű iussionibus conuenirẽt. Tales quippe (vt Phoroneű/Minoem/Lycurgű/Solonem/aliosque vetustissimos & alienigenas sinam) Semproniű/Catonem censorinű/Luciű crassű/Seruiű sulpitiű/& pluręis similes post scelestum Appiű habuere Romani. Præsens aűt æuű spreta solertia veteri/non dicam a grămaticalibus regulis/set a nutricum verberibus euellit infantulos. Vt eos non in scholis set in fornicibus statuat: In quibus sacrosanctę leges turpi quodam adulterio violantur. Nec agitur hoc (prout aliqui conãtur prætendere) vt tenella ętas

Prisci legű studiosi.

Adulscẽtiores ęquo sűt qui nostro sclo legibus incumbunt

non dimissura quod ceperit fortius/legibus imbuaẽ:quinimmo vt citius auaritię seruatur. Nec hoc vereñẽ profiteri clamore sonoro qui fimbriati cathedras conscendũt & pulpita/dũ omissis philosophicis demõstrationibus tanquam superfluis/& quibus ex partibus iustitia constat & mores hoim reformanẽ in melius/ ore spurcido & osceno vocabulo inquiunt sinamus hæc/superflua sũt/ nec de pane q̃rẽdo nos instituent. Et sic dũ phaleratis onagris sufficit negligere qđ nesciũt: Conanẽ etiam turpi nota fœdare/si possint/eo totis viribus incumbentes/ vnde ex simplicitate ac sanctitate legũ euiscerare possint nolentia in publicũ deuenire litigia. Et litigantiũ lites cauillationibus facere immortales. Et quũ illũ boatu sũmo celebrẽt:q subterfugiis astutiisq̃ nefariis aduers⁹ veritatẽ domini mẽdaciũ tutatus est. Eũ tamen/cuiq̃busc̃ũque fraudibus amplę deuenere substantiæ/legũ patrem/iuris archiuũ/veritatisque sacrariũ colũt/prædicant/& extollũt. O dei indeflexa iustitia. Quamdiu patieris hoc? Ex officinis igiẽ talibus in q̃bus nescio vtrũ veritatis an de pane q̃rẽdo immo auferendo certissima tradiẽ disciplina: habemus sæpenũero adcessores iudices & patronos/q̃bus viscatę sũt manus/impudici oculi/inuicta luxuria/cor saxeũ/ficta grauitas/lingua melliflua/dentes ferrei/ et breuiter/auri insatiabilis adpetit⁹. Et idcirco Italorũ respublica/q̃ fere sola legibus es obseq̃osa Cęsareis/viue fœlix tam sanctis tamq̃ præclaris protecta patronis/tam iustis seruata præsidibus/tam claris illustrata doctoribus. Age et ab adulteriis secura necte coniugia. A stupris educ virgines/ab incestu moniales tutare. Aurum congrega/cole agros/domos si lubet erige/tabulas et signa postemas/ & quod volueris in melius adgera. Tribunalia quippe libido & auaritia occupat. Dictant mendaciũ frausque consilia. Et sic vetustas vbi Appiũ perdidit vnũ infinitos tua vigilantia suscitauit.

Auaritię cã leges colũtur.

In eos qui lites fraudib⁹ faciunt immortales.

Italorũ respublica legibus obseq tur vnica.

Vide his nec verbis subsit Ironia.

FLENTIUM CONVENTUS.

NON INFICIABOR. Erat mihi irritatus animus in facinorosam factionem hoim/hac tempestate legisperitorũ inuerecũde titulũ vsurpantiũ. Ni paucorũ reuerẽtia obstitisset: q̃bus profecto reseratis pectoribus patuere leges: Et q clarissimũ priscę grauitatis specimen præ se ferũt. Quamobrẽ sedato furore in venientes clamantesq̃ lugubres animũ faciemq̃ conuerti. Incedebant etenim ante alios rubiginoso vultu atroque respersi puluere Demosthenes et nicias spectabiles quondam atheniensiũ rebus duces. Quorũ alter non min⁹ male rem gestam apđ syracusas deflebat: quam sibi ob id illatã manu propria mortẽ. Alter vero illud idem infortuniũ querebaẽ. Ac insuper se misera vitæ cupiditate victorũ suorũ ope catenis fuisse seruatũ. Post quos ab Italia clamitabat Equus ciuilius inconsolabili lamentatione defessus/non solũ se victũ & Marci Geganii catenis honustũ præcessisse triũphũ illachrymans/set qđ armis redditis vna cum superato exercitu victoris subintrauerit iugũ. Quẽ iuxta & spuri⁹ melius crebro singultu non minus prodigam largitionem suaꝫ in plæbem/quam exoptati regni audacem præsumtionẽ damnabaẽ. Subsequebaẽ & Larthes Tolumnius rex que

Demosthenis iteritus.

Niclę captiuitas.

Ciuilius a geganio in thriũphum ductus.

Meli⁹ ab hala mgro eqtũ fuit obtruncatus.

ritans se ab Romanis bis prælio f usum/& in secundo a Cornelio Cosso cęsum et opimis nudatum spoliis/ac exemtum caput cætero corpori paloque impositum ignominiose per castra delatum. Quem & plures alii flentes exponentesque varia sequebantur. Inter quos Græcus inim istus veniebat Alcibiades non minus reliquis nouercantis Fortunę concussus impetu. Quez/ vt in alienas potius quam in domesticas clades operam impenderem/ institui præcedentibus immiscere.

Opima spolia Corneli⁹ Coss⁹ tribun⁹ mlitũ larthi veietũ regi detraxit.

❡DE ALCIBIADE Atheniensi.

Alcibiades.

LCIBIADES (vt paucis dotes eius cõplectar multimodas) fuit Atheniensis patria/ sanguinis inter suos præcipua claritante conspicuus/ forma decorus præ cæteris/ bello egregius/ & facundia admirandus/ tanto pollens ingenio vt ad quas vellet artes sese verteret facile. Hic a pueritia/ vt qualis ciuitatis suæ princeps euasurus esset Ostenderet/ Pericli patruo intra ædes suas anxie cogitanti qualiter rationem redderet æris publici a se in Propyleis Mineruæ ædificandis expensi/ nec quo pacto posset aduertenti/ dixit. Exquire qua via rationem reddere non cogaris. Quod ille consilium admiratus Pueri facile adinuenit. Demum florida pubertate adultus moribus & adspectu de se etiam maiora promittens/ Atheniensium omnium summo consensu cum Nicia et Lamacho classi ituræ in subsidiuz Caranensiũ aduersus Syracusanos princeps tertius sua cum ingenti gloria designatus est. Sane seu vrgente Fortuna/ seu ducum crimine dum minus fœlices bellicæ rei successus haberentur: variis adcusatus ab eis quos penes tũc erant Reipublicæ gubernacula/ non absque maximo decore reuocatus est. Et sic ex Imperatore priuatus ciuium gratiam in inuidiam versam cognoscens/ indignitate rei permotus volens tacitusque Elidem in exilium concessit. Ibidem vero quum in se adeo exasperatum Atheniensium furorem audiisset/ vt etiam communi Sacerdotũ collegio Diis caput suuz deuotum esset: iras in odium vertens Lacedęmona sese contulit. Vbi factus certior/ ob naualem rem male & incõsulte in Sicilia a Nicia & Eurimedonte ac Demosthene ducibus gestam/ Athenienses concussos & pene fractos: Agidem Regem Lacedęmoniorum in ciuium suorum excidium compulit. Et ne omnino vlcisceretur manibus alienis/ sumptis Lacedęmonũ nauibus non mercennarii Militis set ducis more quãuis priuatus esset in Asiam transuectus tam celebrẽ sui nõis fecit auctoritatem: vt facile plures Atheniẽsiũ tributarias socialsque Ciuitates ab illis separatas in societatẽ Lacedęmonii traheret. Maximũ quippe Principi nedũ Athenarũ exuli. Tandem multis Egregie actis circa belli initatis opportũitates nõ solũ sibi plurimuz glorię adquisiuit: quinimmo ꝓpter nimiũ/ qđ minime opportebat/ Multũ Lacedęmoniorũ Principũ Inuidię lucratus ẽ. Infœlix hoĩz vita. Maris Terrę Die Noctuque mille vltro subintrant mortales discrimina. Mẽtẽ adsiduis premunt cogitationibus & ꝯsiliis. Corporis vires vigiliis laboribusque cõtinuis adterũt. Vt meritus subseq̃ɫ Honor. Quẽ sp Inuidia comitaɫ tãto ardẽtior quãto latior bñmeritis exhibeɫ. Poterat ob egregie gesta iam Alcibiades nõ minus decorus exul videri quam ciuis. Tantũ fuscam exilii sui nebulam ipsius lux probitatis excesserat.

Prudẽtissimũ alcibiadis consilium.

Alcibiades adcusaɫ ob ꝓmulgata cereris mysteria.

Exulãtis alcibiadis caput deuouetur.

Honori comes iuidia.

Ni vna pariter cum dulcedine honoris impensi inuidiæ tacitæ subintrasset amaritudo. Arbitrantibus enim lacedæmoniis principibus cumulatam Alcibiadis gloriam nomini suo tenebras adlaturam/in vitam eius/quum nil palaȝ auderēt/insidias tetendere. Nec euasisset infœlix/ni id quod nocere debuerat/incauto præstitisset subsidium. Fuerat enim formoso homini cum Agidis regis coniuge ob adulterium consuetudo illecebris. Hęc quum præsensisset insidias: amanti compatiens quæ aduersum eum struerentur aperuit. Quibus territus Alcibiades confestim euasit consilio. Et mutato animo/in malemeritos hostes/iam patrię pius factus/seuerum conuertit odium. Et ad Thissaphernes/cui belli summam Darius persarū Rex societate Lacedęmoniis iūctus aduersus Athenienses commiserat: se contulit. Cuius facile eloquentia sua beneuolentiaȝ amicitiamque captauit. Eique satis probandis consiliis ostendit: non adeo effuse Lacedęmones iuuandos esse. Persuasumque pro parte maxima retraxit a cœptis. Inde cuncta quæ agerent clam ciuibus suis significans/se quamuis exulem officiosum tamen ciuibus esse monstrabat. Qui parte maleuolentię ciuium suorum in se sedata/magna animo cœpta agitans eis amicitiaȝ Darii pollicitus est/si a populo in senatū transferretur ciuitatis imperium. Quod postquam factum est: e uestigio sequitur quod existimauerat vafer homo/scilicet ob superbum nobilitatis dominium plæbis exorta seditio. Ad quam sedandam non solum ab exilio reuocatus est: sed belli totiusque rei publicæ princeps summo consensu popularium constitutus/ob plæbis gratuitum beneficium nobilitati minatus est exitium. Cæteruȝ Senatus callidi & aīosi ducis timens imperiuȝ/quum frustra Lacedęmoniis vrbem tradere tentasset/in exilium abiit. Alcibiades vero iam voti compos intestinis sedatis tumoribus/classem parat ingentem: & aduersus Restromidarum & Pharnabaȝum lacedęmonios duces infesto robore nauale certamen iniit. In quo nec solam adeptus est victoriam. Quinimmo pœne classem omnem cæsis ducibus aut deleuit aut captiuam habuit. Demum tentata Lacedæmonii terrestris belli fortuna æquo euentu Alcibiade victore subcubuere. Qui fauentem non prætermittens fortunam, nulla interposita mora/classem victricem in asiam transfert. Lacedęmoniorum omnia vastat. Ciuitates quæ defecerant a societate Atheniensium in veterem amicitiam reuocat. Plures alias occupat. & Atheniensium vnius hominis opera repetente tot victoriis tot secundis euentibus peritura forsan instaurata respublica est. Alcibiades inde a ciuibus suis summe desyderatus plurium victoriarum gloria insignis Athenas rediit. Cui multitudo omnis ciuium ætatis et sexus vtriusque summa cum alacritate obuiam processit. Gratulantesque præ se tulere Deos: quorum execrationibus paulo ante caput eius deuouerant: Illum mirantur omnes; Illum salutant alacres: In illum fœlicia vota omnes conclamant: De malis quondam gestis excusant. Præsentia laudibus in cælum extollunt. & secum rerum fortunam flecti confitentur vltro/tantoque duce adserunt fœlices Athenas. Illi insuper diuinos nedum humanos honores impendunt. Etsi queant in cœlum efferunt. Sic qui tacite damnatus abierat: magnifice rediit. Qui glorioso præeminens culmine se toties Nunc lætis/nunc

Insidias alcibiadi tēdit. Inuidia.

Alcibiades ad thissaphernē confugit.

Vafra alcibiadis persuasio.

Alcibiadis i patriam reditus.

Senat⁹ athenēis alcibiadē verit⁹ i exiliū concessit.

Alcibiades successus.

Adtēde q̄tū hoōris ipēditur alcibiadi

aduersis iactatũ immemor: dũ putat tã obtẽtis victoriis quã pręsẽti ciuiũ gratię stabilẽ sibi fũdasse fortunã: Ecce motus ingẽs immo pcipitiũ adfuit. Nam audiẽs Cyrũ a Dario patre thissapherni substitutũ/ a palo infortunium soluturus parata classe veteri nimiũ fortunę confidẽs traiecit in Asiã. Agrosque hostiũ diutina pace opulentos dũ securus adgredit: insidiarũ repentino insultu palantes milites circũueti cædunt. Quorũ nullis stantibus subsidiis/ tanta fuit strages/ vt fere atheniẽsium vires exhaurirentur omnes. Qua clade confestim mutatis atheniensium animis eis Alcibiades suspectus adq̃ exosus factus. Et loco eius substitutus est Conon. Et sic qd multis fuerat consiliis multisque laboribus quæsitũ culmen vnico sinistro euentu collapsũ Alcibiadẽ iterũ exulem fecit ex principe. Porro aduersis pluribus exhaustis omnino atheniensium viribus eo vẽtum est/ vt Lysandri lacedęmonii ducis opera ex dignioribus q superant atheniensibus sumerent triginta. Arbitrio quorũ res oĩs publica regeret. Hi demũ in tyrãnidẽ lapsi Alcibiadis exulis astutias timentes. quũ comperissent eũ ad Artaxerxem persarũ regẽ iuisse: citato itinere q eum interciperent & occiderent transmiserunt. Set quum incitatus aperte vinci non posset: fortunæ sęuientis consensu actum est: Vt quem tanto extulerat fastigio viuus & dormiẽs ab inseq̃ntibus in cubiculo cremaret. Cuius tãdem ex incendio tractũ cadauer nec vt sepeliret passa est. Quinimo vti per quietẽ ipse nõ diu añ pręuiderat amicę suę pallio tectũ iacuit insepultũ. Hac igit forma nunc lætam nũc tristẽ fortunã Alcibiades expertus est/ & more ludibrii nũc impulsus/ nunc reuocatus domũ. Iterum circũtortus ab eadem actus est. Qui etsi clarũ vitę ac iuuẽtutis introitũ habuit multisque splendoribus refulgentẽ: obscurus tamen exitus & exilii nota confusus eius anxiæ senectuti concessus est.

Athenięses pfligant lacedęmonii duce lysandro aristocliti filio.

Alcibiadi abrogatur iperiũ conone substituto.

Alcibiadis interitus. Timandra alcibiadis scortum

¶ IN EXCVSATIONEM Alcibiadis.

ERVNT FORTE qui dicãt/ qd & hactenus persępe dicere potuerãt/ circũuolutiones has sibi Alcibiadem pcurasse (fatebor). set nil mihi curandum propter quẽ dummodo quis nolens nõ efficiat infœlix. Hoc enim professus sum. Verum lubet clarissimũ viruz & huiusmodi reliquos paucis excusare. Raro sua sorte contentum comperio aliquem: Nec mirum. Diuino quidem munere nobis animus insitus est. Cui ignea vis/ origo cælestis/ & gloriæ inexplebilis est cupido. Hic generosus quum sit/ nõ ignauia adtritus corporea paruo pectoris carcere claudi nec detineri potest. Exilit & magnitudine sua orbem terrarum complectitur. Et facile transcendit sydera Actusque incendio sublimi cupidine inflammatur. Speque rerũ grandiũ adq̃ suasionibus credulis/ horrẽs ociũ/ in natalem regionem quibus potest viis/ cui adligatus est corporeã molẽ conatur adtrahere. Deceptusque nõnunquã dũ iter tenet aduersũ: leuis a põderoso trahit in decliuũ. Qd illustres hoc i opusculo solũ deflẽt. Vitiuz igitur igentiũ spirituũ est/ altera via quã permittat ratio/ velle celsiora conscendere vnde tandẽ delabi cõsuetum est. Ad quod toties quis deducit/ Et si nõ calle vnico/ hoc saltem/ quoties posse maiora viribus arbitratur. Sic & Alcibiades grandi repletus spiritu/ maiorum insuper egregiis facinoribus agitatus/ mitiorem sibi quam cæteris retrolapsis fortunam existimans/ in id in quod magnanimi frequenter decidunt sese

Quid sit in cã q̃re null9 vel rarissim9 sua sorte sit contentus.

contulit. Euentus tñ spei cõtrarius fuit. Qui patriis in laribus/in deliciis domesticis/i ciuilibus honoribus magistratibusque ad maiora suspirãs qescere nõ potuit: quomodo iter mille exilii incõmoda quieuisset auidus purgãdi infamiã/vidictæ cupidus/recupandę patrię desyderio flagrans/& honores patrios resumere cõcupiscẽs? Quæ etsi nõ stimulis adsiduis hoiẽ ipulisset: sub pedibus tñ fortũę ocio marcendũ nõ erat. Nemo quidẽ nisi torpẽs hebesq̃ pẽliget desidia in cãpestribus solui: quã adsidua etiã ęstuãtis pelagi fluctuũ ingetatione agitari. Etsi non aliter detur. Etiã cõtinue scopulis illidi/quã Sardanapali plumis sopno foueri ppetuo. Ocio siquidẽ vna cũ corpore vires aĩ pereũt. Cõcussionibus vero vigẽte aĩo robur corporeũ excitatur. Ocio quadã turpi rubigine res etiã claræ fuscãt: Exercitio tenebrosę clarescunt Longe notior per maria agitatus vlysses ocioso ægypto sub cęlo patrio residẽte. Huius libidinosam damnamus desidiam: illius laudamus et admiramur errores. Et sic Alcibiades variis consternatus rebus vsque in nostrum æuum eximio fulgore nomẽ deduxit suũ. Vbi nõnullorũ noia qbus nõ inferior suo sęculo fuerat origo/nec agẽdi spatiũ arctius/in torpedine marcẽtiũ cũ corpore periere. Agendũ igĩ est. Set quid feceris ,pspectandũ. Nobis/qđ alcibiadi non fuit/clarũ est iter stratũ ad supos. In qđ totis est conatibus insudandũ. Ne si desidia quieuerimus cadentes ęterno supplicio cruciemur.

Excusatur Alcibiades.

Præstat vel grauissimis agitari vexationibus quã ocio marcescere. Exercitium extollitur.

Ociũ depellitur.

¶ AVCTORIS purgatio/& POESEOS commendatio.



VEREOR equidem ne dũ alterum tutari conor: in meũ discrimen inciderim. Quis ei dubitet qn adueniat quis dicens. Quid igĩ tu alibi tm̃ pmẽdas ocia/si in ociũ adeo inuecturus eras? Habeo qd absque difficultate respondeã. Hoim vti genus est vnicũ: sic studiorũ species plurimę. Quarũ qlibet aut tendit aut existimat in fœlicitatẽ vnicã ire. Hinc miles castra/iurisperitus prętoria/agrestis arua & (vt infinitos reliquos sinam) poeta solitudines quęrit & incolit. Armis tumultu gaudẽt milites. Iurgiis litigiisque legisperitus. Rusticus pulcritudine adque fertilitate camporũ/& carminũ resonantia vates. Discursiõibus ille. visitationibus iste. successu tẽporũ alius. vltimus cõtemplatione oblectaĩ. ille victoriam. Iste pecuniam. fœcunditatem alius. Et vltimus famã arbitratur quæsitum bonum posse concedere. Fit igitur tanta studiorũ contrarietate vt (quamuis finis optetur vnus) quod vni placet: alteri & merito odiosum sit: et adpetẽtis qualitate pensata vnũquodque fortasse laudabile/ceu non mirabile saltem. Et idcirco si in alcibiade viro armis & strenuitate fulgorem quærendo ociũ damnaui adque torporem. non propterea meum damnaui desyderium/ si ocia quæram. Quum illi militia mihi carmen studium sit. Et ob id quod illi quærendum mihi fugiendum est. Vt secundum existimationem in beatum cum eo possim concurrere finem. Verum nolim arbitretur quis poetas antra montium / nemorum vmbras / nitidos fontes / riuulosque sonantes / & amœna adque semota ruris silentia (quæ vti ego sic & prisci ocia vocauere) exquirant tantopere: vt ventris saginæ adque libidinosæ satietati deseruiant. Absit. Nequiisset

Ad eandẽ tendunt oẽs fœlicitatẽ ñ vno tamen itinere.

Mortalium varia sunt studia.

diuinus vates homerus & noster ingenio cælesti vergilius inter turbulẽtas hominum conciones & ciuitatũ strepitus motusque varios sublimi intellectu cælicas augere consyderationes: Illasque quasi e gremio Iouis raptas artificio mirabili & carmine exquisito maxima sua gloria aperire præsentibus & relinquere futuris. Idcirco selecta illa loca & omni tumultu ciuico vacantia ocia vocauere: quasi respectu vrbium in quibus adsiduo fluctu circũagunt omnia. Hæc ego cõmendaui sępius. Mihi hęc ego cupio si darent. Nec adhuc obiurgatione solutus sum. Morsu iam carpor acutiori. O quam paucis literis / dicet alter / quaꝫ vafre se iste poetã aut fecit aut credi vult. Eo qđ poetarũ ocia adfectare se monstrauerit. His vltro fateor me nõ esse poetam. Absit vt tanta dementia tenear: vt quod non sim me esse fateri ausim / aut haberi velim. Esse quidẽ opto / & pro viribus vt sim studeo. Vtrũ aũt ad metam peruenturus sim / deus nouit. Ego quidem vires tã longinquo cursui non suffecturas arbitror. Quũ pręrupti saltus plurimi & vertices in adcessibiles fere intersint. Quãuis ignari plęrique existimẽt / perfacile poeseos terminũ posse contingi. Ore marcido adserentes (quũ ipsi qđ sit poesis ignorẽt) Poetas mẽdaces & fabulosos hoies esse. Et aliarũ facultatũ quemadmodũ histriones. Mentiũt ꝑfecto sic intelligẽtes vt exprimũt / Est quidẽ de se incłyta pluriꝫ / artificiosa / sublimis & ornata facultas. Sola quantũ hũanę ībecillitati possibile ẽ sacrę paginę vestigia seq conata. Nã ꝑut illa diuinę mẽtis arcana ꝓphetis futuraque subfigurarũ tegmie reserauit: Sic et hęc celsos suorũ ꝓceptus sub figmentorũ velamine tradere orsa ẽ. Et si optimus hõ sit / poesis optima adparebit. Nec fuerũt adeo demẽtes antiqui / q̃ suo more concesserũt solis triũphantibus & poetis lauream in laboris pręmiũ & testimoniũ virtutis ęternũ / vt victores & mẽdaces æquo munere decorassent. Set vt eo quo tendimus veniamus. Si ocia cupio non vt poeta æstimari velim cupio. Set existimans id mihi plurimum posse conferre: quod dudum summa cura a poetis quæsitum est. Latrent igitur canes. & luna fulgida cæli more suo percurrat lympidas regiones.

Ad qđ poetę loca celebrãt ab omni strepitu ꝓcul aliena.

Ocium literarium qđ et vñ dictum.

Linguis vipereo liuore acuminatis respondet Boccacius.

Poesis sacrarũ literarũ imitatrix.

¶ CAPHRI quidam QVERVLI.

IAM DIV Asiam græciã & Italiã clarorũ virorũ īfœlices exitus recitãdo ꝑuagati sumus. vt nemini videri possit īcongruũ si paululũ vocati in aphricã diuertamur. Ex q̃ post lugubre funus didõis inclytę exeũtes nũquã iter reflexímus ī eandẽ. Excreuit qppe didone mortua carthago igẽs / quæ vti victoriarũ circũadiacentiũ populorũ iam facta celebris: sic & miseriarũ suorũ ciuiũ adoleuit abũdãs. Quorũ etsi magnus sit nũerus: pauciores tamen mihi intranti terminos occurrũt. Et in primis infœlix carthalo se adflictans nimiũ quod iuuenis & apud suos magnæ æstimationis post reditum a Tyro quo pontifex decimas detulerat Herculi: eo quod religionem publicam exulis patris præposuisset imperio: eiusdẽ crudelissimo iussu cũ infulis & oĩ sacerdotali ornatu in cõspectu pr̃ni exercitus ī crucẽ sublimatus ac ignominiose sit mortuus. Quẽ & Macheus ipe Carthalõis pr̃ nõ minus tristi vultu dolẽs insuꝑ seqbat. Cuius mœrorẽ ob sęuitiã ī filiũ & īcõsultã carthaginiẽsis regni adfectationẽ ob quã a ciuib⁹ suis

Carthalo machei filius

Carthalo patris iussu cruci adfixus.

trucidatus interiit minuere posse videbatur aut victoria ex eisdem prohibita/aut ex auctoribus sui exilii sumtū ꝓ votis suppliciū. Quos ex classe eo habitu miserabili quo in littus aphricū descenderat sequebaẗ imilcho. Cui bene rē bellicaʒ in sicilia gerenti pestis aduersi syderis exercitū eripuit omneʒ. Quod cæli crimen deflens etiam ex hoc subsequutaʒ in se crudeliter mortem lamentabatur misere. Inter hos aliosque nescio tamen vtrū magis clamitans/an mortem per vulnera mille susceptam cum dedecore/an perditas ob mortem diuitias Hanno vultu turbido habituque lugubri veniebat. Cuius non prius notitiam habui quam desyderium describendi.

Mache⁹ ad fectati regni adcusatus pœnas luit.

Imilcho sibi mortem cōsciuit.

ℭ DE HANNONE CARTHAGINIENSI.

HIC HANNO (vt arbitror) amilcharis carthaginiensium ducis in Sicilia peremti filius fuit. Et amilcharis iam dicti frater. Qui propter claraʒ apud suos originem/& suę vrbis etiam principatū/fauente in suum excidiū fortuna/vltra quam credi possit diuitiarū abūdantissimus factus est. Per quas dum gloriam suam dū magnificentiam dū potentiaʒ metitur/in stultissimā cupidinem lapsus regnū carthaginensiū exoptat. Ad qđ occupandū quū cæterę artes deesse viderenẗ. scelestum facinus excogitauit. Desponderat quidē filiam suam egregio iuueni/cuius dū se insignes nuptias celebraturum demonstraret: omni vrbis plæbi opipare sub porticibus epulum præparari iussit. Senatū vero omnem in domo propria collocauit. Et infecta veneno pocula ministris cōuiuii/vt porrigerēt sitientibus senatoribus tradidit: arbitratus/amoto senatu/rem publicam consilio destitutam occupari posse facillime. Sane/quū esset fraus per ministros detecta senatui: cœptumque eius immane frustratū: quum minus tutum rei publicę videretur in tantum virum aliquid adtentare/nil aliud pręter legem vnicam quę sumtus nuptiales arceret actū est. Adtamen Hanno dū nil in se audentes patres audiuit/quasi publicę socordię victor acriori feruore impulsus/quod veneno explere nequiuerat ferro agendū ratus/manum comparatam seruorum in armis educit. et castellum occupat. & in partem prædæ auxiliatoremque mauroruʒ regem aduocat. set quuʒ non satis temerario ausui exitus responderet: a ciuibus capiẗ ante conuocati regis aduentum. Sententia quorū in conspectu populi nudatus virgisque seuissime cęsus est. Et quū natura truculentiores feris carthaginienses sint: vt per mēbra omnia ex impio homine sumereẗ suppliciū/visū est. Et ante omnia oculi misero Hannoni eruti sūt. inde manus abscissę/demū cōfracta crura/postremo quū cruciatus immanissimos omnes iufœlix hannonis vita vicisset: fessi carnifices obstinatum spiritū ferro abire coegerunt. hinc lacerum cadauer et mille deforme vulneribus in spectaculum cunctis cruci adfixum altissime sublimatum est. Nec huscusque per omneʒ calamitatem sęuiisse carthaginiensium suffecit Iræ. quinimmo filios cognatosque Alios quoscūque etiam innoxios supplicio tradidere. Ne ad imitandum scelus aut ad vlciscendum Hannonis necem/aliquis superesset: Et vt quanti libertatem penderent adpareret.

Aduerte nihil nō audere nimiam regnandi libidinem.

Grauissimū hānonis supplicium.

Hāno ĭcrucē erigitur.

IN DIVITIAS & STOLIDAM vulgi opinionem.



N SECRETISSIMIS penetralibus terrę occultarat tamquam generi humano nocuas natura discreta diuitias. Ast auaritia latentiū indagatrix lucrorum/quod sponte latebat/cupiditate quęrendi ardens eduxit in publicum. Hęc quidem perfodere montes/terebrare telluris viscera/profundū maris vncis piscatoriis exarare docuit. Prima alpium scopulos strauit/syluasque aperuit inuias. Et nauibus in alienum littus euadere: fallere gryphes/sopire serpētes/fraudes nectere/mentiri/falsas signare tabulas ostendit. In violentias mortales armauit. Aconita composuit. Et in proditionem etiam animauit. Quibus tot artibus aliisque in prægrandem cumulum nonnunquam apud quosdam pericula p̄ciosa congessit. Ex quibus sic ample collectis quot & quæ oriantur incommoda possessori non vident peruigiles quæsitores. Mordaci quidem cura torquetur ne videantur a tinea: deuorentur ab igne/subripiantur a fure: a furore publico ceu a prædonibus rapiantur. Et dū noctes ducit insopnes/vt seruet/etiam discursus murium expauescit. In se inuidiam multiplicem excitat. Insidias patitur. A blanditiis et odiis filiorum eius mors eo vidente cum desyderio expectatur. Et nonnunquā in tantū animi tumorem excedit/vt sui generis sui roboris publicę priuatęque honestatis oblitus/ea cupiat & adtentet/quę quum eum non deceant illum in miserabile præcipitium trahant. Vt satis spurius melius Et noster hanno demonstrant. Lōge tolerabilior quā diuitiæ paupertas. Illas nisi fortis animus æque pati nō potuit. Hanc fert facile muliercula quæque. Sane vulgus iners opinioni semper magis quam virtuti adhęrens non arbitratur hoc esse. Alta prospectat palatia/fulgentes auro vestes/mensas poculis & cibis honustas/seruientiū cateruas/& alia quę quū non faciant insignes tamen eius iudicio faciūt diuites adparere. Non videt toto orbe bellorū fremitu resonante amiclatē solutū curis suo i gurgustiolo dormientē/& Pompeiū celsa in arce dyrrhachii pauitantem. Diogenē in dolio tranquillo animo cęlestia contemplantem/& Sardanapalum aurea in regia latebras exquirentem. Aglaum psophidium in agello cātantem/& zamariam in palatio igne iniecto cremantem: Quid multa: Clarū est/immo euidentissimū. celsa petunt. Fulmine aūt/ventorū rabie/& motu terræ concutiunt adsidue. Vbi consistunt humilia Inquiete. æquo modo non prospicit quot suspiria/quot labores animi quot mentis anxietates vestis contegat inclyta. Quæ nonnunquam non vestes/sed sepulchra sūt fœtidis cadaueribus plena ornata gemmis & auro. O quam malem seranū stiuam prementem manu/aut cincinatum paruo in agro glębas voluentem rusticanis amictos palliis/quam hæc curarū & vt plurimum vitiorum archiua purpura in ostentationem quam indignitatem potius exornata. Multi quidem preciosę pendunt vestes: vbi non consyderant animi vires Quas si lynceis oculis intuerentur principes/nulli dubium quin ex campis in curiam vocarentur agrestes. Et truderentur in sterquilinium purpurati. Inhiat præterea cibis splen-

Quas abdiderat natura diuitias inuestigauit auaritia.

Auaritię vires.

Non ab re curas poetę fabulantur auaritię filias.

Conferūtur opes cū paupertate.

Inconsulta vlgi opinio.

Securior est paupertas ab omni q̄ solicitudine quā opulentia magis aliena.

In gnatonū et polyxeno rū igluuiem

dorique vasorū oculos iniicit.quasi dulcissimū arbitref pinguibus vti ferculis et crebris comessationibus interesse.O stultissimū decepti iudiciū.Paucis contenta natura est.Sinam primos homines quos rudi sæculo glans pauit & aqua. Et ad reges etiam deliciosos deueniam.Nonne dum syphacem timens in antris syluestriū montiū latitaret masinissa/a paucis ex militibus suis radicibus herbarū alitus est:Et xerxes diuitiarū copiosior altero/non dicam aqua simpliciter/set tabe suorum & luto mista sitim fugiens non sedauit:Si regibus hæc ad vitā sufficiūt:qd tu ad satietatem splendidas mensas exoptas:Dicet forsan pultiuorax.Illic egit necessitas.Ast ego.Et si hæc multū possit:nūquam tamen virtuti præualuit. Manu ex lacuna sumsit aquam xerxes.Et proiecto poculo factitabat similiter Diogenes. Quid ergo ad superflua anhelamus:Venenū porrigitur gemmis et auro.Riuuli aūt immunes a pestifera labe decurrūt.Set(vt hæc omittamus)quod forsan aliquibus videref extraneū:agrestes coctis potius quam elaboratis cibariis parce etiam vtunf vt plurimū.Hos durata cute soles & imbres pati/& neruoso adque robusto corpore modico vestitu contētos quercus sternere/glebas vertere/laboribus adsiduis insudare/nulla fere infirmitate grauari/& in seniū vsque quasi resumptis denuo semper viribus deuenire videmus.Hos quos tu cœnis crebris & amplis potationibus putas esse fœlices longe aliter.Effœminati quidem mollesque minimo quocūque labore soluunf. Et morbis variis & fere continuis lacessiti eneruatam iuuentutē suam in immaturam mortem sepeliūt. Nec multitudinem seruientium adpetūt:nisi quia sibi ipsis non ipsi sufficiūt.Set qd tam longo sermone fatigor:Splendidę sunt diuitiæ & in oculis stultorū pulcerrimę.Et(quod intueri non volunt)instabiles & inflantes/necnon(vt hanno testis est)possessores misere inquietant adque pessundant.Sȝ nos vnde diuertimus reuertamur.

Necessitas nunquam virtuti prę ualuit.

Masinissa rex numidarum.

Rustica vita delicatiori præfertur.

¶ FLENTIVM MVLTITVDO.

SERPERE per orbem cogor vt temporū seriem seruē.Et ideo nūc asiā/europam aliquando/& quandoque aphricam variis flexibus peragrando discurro.Et ecce me ab aphrica Euagoras rex cyprius ad furorē inanem ex regio solio infœliciter lapsus monstrandum lachrymis adliciebat in cyprum.Nec minus Theo q̄rulus ad fugam suam ex regno pulsus in arabas describendam in ægyptū a longe proclamabat.Et Amynthas sūma pietate conabaf in macedoniam tenderē prospecturus Eurydices vxoris suæ adulteria/insidias sibi positas ab eadem/& crudelitatem in Alexandrū & perdicam filios quos occidit. ¶ Parte ex altera Arysba ex Epyro rex pulsus a Philippo macedonię Rege vt tristē suū exiliū adnotarē ciebat. Sic & Aman Amadati filius/ex assyria vt gemino se ictu a fortuna perculsū inspicerem in Mardochei hostis exaltationem suāque non solū depressionem/set in crucis patibulū dedecorosā eleuationem vocabat. Verū plus cæteris experside vocans potuit arta xerxes. Vbi dū illū intueor:non immerito inter regni fulgores & insignia tristem adque gemebunduȝ conspexi. Vix quidē turba ignara satis fidei poterit adhibere dictis.scȝ quod sedenti aureo

Euagoras cypriorum rex i furorē versus.

Amynthas macedoniæ rex.

Arysba rex epyrotarū.

Eam i crucē aman elat⁹ est quā mardocheo parauerat

Theo rex ægypti.

Alexander et perdicas fratres maternis insidiis periere.

in throno aureis amicto vestibus cui tot regna/tot reges parerent/esse possit lachrymabile quidquam. Hei miserabilis & decepta iudicio dum a fulgidis ex auro radiis nimis capitur non aduertit quot excarnificantes animam curæ sub illo fulgore tegantur.

DE ARTAXERXE Persarum REGE.

Artaxerxes cognomēto mnemō quē assuetū hebrei vocitāt



RTAXERXES Persarum rex darii noti filius ex Parisatide fuit. Hic defuncto patre ante alia de successu cum Cyro fratre litigium habuit. In de quū eum clam res nouas molientem cepisset: & matris opera seruasset in vita: adque aureis compedibus soluisset: Aduersus eum magna conantem in acies descendere coactus est. Verū quū ipse manu Cyri saucius exiisset pugnā: Cyrus in eadem a regia circūuentus cohorte confossus occubuit. Ex quo Artaxerxi quies consequuta est. Sunt hæc regna sumentiū persępe prælūdia. Tandem compositis firmatisque regni rebus/quamuis multis secundis ac adfluentia diuitiarū et deliciarum gloriosus polleret: venit ad exitum infœlicem. Erat ei ad extollendū glorię decus/ex pellicibus grex conspicuus filiorū numero centū quindecim. Ex coniuge vero tres erant. Quorū maximus natu Darius. Quem quum diligeret sūme in senium vergens præter persarū morem vna secū adsumsit in regimen. Existimans ex hac magnificentia obsequiosiorem se filiū et auctum glorię decus habiturū. Set longe aliter post tēpus adparuit. Erat illi inter alias Attasia vxor (quę Cyri patris scortū antefuerat) forma præstantissima quamuis ætate prouecta: cuius forsan amore captus Darius hāc cū reliquis regni honoribus sibi deberi dixit: vti et patri occiso Cyro contigerat. Quā pater indulgens nimiū primo se daturū respondit: Demū pœnitens solis illam sacerdotem dicauit. Quibus persarum obseruatissima religione omniū hominum prohibebatur notitia. Et castitas indicebatur perpetua. Qd Darius ægre ferens in patris bene meriti erupit iniuriam. Et ex maxima fratrū congerie quinquaginta sibi iūctis in Artaxerxis mortem cunctis consentientibus conspirauit. O detestabile malum & dictu mirabile. Omittam necessarios amicos vicinos & ciues. Seruos sæpissime paratas dominis insidias reuelasse comperimus. Hic quū multitudo filiorū conspirasset in patrē/nec vnus fuit qui tanta vrgeretur adfectione/vt patri misero reuelaret. Miserū quippe infortunii genus est/vbi filios putes/te hostes genuisse comperias. Hos in te manus armasse/quos tutissimū tuę salutis refugiū existimabas. Sensit tandem vndecumque senserit Rex infœlix infaustū filiorū propositū. Et mœstus diis patriis plurimum questus in vltionem tantæ enormitatis iratū animum viresque disposuit. Et filios ausu in nefario interceptos omnes luere pœnas morte coegit. Nec cruento patri satis hoc. Cæsorum natorū coniuges filiosque innocuos occidendo funesto facinori superiūxit. Heu miser & ira perditus nimia non vidit dum sic seuere irā suam vlciscit: qd certissimus sceleratorū filiorum pater suo scelere monstraret/Sz quid? Sanguine genitorū adque nepotū respersus/eorū agitatus manibus/dolens et miserabilis & sero pœnitens in morbum incidit: & sui ipsius adfectus tędio nil proficientibus fulgoribus aut regiis voluptatibus infœlix & anxius expira-

Cyrū darii filiū artaxerxis fratris milites intērimunt.

Nimia i filios idulgētia plerumque patribus est detrimētosa

Numerosi artaxerxis liberi.

Solis sacerdotes.

dario auctor in artaxerxē filii cōspirāt.

Artaxerxes de filiis dirū sumit suppliciūm.

Illata magistratib⁹ in = iuria q̄re iudicetur acrior.

uit. Non enim ad miseriam ingerendam vt regna auferant semper opportunum est. Equidem vt aculeos acrius sentiunt saniores: sic & potentiores iniurias. Nec satis animus in vltione sedatur: quum semper esse qui similia audeant suspicetur. Verum dum oscenum natorum in patrem excogitatum facinus/& sæuitiam turbulento impetu genitoris in filios irritatam mens obstupescens/per lapsum temporis se in se ipsam collexerit: finem labori tertio imponentes/ad vires resumendas paululum quiescamus.

Joannis boccacii Certaldensis

De CASIBVS Illustrium VIRORVM

ℂ Liber Quartus.

MOVISSE REOR ALIQVANTISPER AB OBSTINATA olim duritie præsidentium animos/& exemplis tam ingentibus elatorū spirituū insolentiam terruisse. Quis enim tam saxeus legere potuit (vt de reliquis taceam) Priamum tot suffultū auxiliis cecidisse: Astyagem potentissimū medorum regem regno cessisse: Crœsum lydorum apud suos & exteros dilectissimum regno perdito priuatum vixisse: Tarquinium Romanorum pulsum in senectutem miseram deuenisse: Xerxem persarum tam magnis copiis græciam inuadentem solum fugientemque asiatico in littore: Artaxerxem eiusdem successorem adfectum tædio expirasse: quin horrore quodam percitus/quasi in præcipitio positus sibi prospexisse non debeat? Quamobrem quum iam talium salutem sperare possimus/non frustra laborasse gaudeamus. Sane quum eduxisse soporatos in vigiliam satis non sit/ni in lucem deducant integram: In solidationē credulitatis iam sumtę procedendum est. Vt dum promissa sequemur: fides etiam maiorum deiectorum copia amplificet. Ad quod grandis nimium & infesta lugētium Italorum turba me reuocat. Cuius multitudo nimia id egit/vt eo selecto quē malem/innominatos cæteros abire permitterem. Is enim fuit Marcus manlius capitolinus. Qui dū agente inuidia regnum se credit conscendisse fasciū/ex claro satis fortunæ situ in turbidas tyberis vndas cum dedecore præceps deiectus est.

Reputatis aliorū discriminibus nobis ipsi debem⁹ provi dere.

ℂ De Marco MANLIO Capitolino.

Marcus mālius Capitolinus.

EXIMII FVLGORIS Manliorum familia fuit apud Romanos & decora maiestate igentiū titulorū. Ex qua Marcus Mālius originē ducens robustissimam iuuentutē suam tam muralibus quā ciuicis coronis et inimicorum spoliis plurimis insignem fecit & suis egit meritis/vt tertio consul dictus regiis vteretur fascibus. Ac his spectandæ virtutis suæ fulgoribus ingens opus illud addiderat. Qđ vni sibi cognomen tam sublime capitolini contigerat. Qđ vti multū splēdoris addiderat: Ita dedit ambitionis infaustæ causam minus moderate seruatū. Nam venientibus omisso clusio Gallis Romam/et fractis apud

Alliã Romanis viribus/ & vrbe capta cęsisque patribus quum arx Capitolina Romanum seruatura nomen obsideref ab eis: Quũq indagine aduertissent per Tarpeiũ saxũ iter in arcem: eamque illa ex parte quasi loci natura munitam segniori seruari custodia/ nocte intempesta tacite adcensũ cũ difficultate tentarũt. Et quũ silẽtio sopitos custodes canesque adscendentes fallerent. Anseres q in arce ad sacrum Iunonis in tanta rerũ pœnuria seruabanf/ fallere nequiuere. Clãgore quippe eorũ expergefactus Manlius armis sumtis aliisque excitatis primus in adscendentes exiliit. Ac vmbone aduerso iam stantem Gallũ per prærupta sax deuoluit. Qui præceps in alios ruens plures vna secũ pcipites dedit in vndas. Inde passim alii plures scopulis inhęrentes cæsi ac impulsi in fluuiũ corruerunt. Et sic eius præstantia adque robore frustrata Gallorũ spe arx tutata est. Hinc añ alia et abs tribuno militũ laudatus summe & a cũctis donatus muneribus est/ pro qualitate temporis adque loci magnifice. Illique Capitolini cognomen iniũctũ/ vt si quando libertate frueref Romana respublica seruati ab eo Capitolii testimoniũ esset æternũ. Magni quidem & egregii vnicuique & potissimum Italo tunc euentus Manlii. Quibus proculdubio si alterius claritatis liuore infestatus nõ fuisset: & ob id nõ eleuasset ad culmen maius quam ciuem deceat a.m: satis credi potest & Dictaturas splendidas & Triumphos decoros vt cœperat viriliter agens in processu suo iũxisset nomini. Adtamen dũ ęgre camilli gloriã pateretur: eũque sibi præponi nimiũ existimaret: variis artibus Plębis amore captato ad eam rem publicam occupandam quã paulo ante ne occuparef a Gallis defẽderat indignanté pessimeque ęstuantem liuore animũ erexit. Et dum plures variique rumores exirent: ad intestinos sedandos motus Cornelius Cossus dictator in patriã reuocatur a Volscis. Qui post altercationes quasdam cũ Manlio palam habitas illũ Plæbe etiam murmurante misso Lictore in carcerem trudi iussit. Qđ etsi atrãm claritati suæ nubeculam ob ecisse visũ sit. Sanitori tñ iudicio in maius lumen eduxit. Nã quæ videbaf caligo lux fuit/ detegens opere quales erga illum plæbs gereret animos non verbis ante præcognitos. Pertulit enim eum vinctũ detineri adeo indignanter/ vt post obiurgationes in Patres plurimas/ forent ex Plæbe nonnulli qui lugubrẽ vestem sumerent/ mœsto vultu/ intonsa barba/ & incomposito crine coram incederent: adque in vestibulo carceris vigilias agerent. Et sic prægrande suę fidei argumentũ præstarent. Qđ mediis in tenebris Manlio plurimũ claritatis induxit Et longe plus etiam adiecisset/ si tantũ insitę rabiei pressisset/ quantũ dũ multũ fiduciæ auget/ temerarię præsumtionis adiecit. Tandem vrgente in eius exitiũ Fortuna vires: quũ ex Volscis triũphasset dictator seq officio abdicasset. Et ob id liberior plæbi relictus videref circuitus: ambire carcerem/ multa dicere/ minitari se fracturam ni Manlius liberetur incœpit. Quæ vt cõponerentur Senatu iubente exutis vinculis poscenti Manlius redditus est. Qui succensus fastidio quoda tumentis animi ardentius cœpta persequi & omnia ad regnũ tendentia ocyter operari totis nitebatur viribus. Qđ Patres & Tribuni plæbis sentiẽtes: dũ nõ satis ęquo ferrẽt animo pari omniũ consensu ad sumendũ ex præmissis supplicium a Tribunis Marco dies dicta est. Qui sordidatus a nullo sociatus patricio[illegible] ab Aulo qui[illegible]

Præclarum Mãlii strata gema i galli a capitolio deturbandis

Mãlũ pessũ dedit inuidia

Cornelii cossi iussu Mãlius i vincula truditur.

Certissimum plæbeii in Mãlũ amoris indiciũ.

Liberatur Manlius.

Dies eidem dicitur.

dem Nec abs Tito fratribus in iudiciū venit. Plæbeia tantum Circūdatus turba. Et quum satis conuictus ambitionis crimine videretur; Multis ante dictis pectus cicatricibus insigne nudans/arcem Capitolinam a se tutatam ostendens/Plæbis suffragiū adque Deorū implorans auxiliū/Plæbis sententia damnari nō potuit: Ante quam extra portam frumentariam vnde Capitoliū videri non poterat duceretur. Ibi quidem noīe Plębis damnatus est vt ex Tarpeio saxo ex quo ciuis optimus Galliū præcipitauerat malus & ambitiosus effectus precipitaretur in Tyberim. Nec mora post multuз frustra inuocatos Deos fautricemque Plæbem quod intulerat Gallis supplicium et ipse in præcipitiū pulsus cū ignominia expertus est.

Mālı⁹ morti addicitur.

IN Infidam PLAEBEM.

QVæSO QVI SVIS Fortunis confidunt plurimū/& in alios intolerabile supercilium gerunt/excussa ab oculis nocte Manlium Gallū parma pellentem/Militū laudibus in cælū delatū/Laurea Trabeaque insignem in Capitoliū a se defensū Triūphos trahenteз conspiciant. Et versa vice in momento fere squalidū/supplicem/catenis honustū/damnatū/Tarpeio in margine lictoris impulsū expectantem intueanť. Et siquid inter se actus tam dissoni mouent: consultius posita cordis elatione ridenti Fortunę amplo generi claris adfinitatibus et super omnia Plębi ingratę se credant. Dubiū quippe vtrū stultius an inuidia boni alterius adflictari/an Plębis fauori se credere: Illa premiť. Hac impulsus decipitur. Illa in alterius vrgeť perniciem. Hac in suam præsumendo deducitur. Illa mens exuriť. Hac spes ludiť. Set quū effectus magis quam causas pspectemus: etsi omnino abiicienda Inuidia sit/tamquā vinculi societatis humanę nefaria hostis: nemini vnquam se auræ Plæbeię credidisse commendabile fuit. Natura (vt ita loquar) Plæbs omnis mobilis & fatua est. Veritati semper opinionem præponens. Vsque ad exitū suadens/& in periculo derelinquens. Hæc aūt quuз Fortunam sequať/humillime seruit/dominať seuere/ridetque post munera quos sui fiducia miseros deduxit in morté. Etsi cætera desint hoc vidisse satis est. Marcum Manliū protectorem suū & inclytū ducem qué vt Deū paulo ante colebat/in quo spem omnem firmauerat/Cui carcerato excubias impendebat/& eius adflicta incommodo squalida incedebat/Deos precibus honerabat/minabať & patribus/sublata tandem arcis visione fortissimi pectoris cicatrices Imperatoris faciem & preces oblita/sua suffragia implorantem damnauit.

Salubre auctoris consilium.

Vtrum stulti⁹ an alteri inuidere an plębi credere.



Inconsulta plębis natura.

Instabilis plębeiorum animorum mutabilitas

ℂIN Tyrannos.

POTERAM SI Lubuisset Manlio subiūgere fugā Necthanebi ægyptiorū Regis ad haustrū/& Pausaniæ Lacedęmonū ducis exiliū/aliorūque pluriū ea tempestate infœlicissimos exitus. Verumenimuero in dedecus & infamiā humanū sitientiū sanguiné & insatiabili hiatu mortaliū transglutientiū facultates/& animas libertatemque violentia occupantiū Tyrannorū/illis omissis vt adsumeré Clearchū Heracliensiū immanem sub Tyrannidis titulo hosteз fere deductus sū. Sane Dionysius Syracusanus longe amplius grassatus in

Clearchus Heracliēsiū Tyrannus

a chione et leonide platonis quondam discipulis interemtus.

suos/et a me diu ante conspectus/egit vt postpositis abhominationibus dictu turpissimis Clearchi a Chione & Leonidę interemti/de se suisque meritis adque mutationibus etsi non plene/saltem pro modulo laboris adsumti describerem.

DE DIONySIO SyRACVSANO INFERIORE.

Dionysius iferior filius dionysii superioris cui pr fuerat hermocrates hermone patre genitus.

HVICQVæ FVERIT origo legisse non memini. Set quid veterum stemmata quæram hominis scelestarum turpitudinum omnium fœdati spurcitia? Ei tamen Syracusarum Imperium cæso Dionysio patre seditione suorum/quod fratrum natu maior esset/euenit. Qui quum nomine idem esset cum patre:longe tamen illum sceleribus antecessit. Hic igitur circa Regni sui initia non solum seruare susceptum set amplificare constituit. Ad quod vt aliquando deueniret: fraude primo beneficiis pluribus conciliatis sibi popularium animis/fratres fratrumque cognati suo iussu trucidati sunt. Inde quasi adamantinis nexibus securitatem fortuniumque suum firmasset:ocio & potationibus adque luxuriæ sese præcipitem dedit. Existimans immersum se talibus præ cæteris summa fœlicitate fulgere. Fœlix igitur suo iudicio quum in grauem pinguedinem inertemque venisset:in pessimam oculorum valetudinem incidit. Adeo vt luce læderetur plurimum. Et ob hoc se ciuibus putans esse despectum/rabie incensus truculentior omni fera/nunc hos nunc illos pro lubito Atroci morte seu cruciatibus tollebat de medio. Quibus irati miseri congregatis copiis in Acradina bellum indixere secluso. Qui seu a militibus prædæ auidis impulsus/seu criminibus agentibus suis/eductis ordinibus descendit in aciem:& victus pauco tempore intermisso fusus fugatusque est. Et quum iam in decliuium Fortunam labentem sentiret:quod bello nequibat/ad ingenium versus vncis illam in desyderium suum trahere conatus/egit vt qui de pace tractarent ad se mitterentur ex ciuibus. Quos quum detinuisset:incautosque ad spem pacis hostes aduerteret:in solutos repente armatorum turmas emisit. Verum quum longe ab eo quod sperauerat successum cerneret:victis fugatisque suis/cum omni regio adparatu clam nauem conscendens secessit in Locros. A quibus quum comiter susceptus esset: eorum ciuitatis arcem fraude occupauit. Nec mora/tamquam in hostes cædibus rapinis exiliis stupris matronarum & virginum tam Principum quam Plæbeiorum toros labefactans sæue debacchari cœpit. Et quum iam rapienti cessaret Adparens materia: Locrenses miseros excogitata altutia circumuenit. Nam quum suasione satis composita matronas omnes & virgines euocasset in templum Veneris:quasi quæ voto publico obsequi deberent electurus: collectas iussit a militibus spoliari. Et quum nudas emisisset:ornamenta subtracta sumsit in prædam. Quibus exasperati Locrenses irruētes in eū igne miniose illū e patria expulere. Sic iā bis exul Dionysi⁹/q̄si Fortunā luderet/igenio vs⁹ veteri/a demētib⁹ Syracusanis receptus est. In quos quū prisco more sęuiret: Fortūa sępi⁹ artib⁹ suis lusa seu tot releuatio

Turpe dionysii facin⁹.

Acradīa locus secūdū arcē syracusis munitissimus.

Profligat̄ is a syracusā. dionysius

Dionysius legatos i vicula conicit

Illata locrēsibus a dionysio iiuria

nibus fessa passa est/vt conspiratione ciuium facta belua obsideretur immanis. A quo deficientibus viribus anxia mentis compunctione in compositionem cum hostibus itum est. Pactumque vt deposito imperio arcem cum exercitu Libere Syracusanis traderet. Corinthum priuatus in exilium tenderet. Qui Syracusis in libertate dimissis exinanitus fere quo mittebatur excessit. Quo postquam ventum est/ saniori ductus consilio nil nisi quod humillimum esset/existimauit esse securum:quo tractus Iudicio se in sordidissimum vitæ genus abiecit. Nam inter lixas & lenones in popinis & fornicibus veste obsoleta contectus perseuerabat De vilissima quaque re inhonestis verbis sæpissime agitans quæstiones. Risum dare potius quam extorquere contendens adstantibus. Ad vltimum docere pueros in triuiis & ludos agere & alia quçcumque ad se despiciendum potius quam timendum inducerent/actitate cœpit. Nec tamen facile his dissimulationibus malam de se suspitionem Corinthiis abstulit. Tantum possunt peruersorum hominum præterita gesta. O varia rerum mutatio. Quantum hæc exulis vita distans erat ab ea quam princeps obseruare solebat. Adtamen qualiscumque fuerit quantumcũque inhonesta adque fœtida/in eadem senescendo concubuit. Nec sua tantum dedecora flere potuit. Quinimmo Iouis olympii amiculum/ coronas victoriasque Deorum porrectas brachiis/Epidaurii æsculapii barbam/ Proserpinæ spoliatum Locris templum/ac alia patris sacrilegia ipsuȝ grauissimo cum mœrore pensasse creditum est. Postremo miseria suprema deuictus interiit obscure adeo vt incertum sit an apud Corinthũ occubuerit:an in Siciliã rediens fuerit occisus.

Dionysii exilium.

Dionysii abiectissima viuendi ratio.

Dionysius literas docet in triuiis.

Dionysius paternorũ sacrilegiorum pœnas dedit.

IN DIOnysium & FORTVNæ Excusationem.

QVæ PRECOR MVLTORVM hominum obstinatio est: Quam inflexibilis/quã lapideus aius. Dionysiũ suis opbus ꝓcurantibus Fortuna deiecerat. Et(vt restitutionibus adparebat)magis castigationis in modũ quã elatiõis i pœnã. Nec tñ lacessitus exiliis i aliquo sæui aĩ iniqtatẽ imutare potuit:quin ab eadem tertio restitutus/casum tertium eiusdem conuiciis rocuraret. Iniuste qdẽ adcusaꝰ Et indebitis verbis & execrationibus laceratur Fortũa. Cui dubium si fronti inscripta merita nostra gestemus: quin eam recte agentem qui legent arbitrenꝰ: Lasciui quidem scelera non videmus. Discholi aduersa non ferimus. Et sic dum nos cæcos non cognoscimus/oculatam Fortunam indebite adcusamus.

Fortuna immerito multorũ cõuiciis incessitur.

De POLyCRATE Samiorum TyRANNO

ETSI POST Infœlicẽ Dionysii Syracusani finẽ lamẽtatiõibus me hõerasset Vitruuius Batus Fũdanus dudũ priuernatũ Dux:qd post fusũ exercitum suum a Plautio Romano cõsule verberibus adfectus/Et inde necatus sit

Vitruuius a Plautio debellatus capitali supplicio romę adfectus est.

Non tamen viso Polycrate Samiorum Tyranno in se calamum vertere potuit. Quinimmo infœliciorem casum ex benigniori Fortuna scripturus in illam sese sponte sua concessit. Samos ægęi maris Insula est. Diues opum & ob id Iunoni sacra ferebatur antiquitus. •Cuius seu generis gratia seu diuitiarum opera/vel alio Fortunæ munere Polycrates quidam adsumsit Tyrannidez tenuitque. Qui etsi(vti Tyrannorum mos est)in suos minus humane viueret adeo tñ Fortunam obsequentem habuit. Vt eidem huberrimumsuum pectus & amplissimos sinus. Necnon et quoscumque suos secretiores aditus apertissimos habuerit. Nec solũz prospectantis vulgi iudicio:quod vt plurimum mendax est. Set ipsius etiam Polycratis/cui visum est adeo sibi cuncta pro votis succedere: Vt Deorum quando que timuerit inuidiam. Qui prosperis vndique circumsessus ad moderandam in aliquo Cuiuscumque Inuidiam & Ruborem tam Fortunæ quam superis auferendum:quod soli inter mortales pro desyderio cuncta succederent: sibi infortunium Aliquod postquam aliunde non dabatur adferre instituit. Sumtumque e manibus annulum quem habebat charissimũ in mare deiecit. Hac vna tristitiæ salebra moderaturus exũdantẽ lætitiam. O Ridiculũ hoĩem sibi tempus ad miseriam deesse timebat Qui insipientem seruire Hecubam animo non prospexerat. Et ob continuationem aliqualem fortunam factam immobilem existimabat. Quæquidem maiora reseruans inuito paucis voluntariis non contenta id egit vt quod eiecerat sponte Polycrates ipse inopinate resumeret. Quum post dies paucos ab annuli iactu a piscatoribus piscis captus/qui ãnulum deiectum escam putans sorbuerat/dono Tyranno delatus sit. Cuius in ventre seu a coquo seu a dapifero compertus annulus quasi a Neptũno restitutus Polycrati portatus est. O latentes insidię. Nunquam minus fiduciæ adsumendum quam quum blanditur Fortuna. Sic igitur vndique fulgoribus rutilans vt in amarissimam calamitatem incideret actum est. Nam quasi omnes in vnam reseruasset iras fortuna:seu prædæ cupiditate seu quod aduersus Darium Persarum Regem hostibus præstitisset auxilia Polycrates. In eum totis viribus Orœtes Darii præfectus conuersus illum fudit cepitque/adque post carcerem & catenas eum qui tot prospera viderat: Qui tot successibus lætatus fuerat: Qui volens a Fortuna turbari nequiuerat:in summo Midalensis montis vertice tractum cessa iussit in cruce suspendi. Qui etsi tormentis anxius & rubore dedecoris angeretur:Non tamen ei modicum potuit adferre doloris subspectasse omnem Samiorum multitudinem paulo ante nil impune aduersus se audientem/nec tam libertatez suam recuperatam illius exitio/quam eius ignominiam cruciatumque & vicinam mortem lætam gratulantemque spectantem. Et sic tormentorum atrocitate & præteritarum voluptatum memoria ac gratulantium Inuidia & verecundia illati dedecoris positique dominii dolore/ inter mœrores & lachrymas relictus inferstis auibus lacerandus/qui in tertis fœlicissimus vixerat:in aere miserrimus expirauit.

Polycrates æacis filius pantagnotũ et silontẽ fres habuit quoꝝ altero interfecto et iuniore in exilium acto tyrãnidẽ exercuit.

Amasi ęgyptio suadẽte Polycrates smaragdũ vl vt scribũt alij sardonycẽ ãnulo iclusã deiecit in mare.

Samos ĩsula Iunoni dicata.

Res polycratis fecũdissimæ.

Polycratis fortuna i ãnulo recuperando.

Orœtes a Mitrobate corrept9 Polycratẽ auro ostẽso delusũ & in vincula cõiectũ cruci adfixit cuiusq dẽ sceleris ipe iussu darii a satrapatorib9 iterẽtus pœnas luit Mitrobatis & cranatis trucidatorum vltrices.

DE CALLISTHENE Philosopho.

AM A CRVCE POLyCRATIS manum retraxeram. Quum Arysbá olim Epyri Regem flentem querentemque conspexi. Adcusantem plurimum Philippi Macedonum Regis perfidiam. Eo quod ob infandæ luxuriç gloriam Alexandrum Olympiadis vxoris suæ fratrem se pulso adque in exilium senectutem agere coacto Regem Epyroticis suũ substituisset in locum. Nec inficiabor. Squalor senectutis inopiaque dolentis me facilem in eius traxissent querelas: ni ab eis maior pietas auertisset. Nam haud procul inde adeo deformis & tabido turpis cruore Callisthenes tacitus sequebatur: vt potius truncum sanguine puluereque respersum sese mouentem/quam incedentem hominem existimasses. Cuius ego casu nomen audiens/memoransque subito eu3 quandoque sacris philosophantium in scholis celebrem audiisse/non solu3 calamum in ignominiam sequientis in eũ vltro spopondi: set nec lachrymas negare potui. Quis eni3 adeo lapideus sit/si viderit honestum hominem sacris imbutum doctrinis meritisque conspicuum/& tanto insignem cognomine vti quæsita laudandis vigiliis Philosophia præbet/mutilũ deformato vultu cruoreque turpi oblitum/nõ suis meritis set aliena peruersitate incedentem se corã/qui possit parcere fletui? Quod igitur apud alios notitia claræ originis/Regia maiorum insignia/admiranda eorumdem facinora/splendoris plurimum videntur adferre: in Philosophis quam minimum est. Quid enim maiorum diademata? Quid auorum sceptra? Quid parentum imagines/superati Reges/orbisque subactus possent Philosopho inclytæ claritatis augere? Quem non solum quos mauis fulgores mortalium calce terat Philosophia: Quinimmo ipsum cælum perambulans incomprehensibili quadam luce decoret. Non ergo vt sublimiorem Callisthenem nostrum faciamus/eius est exquirenda propago. Is quidem a sua ineunte adulescentia in venerandis Philosophiæ laribus versatus forsan audiuit Socratem et Platonem apud mortales diuina quadam supernæ mentis archiua. Sub Aristotele tamen clarissimo omnium Philosophorum principe mirabili præditus ingenio floruit auditor. Et tanto iam cognomine clarus auditores habuit/quibus & ipse magister Rerum reseraret arcana. Cæterum quum illam ingentem expeditionem iturus esset Alexander Macedo: Aristoteli præceptori suo maioribus procul dubio operam danti poposcit/vt ex suis illi comitem aliquem daret: Cuius adiutus doctrina vetera retinere/& nouarum adque incognitarum rerum posset instrui demonstratione. Et per quem si quid forsan memoratu dignum ageret literis etiam traderetur. Cuius votis vt se facilem exhiberet præceptor egregius inter cæteros suos tam ingenio quam viribus validos tãto regi Callisthenẽ insignem virũ & eloquẽtia facũdũ itineris sociũ documentorumq̃ magistrũ ꝓcessit. Equidẽ si superari posset Phiæ insigne fastigium:

Marginalia: Alexander olipiadis fr neoptolemi que fil⁹ arysba expulso Epyroticis dominatur. — Pręclara maiorũ stẽmata ne floci quidẽ facit philosophia. — Callisthenis pręceptores — Aristoteles. — Alexandro pręceptor datur callisthenes.

grande & illustre illi concessum fuit officium. Regere scilicet doctrina mores eius qui tot tamque grandes Imperio regebat exercitus. Et eũ redarguere vocibus qui Reges maximos vocibus arguebat. Fortuna tamen rebus inuidens celsis aduertens/quia in Philosophiam tela nequiret infigere: vt solam rerum adparentiam prospectantibus/sui iuris omnia esse monstraret: in adcessoriam Philosophi sublimitatem iacula vertit. Actumque est: vt succedentibus Alexandri votis & pluribus occupatis iam regnis Darioque cum exercitibus Persarum superato tam grandis adcederet præda: vt oblitus suæ mortalitatis Alexander ausus sit velle a suis vt Deus more Persico adorari. Quodquidem etsi ægre Macedones eruditi ferrent: præ cæteris Callisthenes tulit ægerrime: Nec solum animo set asperrimis redargutionibus tam stolidam tamque detestabilem Regis fatui damnauit insaniam. Meminerat profecto honestissimus homo (vt Alexandri parentes natiuitatem & pueritiam sinamus) illum nuperrime Cydni frigiditate contractis Neruis in fere letiferum incidisse langorem / & Dei munere ac medici opera nõ sua diuinitate sanatũ. Nouerat vino & ira sæpissime superatum. Alto pressum dolore: & grauissimis agitatũ curis. Adcidentia quidem hęc omnino a diuinitate extranea. Se contra lacte Philosophię mellifluo educatũ sanctissimo nutritum in gremio & honestissimis eiusdem laribus obuersatum. Neque decere hominem Nedum diuina imbutum scientia verum nec mercennarium idiotam se stolidis figmentis trahi permittere/ stultisque credere fabulis. Adque hominem seu creaturam aliam diuinis honoribus venerari. Sibique tanto turpius quanto non vera tantum doctrina virtutes extollere oportet & deprimere vitia: Set laudabili vita exemplisque docere Spectantes cuius ipse professor artis existeret. A quo commendabili proposito quum constantissimus homo reuelli non posset: in iram sibi familiarissimam Alexander facile concidit. Eiusque suasione neglectæ in se Religionis grauissimas dare Pœnas innocuum virum coegit. Nam iussu suo/quum ante sanctis occupatum contemplationibus hominem vna cum pluribus in se coniurasse finxisset: Callistheni effossi sunt oculi. Truncatæ aures & nares & labia pariter adque manus pedesque. Dein de exercitibus ira excandescente iubentis tam ornatus regis præceptor in spectaculum adque ludibrium deductus est. Quæ quum nondum satis rabiem imperantis explessent. Postremo cauea inclusus est. Et cum eo canis vnus quietis lacessiti infestator adsiduus. Cuius post multa misertus Lysimachus nobilis ex Macedonia iuuenis adsuetus Nonnunquam ab eodem virtutum præcepta et rerum audire causas/vt morte finiret Angustias/illi quasi cibum porrecturus non impune venenum exhibuit. Et sic post tot dedecora vnius ob iracundi iuuenis insaniam Philosophiæ alumnus adsumtus est. Dicatis quæso segnes animæ / quid in subsidium stolidæ opinionis vestræ adposituræ estis: Postquam in castra Philosophiæ potuit transuolare Fortuna? An longos sopnos? Cœnas opiparas? Rutilas auro vestes? Oscenas libidines? Et fluxos i omne dedec⁹ mores? Arma friuola hæc sũt. qd ergo? Excutite ceruicis duritiẽ. Aperite oculos mẽtis & videte Quia humilitas sola deo gratissima virt⁹ huius mõstri

Alexander se peride ad que deũ iubet adorari

Adtende quã scelerato furorẽ alexandri rabies efferata i callisthenẽ debacchet.

Lysimach⁹ ob venenũ callistheni porrectũ famelico leoni obiectus est

vires conterere potuit. Et in eo cōfidite/cuius solius est potētes deponere & pauperem de stercore dum velit erigere.

DE Alexandro EPyROTARVM Rege.

SPECTABAM ALEXANDRI Macedonis impium facinus hinc lachrymas pias Philosopho exhibens. Inde diras execrationes Tyranno. Quuȝ mœstus nimiū clamitansque Epyrotarū Rex adfuit Alexāder. Egitque q̄relis suis: vt Callisthene relicto in se oculos transferrem & de se scriberē. Vt igit volvere priores Epyri Regnū apud antiquos Et potissimū post exactum Troianorū bellū satis celebre fuit. Nam recepta Helena Ilioque combusto adque diruto fere omnis Græca nobilitas/aut naufragio/aut excidio/aut exilio/multata est. Quos inter & Pyrrhus Achillis filius perdito per absentiā patrio Regno vagus his consedit in sedibus. Et ab eo incolę qui Molossi dicebant Pyrrhidę dicti sunt. Inde vero facile Epyrotæ. Et ab eo rapta Anasa Herculis nepte genus omne Eacidarum manauit/suis sæculis inter græcos fere diuina claritate conspicuuȝ. Cuius ex successoribus Neoptolemus Arysbæ filius genuit Alexandrū & Olympiadem Alexandri Macedonici genitricem. Quiquidem auorū fulgore illustris et Philippi Regis adfinitate spectabilis/isigni formositate decorus iuuenis fuit. Ob quam infausto Philippi crimine pollutam meruit Eiusdem viribus pulso Aryba regnū auitū suscipere. Quo splendore generi ac formositati superaddito illum gloria mirabili fecit egregiū. Cæterū iam Philippo mortuo quū Alexāder Macedo in Persas & Orientem expeditionem adripuisset/quasi secū orbis partito imperio & hic a Tarentinis vocatus grandi spe occidentis Imperii potiundi in italiam quo vocabat accessit. Nec læta defuit Fortuna principio. Brutiorū quidem ac Lucanorū ea tempestate populorū ingentiū viriū semel Et iterū fudit exercitus/& armorum vi opida quędam & nonnulla ex eisdem deditione suscepit. Tandem cū surgentibus probitate mira Romanis magis dū vires augeret/quam vt quietos vellet/pacem firmauit. Verū dū altiori ex culmine: eo euasurū se quo cuperet arbitraret: in prædestinatū sibi adque a Dodonço Ioue prędictum miserabile fatū incidit/mutante Fortuna vices. Pandosiam vrbem & fluuiū Acheronta letalem illi sortes ostenderant. Quos ipse Gręciam solam habere ratus/quasi sese fatis subriperet alacrior Italiam petierat. Adtamen quū haud longe pandosiam vrbem a Lucanis iuuantibus samniis tripartitus eius exercitus fusus cæsusque fuisset: Et ipse occiso Lucanorū duce/fugiēs ad Acheronté fluuiū locorū adque noīȝ Ignarus deuenisset: fluuiū quoque imbre Pridiano tumidū euulsisse pōtē impetu cerneret/Audissetque fessū militem fluuiū nominantem/eiusque rapiditatem execranteȝ: Dodonçi responsi memor adtonitus adque fere exanimis in ripa substitit dubius: nunquid iter flecteret/an sese vndis crederet/an hostes potius expectaret. Adtamē a Sotinio vno ex suis monitus/antequam deliberasset/Lucanos instare ad transitum pauore impulsus est. Iamque in alteram deuenerat ripam quum fatalis adsistens hora a Lucano exule ex his quos in suam custodiā prælegerat/

Epyrotici regni origo.

Molossi pyrrhidę et epyrotę dicti.

Arysba pulso alexāder regno donatur.

Alexandri victoriæ in italia.

Dodonęi iouis oraculū

Alexander ab exule cōfigitur.

ex eminētiori loco veruto transfossus est/& moribūdus in vorticosas Acherontis vndas collapsus cum sanguine reluctantem spiritū effudit. Et vndarū impulsu in præsidia hostium cadauer regiis Adhuc decoratū armis/delatū & cognitū/ vncis in siccum tractum est. Quo quidquid ei viuenti Fortuna pepercerat mortuo illatum est. Nam postquam illud Lucani Milites diu per castra circumegerūt odio suadente veteri ignominiose discerpserūt mēbratim. Partemque consentiaȝ tamquam victoriȩ suæ decus insigne miserūt reliquum nondū saturi distrahentes non ante a turpi laceratione cessarunt: quam lachrymis precibusque mulierculæ poscentis concederent. A qua in vnum redactæ reliquiæ ad lachrymas necessariorum sumendas & Regium funus in epyruȝ sorori remissȩ sunt. Et sic qui fidū obsequium insperatum obtinuerat regiuȝ dum aliud adgreditur quod male quȩsierat immatura morte subripitur.

Illata defūcto alexandro ignominia.

ℭ DE Dario PERSARVM Rege.

NONDVM SATIS mulierculam Alexandri Epyrotæ membra componentem conspexeram. Et ecce flentiū me traxit inauditus rumor in Persidem. Quos dū inspicerem Darium Persarū Regem tanta cum maiestate malorū antecedentem vidi/ vt facile cæteris prætermissis calamum potuerit impetrare. Is ergo Ocho patre mortuo Persarū Imperium solus obtinuit: Quem penes quum omnis Mūdanarū rerum splendor esse videretur: Ne Fortunam superiorem arbitrarentur mortales/ Ab eadem in eum adeo violentus immissus est impetus: vt ex maximo verteretur in nihilū. Nam Alexander Macedo ardentis animi iuuenis fama tantarū rerum tractus/ Seque vltoré græciæ a Persis hactenus plurimum lacessitȩ professus/ compositis Macedoniȩ rebus parua Militū manu in eum omne virtutis suæ robur imisit. Et quū iam Lydiam/Ioniam/Chariam/adque Pamphiliā occupasset: nexusque iugi gordii dissoluisset: & Tauri montis celsos vertices superasset: ad famam tam animosi hostis excitatus Darius collectis copiis nō ante obuius factus est/ quam in campos deuenisset Oreltis. Vbi Persarū adque Macedonuȝ conflictus extitit Primus maxima Persarū cæde Darioque fugato. Qua cladeetsi perculssus darius esset: animo tamen reuocato copiisque instauratis ingentibus Fortunam pugnæ iterum experturus adcessit. Quæ nec lætior illi fuit. Nā paucitas Macedonum armorū vsu & & arte plurima iuuabat. In hoc quideȝ conflictu/ vltra amplissimam Persarū cȩdem Dariique fugam/ castra Regis capta sunt cum matre & coniuge adque filiabus & tā grandi Thesauro vt intuitu primo victoris adpetitus iexplebilis viceret. Hac strage fractus Darius quū sese babylonē recepisset: diffidēs armis epistolis/ & sponsionibus aīm victoris flectere ratus est. Porro quum omnia agi frustra perciperet: & ferro potius quam auro salutem esse tutandam. Dum Syriā Ciliciam & ęgyptū sibi subigeret Alexander: & ad Hammonem Lybicum tenderet: quasi concessum spatiuȝ foret/ redintegrare exercitus conatus est. Quos quum non primis impares eduxisset haud longe a Cydno fluuio tertio compressus est Nec more solito impetu pulsus primo quinimmo diu

Darius ab Alexandro Macedonico in fugam versus.

Iterū fundūtur darii copiæ.

dimicatum est. Et aliquantisper in pendulo belli Fortuna fuit. Postremo superātibus Macedonibus/mori voluit Darius. Qui a suis in spem meliorem seruatus cū paucis aufugit. Nullo in prelio precedentiū tātus sanguis effusus est: eo quod Perse tamquā pro salute postrema acrius obstitissent. Macedones vero indignantes/qđ iam bis victi in arma tertio surrexissent: reiecta pietate nemini ignoscebāt. Darius aūt victoria Alexandro relicta iam se miserū destitutūque arbitrans: amicos fuge socios sequebat. A quibus in parthiā captiuus potius quam Rex ductus ab Alexandro psequutus est. Ad cuius gratiam promerendā apud Taneā parthie vicū amici Dariū in compedibus aureis posuere: vinctūque in vehiculum translulere. Demū spe regni occupandi a Berso ex amicis primo cōfossus est. Et propinquante Alexandro/quū clam abiisset occisor: Fonti cuidam propinquus & morti vicinus a Persa milite compertus est. In tam grandi adflictione solatus paululū quod ab intelligente moriens inuentus sit. Huic ergo extrema mandata dedit: Et sanguine deficiente aureis in compedibus expirauit. Hic igitur tam celsi regis/tam potentis/tam diuitis exitus fuit. Cuius graui lapsu ira tepefacta Fortune permissum est: vt qui rex & splendidus vixerat/fineque Persico nomini moriens dederat: non linqueret auibus insepultus/aut plebeio ritu telluri traderet inglorius. Nam Persa comperta adque mādata Darii referens Alexandro causam dedit. Vt victor defuncti Regis corpus vellet inspicere: eoque conspecto & eius compassus infortunio lachrymas daret. iuberetque illi more Persico celebre fun⁹ adque Regium exhiberi: qđ magnifice factū est: nō minori dantis quam suscipientis gloria

Bers⁹ darii interfector.

Miserabilis darii interit⁹.

Alexāder in specto darii corpore lachrymas cohibere non potuit.

DOLENTIVM Concursus.

HVBERRIMA miseriarum saecula Persica peperere bella. Quippe post Troianū excidiū ante non cognitos adtulere casus/Numerosas populorum strages/& cruentas Regum victorias. Quas dū nec intestino bello/nec extero graecia miserabilis experitur: Vrbiū opulentissima fere virorū pauperrima facta est. Sic & postmodū Carthaginiensis perfidia & Romanorū audacia dū inter se de imperii orbis gloria decertarēt: Aphricam Italiamque in numerū traxere dolentium. Experte quidem sunt & vsque in nostrum aeuū quamuis paulo leuiores. A primis tamen delapsas nimiū miserias experimur. Verū sumimus aliquid voluptatis: qđ forsan sumere nequiuere priores. Nam quum iam longissimo aestu defessis agitemur ab vndis: Quos malorum tam grandium causas dedisse compertum est: Ab impetu primo pulsos/ingētia naufragia passos/et per omne littus eorumdem calamitatum quassata ac adtrita salo fragmenta conspicimus. Sane fleuisse persas insolentias suas in graecos pro parte premonstratum est. Macedonas temeritatum suarū in Asianos Europeosque soluisse poenas/etsi non plene ad sufficientiam tamen/cito prospecturi sumus. Quū iam videam maximi Alexandri heredes amplissimos & eorum filios nepotesque vtriusque sexus/Dario ceterissubactis/cateruatim erumnas in expiabiles deplorantes lugubres squalidosq poenas exoluere. Ex quibus anxios nō minus quam miseros primos adcedētes adspicio Leonatū minoris Phrygie prefectum suum adcusantem infortuniū. Et quod dum antipatro ab Atheniensibus obsesso auxilium ferret: ab eisdem se circūuen

Leonat⁹ āti patro subsidiū laturus veniēs ab atheniēsibus occiditur.

tum occisũ que desentem. Inde Neoptolemum adque Polyperconta. Quod dum Eumeni pararent insidias ab eodem in eisdem congressu infœlici occupati ac cęssi fuerint. Sic & Perdicam adflictum nimium/quod dum Ptolemæo ægyptio bellum intulisset: ab exercitu cuius ipse dux erat trucidatus sit. Quos omnes vna cum Anaxarcho Cappadociæ Rege a Perdica iam dicto vita Regnoque priuato et Amilchare Rhodone ab igratis ciuibus suis Carthaginiẽsibus post mortẽ Alexandri in patriam remeante necato/volens prætereo. Et in id venio/vt Eumenis Cappadocię adque Paphagonię ducis miserabile exilium superioribus addam.


Neoptolemº et polypercon fortiter dimicantes occubuerũt

Perdicas ab exercitu trucidatus.

Amilchar Rhodo.

De EVMENE CAPPADOCIæ adque Paphagoniæ Rege

Quo astu sibi diuinitatẽ vẽdicauerit Alexander.



ALEXANDRO MAGNO/qui subornatis Sacerdotibus Hammonis Lybici se Iouis filiũ/Deumque stolide finxerat: suorum apud Babyloniam veneno consumto: Quum tam ingentis imperii vnus satis dignus hęres reperiri non posset: Eo iacente aureo in lectulo exanimi/quasi cadaueris maiestas aliquid aut dignitatis aut roboris pręstatura videret agendis. Per præfecturas in sex & triginta hęredes quod occupauerat diuisum est. Ex quibus vnus Eumenes fuit ex Macedonia tam genere quam probitate conspicuus. Qui (vt acta sub Alexandro linquamus) susceptis Cappadocia & Paphagonia tantum consequutus longę militię munus est: vt nil illi præter Regium nomen ad regalem gloriam deficere videretur. Cęterum dum consequutus optatã amplitudinẽ diuinæ militiæ quietem aduenisse crederet: illi hostis adfuit illico. Nam (vt moris est magnas in se corruere moles). Quos regum orientalium vires nedum frangere sed nec tolerare quidem potuerant/Intestina adtriuit discordia. Et dũ sua in se arma conuertunt dissidentes: Actũ est: vt Neoptolemus qui cum exercitu ad emergentes casus adiutor Eumeni datus fuerat: non solum Eumenem linquere cogitaret. Verũ & exercitũ tradere omnem quibus aduersabat Eumenes tentaret. Quod aduertẽs Eumenes in eũ arma conuertit. Et ꝓlio fudit: adque i fugã vertit. A qua sua dente Polyperconte retentus Neoptolemus dum ambo Eumenem lætum ex victoria incautũ per insidias circũuenire putant: ab eodem rerũ conscio pugnantes trucidantur ambo. Qua ex re Eumenes Primo suo infortunio a Macedõibus hostis publicus iudicatus est. Et bellũ aduersus eũ commissũ Antigono. Is vero inito certamine Eumenis copias fudit. Qui sinistro Rerũ successu perterritus in munitissimũ castrũ confugit. In quo dũ illũ obsideret Antigonus: audito qđ requisitus antipater Eumeni auxilia præstaturus adcederet: soluta obsidione discessit. Eumenes igiẽ qui fugiens exercitũ liquerat se destitutũ aduertens quũ primũ potuit ad Argyraspidas opera quorũ Alexander prǫlia multa cõfecerat: quasi apud eos sui securior degere posset/adcessit: Argyraspides aũt Alexandro defũcto omniũ aliorũ ducatũ spreuerant. Quos tamen Eumenes blande sensiȝ sub suũ traxit Imperium. Eosque aduersus Antigonũ venientem contraxit in pugnam. In qua cum duce mutata fortuna Vna cum Eumene fusi sunt: castrisque priuati. In qui-

Eumenes cappadocię et paphagoniæ rex.

Prefectura rum diuisio

Neoptolemº eumeni tẽdẽs i̾sidias debellatur.

Polypercon et neoptolemusº vincũtur

Eumenes hostis iudicatur.

Eumenis ab ãtigono victi fuga.

Argyraspides sibi cõciliat eumenes.

bus vxores liberosque & longæ militiæ præmia perdidere. Quo euentu turbati Eumenem tamquam malorum causam turpiter obiurgare damnare vilipendere cœperũt. Et habita clam cũ Antigono pactione de recipiendis omnibus si captiuum traderent Eumenem/Illũ tacite abeũtem cepere. Et catenis honustũ produxere in medium Quos quũ/petenti facta potestate dicendi/supplici oratione a tam immani facinore vt retraheret aut in libertatem aut in mortem suam frustra conatus omneis exposuisset: versus in iram contumeliosis verbis ac diris execrationibus illis deuotis/vltro ante custodes vinctus vt erat ad hostiũ castra viam indignanter adripuit. Quem quũ Antigonus videre recusasset: carceri traditus/haud longe post/incertũ quo mortis genere/inter catenas & tenebras mori coactus est. Sic qui multas expeditiones clarus peregerat: vna victus fastidium suis effectus est. Qui suo Regi iusiurandũ inuiolatũ seruauerat: sibi non seruatũ in perniciem suam expertus est. Qui hostiũ duces vinctos plures adduxerat. vinctus a suis militibus hosti concessus est. Qui Regis magni aulam conspicuus incolebat: Captiuus squalidus solusque turpem ac fœdũ in carcerez trusus est. Et qui multos vita donauerat: inhonestæ datus est morti. Sic primis vltima aduersantur/vices mutante Fortuna.

Eumenes suorũ fraude ueniti ã tigoni potestatem.

Eumenes i vinculis expirauit.

ℭ DE Olympiade MACEDONVM Regina.

IAM IAM QVO flectar non habeo. Quin videam squalores & gemitus audiam successorum Alexandri gregatim quasi ad quoddam solatiũ venientiũ. Ex quibus (ne post Eumenis præcipitiũ singulos recitez) quosdam me moratu digniores vno turbinis globo peruoluam cum Olympiade Alexãdri matre tristi vultu & obsoleta veste inter alios venienti. Fuit hæc Olympias genere p̃ cæteris græcis illustris. Ex æacidarũ nempe sanguine traxit originem. Fuit & forma decens. Singulare naturæ donũ: Et desyderatũ præcipue mulieribus. Et insup Regis filia ex Neoptolemo Epyrotarũ Rege producta. Sic & Regis etiam soror Alexandri/eius scilicet qui apud Acheronta fluuiũ veruto periit. Præterea & Regis adfinis. Arysba enim molossorum Rex Troadæ sororis eius vir erat. Regis etiam coniũx fuit. Nam Philippo insigni Macedoniæ Regi coniugio iuncta est. Vltra hæc omnia/Regis nec gregarii mater/quia Alexandrũ illũ ingentem de quo fama viget inclyta/peperit. Potuissem addere & Regis pellex: set honestius tacuisse visũ est. Præter hæc omnia & ipsa Regina fuit. Inter tot igitur coronas/Inter tot sceptra/Inter tot Regũ solia (vt alia plura omiserim) Olympias tamquam eximii decoris sydus emicuit. Et q̃si quoddam viuentibus specimen fœlicitatis æternę esset habita: ni sæpe acerrimis fortũæ quassata ictibus & postremo deiecta fuisset. Cui per lætam iuuentutem inter tot splendores Alacres dies trahenti/etsi plurimum mœroris adtulit Philippum virũ suum factis amplificantem fortunam regnũque/a Triballis & Machea Scytharũ Rege superato vulneratũ & fere mortuũ et inde apud Methonam vrbem sagitta oculo priuatũ: longe tamen magis muliebrem animum agitauit aduersa opinione creditum adulterium. Et inde non so-

Olympiadis origo nobilissima.

Philippum pręda quã victor machee subripuerat triballi spoliarunt.

Philippus altero priuat oculo magna critoboli medici gloria.

lum viri consternatam mentē/ set etiam labefactatam eius pudicitiam/ Et quod longe peius credit ipsū Alexandrū concubitu ex alieno susceptū. Quā turpē maculę notam Illecebris hæc suspitio splēdori iniecerit eius facile vident qui noscūt Nil esse matronis pudicitia pulcrius. Quæ etsi multū etiaȝ in Plæbeis mulierculis commendanda sit: in Reginis sūme conseruanda est. Quū credatur ea deperdita nil apud eas decoris Regii superesse. Hæc igitur illi inter tot illustrium auorum cognatorūque Regum nomina/ prima labes iniecta mali est. Semen quidem/ si nil aliud adtulerit/ pluribus subsequutis. Nā si sacro fœdato genio nomini solo obscenæ libidinis spurcitiem intulisset: forsan fingendo tolerari potuisset infamia. Set inde asperiori concussa ictu fere concidit. Nam temporis tractu Philippus in patrati adulterii vltionem ea repudiata Alexandri Epyrotæ Cleopatram filiam sibi copulauit in coniugem: Quod Olympias seu ob infamiæ notam/ seu ob pellicatus iniuriam tam difficulter tulit: vt viduitatem maluerit quam pellicatū nepotis perpeti. Vt satis post factum ea volente perceptum est. Pausanias enim terestis filius ab Oreste genus ducens egregiū ab ea (vt credidere plures) impulsus/ eo quod Philippus iuuentutis suę stupratoreȝ Alexandrū Epyrotam sublimasset in Regem in ægeis in celebri nuptiarū Cleopatræ festo inter Alexandros filiū socerūque Spōsū obtrūcauit Regē. Quo perpetrato facinore quasi funebre officiuȝ præstatura viro confestim cucurrit. Quod adeo exhibuit/ vt mane sequenti in capite Pausaniæ iussu Alexandri filii pendentis in cruce aurea inueniret corona. Quod quamuis factę cędis originem satis ostendere potuerit: Vt clarius tamen adpareret: paucos post dies Pausanię corpus deponi iussit: Illudque super Philippi reliquias non absque dedecore cremauit. Gladiumque quo Regem Pausanias percusserat/ Apollini sub nomine Myrtalis quo quondam Paruula vocata est consecrauit. Nec hoc ad iras satiandas sufecit. Cleopatraȝ namque superinductā/ postquam eius gremiū sanguine iugulatę filiæ maculauit/ tot verbis dedecorosis adflixit: vt ad vitam laqueo expellendam impelleret. Pendentem itaque neptem lętabunda cōspexit. Quid dicam: Nil quidem irata muliere ferocius. Et (quod deterius est) vti immitius omni ferarū genere/ sic in vindictā ꝓcliuius muliebre genus. Cui non sufficiat vidisse quod optat. Sciat insuper cupit qđ egerit. Se tūc existimans rite in vltionē iuisse/ dū sui sceleris omne compleri triuiū sentit. Vidua igit vti viri pellicisque cęde labefactatā pudicitiam expiasset: pristinamque e fortunæ manibus fœlicitatem eripuisset: mœrore posito comparuit alacris. Set nec illud a potentiori diu permissū est. Filiū quippe vnicū & iuuenē cuius ob maiestatem subsistere sublimitatem suam poterat arbitrari/ Nouercarū cognatorū adfiniūque cruore madentem/ Longamque adq̄ periculosam intrare expeditionem gemebunda prospexit. Et quasi ex eius casibus vita sua penderet/ anxia solicitudinibus variis famam omnem pauida mente per totum militię tempus suscepit. Quas inter Alexandri fratris morte dolore intolerabili percussa est. Non qđ spes ingens audacis cœpti in fabulam versa sit. Set mortis genus & cadaueris ludibriū audiisse/ mœstam in lachrymas sępissime soluit. Ei si paululum crebris adque magnificis filii victoriis inter tot infortunia refocillari videretur: Non tñ in fœlici-

Olympiadi ob stupri suspitionē philipp⁹ cleopatrā attali filiā vř vt alii fētiūt neptē superinduxit nec desuntq eā at tali sororem dicant.

Plurimū intereiter Boccacii sētētiā & historiographorum hac de re verba facientium.

Qui histori asvř a limie tm̄ salutauit hūc locū eē mendosissimū dignoscet facillime

Pausanię q philippū obtrūcauit non mediocris honor impenditur

Olympiadis sæuitia.

i muliebrē vindictę cupiditatem.

Multas cędes patrauit Alexāder.

tatis instaurationē concessum est: verū vt adsuetudine mœroris lacessitū diu pe=
ctus fortius inueniretᷓ adueniēte/qua exanimari debuerat/filii morte veneno ab
orbis Imperio rapti. Qua adeo concussam crediderim/vt se tūc viduam primo co
gnouerit. O quam paucis & nudis expedio verbis ærumnas quas ploratus non
expleuere longissimi. His igiᷓ miseriis obsita quibus iexpugnabilis vita eius ser=
uareᷓ non longum post tempus aduertit infœlix. Vidit enim filii auspiciis & la
boriosa militia quæsitū duodecim annis Imperiū inter Macedonas proceres oē
discerptū. Eosque cruētis seditionibus in se victricia arma conuertere. Et Arideū
ex Philippo & Larissea Psaltria genitum/posthabita filii prole/vetustissimorum
Macedonū Regū insidere solio. Sane an taliū impatiens an vi pulsa regno sit/nō
satis habeo exploratū. Mœstam in Epyrū secessisse satis clarū est. Cæterū propin
quante exitialis fati die prosequente ęacide Molossorū Rege nepote suo in mace
doniam pergere cœpit. Cuius ingressū intra fines Arideus cū Eurydice coniuge
infestis animis prohibuere: Qđ adeo ægre tulit/vt in omissas filii virique lachry
mas reuocareᷓ: optaretque mori. Set nec blandientis Fortunæ paululū subsidium
defuit. Veteres quippe Macedones tam Philippi quam Alexandri memoria tra=
cti/illi adhæsere cōtinuo. Nec vi solū a finibus obstacula submouere: quinimmo
iure belli captū Arideū cū coniuge ira suadente iussu eius occiderūt. Inde potita
Regno per cædem nobiliū quū bacchareᷓ cruoris auida/vnde securitatem pariter
et stabilitatem regni firmare arbitrabaᷓ/inde ruinam adque exitiū consequuta est.
Nam quū id Cassander antipatri filius & Alexandro olim veneni porrector/cu=
ius in exterminiū totius regiæ prolis Fortuna manus seruabat/beneficiis Eury=
dices plurimū obligat9/audiisset: se ad iteremti regis vindictā venire simulans/cū
exercitu Regnū occupaturus aduenit. Qđ olympias audiens Macedonibus ob
præteritam in eos sæuitiam diffidens/cū Barsane & Roxane nuribus filiisque in
pictuam vrbem tremebūda confugit. Cū qua protectę sūt Eacidę Regis filia Dei
damia & Thessalōica priuigna/alięque plurimæ matronę spectabiles/mœnibus
quam armis arbitratę tutius seruare salutem: Quas postquam Cassander longa ob
sidione coercuit: Olympias pacta libertate victoris cum reliquo muliebri cœtu in
ditionem se tradidit. Cassander aūt aliis dimissis/fide fraudata Olympiadem sub
ornatis adfinibus interfectorū ab ea vt ad suppliciū posceretᷓ induxit. Hinc ad eā
occidendam vbi detinebaᷓ quum venissent armati carnifices: regalibus induta ac
duabus ancillis innixa nulla ī parte perterrita vltro illis processit obuia. Quā quū
venientem percussores viderent: seu dignitate pristinę eius maiestatis perterriti/
seu nominibus Regū adfiniū pauefacti/non audentes Imperatū facinus/substite
re: donec a Cassandro alii mittereᷓ. Quorū irruentiū gladios ipsa non refugit.
Nec ante vulnera/nec etiam manante ex vulneribus sanguine/muliebriter excla
mauit. Aut pro salute sua seu mora aliquātula satellitibus p̄ces effudit. Set genero
sum in se veteris prosapiæ aīm colligens/virorū fortiū more tacens/crinibus ve=
stimentisque cōpositis/ne quid cadentis indecorū videreᷓ/feriētiū pertulit ictus.
In hoc se tam strenui tamque magnifici Imperatoris matrem confessa. Et effuso
sanguine prolabēs non aliter quam si vicisset: expirauit infœlix. Nil meo iudicio

Marginal notes:
Aride9 Alexandro succ=
Arideus et eurydice iussu olympiadis intereiere.
Olympias cassandrum verita in pi=ctuā aufu=git.
Olympias Cassandro sese dedit.
olympiadis maiestas.
Olympiadis animus in expectāda morte fortissimus.
Olympia=dis cædes.

pulcrius quam eo vultu ac animo quo labilem vitam impauidi ducimus fatum ineuitabile si sumamus. Nam etsi multum laudis ob salutem cum honestate seruatam lucremur: longe plus gloriæ si via sublata sit morti prompto animo occurrentes meremur. Nec indigne Nam vti crebros mortis casus adspicimus/ sic ad eam honeste sumendam alacres ire rarissimos. Si quis venientes pauidus forsan euaserit: non morti ius subripuisse set famam quam fortiter moriendo quęsiisset misere perdidisse se credat. Sciens vti infœliciter morientium luenda mors est: sic & eorum semper vita quæ cum ignominia seruatur ingemiscenda.

Prestat honestã mortẽ subire quã indecorem vitã agere.

DE Agathocle SICVLORVM REGE.

NON SOLVM CIRCA CELSOS exercet Fortuna vires. Quinimmo persępe iocari auida/ vento ex humili fimo tritas in altũ paleas tollẽs in amplissimas nubes & fere mõstruosas conuertit. Eis nonnunquam rutilum soleꝫ contegens/ et terris tonitrua minitãs/ satiataque ludo quod/ extulerat solués diffundit in pluuiam. Qua nescio vtrum dicam. An teretes lauari vias/ an fœtidas repleri cloacas. Quod/ si pauxillum miseriis macedonicis indulgeamus: & in Agathoclem siculum intuebimur: liquido adparebit. Is siculi cuiusdam figuli filius non clariorem adulescentiam egit: quam sua fuerit origo.. Nam quum formosissimus esset Et inops indignam patriam officinam vt opportuna vitę perquireret turpissimo quæstui inhonestorum hominum stupra patiendo pueritiam suam ditauit. Puber factus ad explendam mulierum libidinem se conuertit. Et sic in omne lasciuiæ genus famosissimus non tantum apud siculos verum: etiam apud exteras nationes euasit. Quibus insignis notis iam robustior Syracusas veniens gregariam adgressus militiam est. Et qui eousque effœminatus fuerat: adeo ad facinora omnia promtum se exhibuit/ vt quuꝫ ore facundus esset/ Centuriam adsequutus facile admilitarem etiam tribunatum conscenderet. Hinc Damascone duce mortuo/ instante Syracusanis ætneo bello/ loco eius suffectus est. Et ob ingentia circa id bellum gesta actũ ẽ vt Damasconis quodã ditissimam coniugem/ quam adulterio ante cognouerat/ in matrimonium duceret. Et sic ex figulo Dux/ & ex inope Diues effectus est. Adtamen quod sibi permagnum Pauloante fuisset/ paruum ratus: dum in ampliora ardesceret: in patriam Pyraticam ingratus exercuit. Bisque totis viribus Dominium conatus eiusdem occupare / toties in exilium actus excessit nouissime. Tandem dum apud Marguntiam bellis aduersum Syracusanos laborantem exilium ageret: in Syracusanorum odium primo prætor / deinde a Marguntinis Dux belli factus est. In quo capta Leontinorum ciuitate Syracusas obsedit. Amilcharemque pœnum Ducẽ a Syracusanis subsidio adcitũ promissionibus maximis non solum sibi conciliauit: Set in occultam societatem contraxit. Eiusque opera factum est ne

Agathoclis gen⁹ humillimum.

Sordidissim⁹ agathoclis questus

Successus Agathoclis

Agathocli nubit Damasconis vxor.

Agathocles exulat

Syracusas obsidens Amilcharẽ sibi cõciliat.

tantum Agathocli pax Syracusanorum daretur: adque reuocaretur ab exilio: Set eorum pretor etiam diceretur. Inde Amilcharis amici subsidio/obsesso per fraudem in gymnasio omni Syracusano senatu primores plæbis immani sæuitia trucidari iussit. Post hæc passim diuites quoscumque ciuitatis occupat: & bona cuncta vertit in prædam. Nec mora. Grandi conscripto exercitu ciuitates sociorum incautas subicit. Quæ res Deplorata in Carthaginiensium senatu a legatis eorum/ vt occulte damnaretur Amilchar/operata est. Qui morte præreptus ante patefactam damnationem Agathocli aduersus Carthaginienses arma mouendi causam liquit. Sane ingentis animi vir amplissimis ciuitatum spoliis adque Imperio prægrandi elatus/titulum abhorrens Tyranni/ & vt in clariorem lucem nomen suum extolleret: ex impuro iuuene regiis decoratus notis/sese Regem dixit. Iussitque vt sic a cæteris diceretur. Nec defuerunt quæ formidabilem facerent: & maiestatē Regiam augerent. Verum dum celsū conscendisset solium sublimis apicis/verticis apicem/Fortuna celsa ferire solita/paululum mutare visa est. Nam quū aduersus eum Amilchar Gisgonis filius ex Aphrica duxisset exercitum: bis obuius cum copiis factus/bis ab hoste fusus est. Coactusque secundo turpi fuga Syracusas repetere. In quibus (quod ignominiosius visum est) iam ab omnibus sociis Fortunam sequentibus derelictus/a pœnis obsessus est. Adeoque coactus vt de salute quam de Regno potius cogitaret. Actumque de eo erat: ni se dum viribus imparem cerneret: in temerarium set opportunum vertisset consilium. Ocyter quippe Syracusis pro qualitate temporis rebus compositis/ exercitum traiecit in Aphricam. Secum Arregathum & Heraclidam adultos iam filios trahens. Iniectoque repente improuisis Pœnis metu/ Hannonem Carthaginiensem traxit in prælium. Quo superato ad quintum a Carthagine lapidem deduxit exercitum. Ibi dum staret: ciuitates a Pœnis deficere/ societatem iungere/commeatus mittere/& vires augere plurimum: Præterea & in Sicilia ab Antandro fratre cum Imperatore Pœnorum omnis deletus exercitus. Et sic se rebus habentibus redintegrato fulgore Regio Offellas Cyrenarum Rex per legatos Agathocli se iungit. Et cum ingenti militum copia euestigio sociatur. O inexplebilis amplificandi Regni cupido. Nulla tibi Lex: nulla Fides: nulla Pietas est. Fas putas omne quod lubet Nec indulges crimini dum prestetur peccandi facultas. Hunc quem nuper adsumserat in belli socium Agathocles/quum adoptasset filium in vinculum charitatis/ vt eius occuparet exercitum per fraudem interemit incautum. Et quum tertio Carthaginienses cruenta superasset pugna: Adeo eorum perculerat animos: vt ni seditio in eius castris fuisset exorta/adpareret facile Bomilcharem cum omni Pœnorum robore transiturum. Hinc Agathocles copiis Agatarcho traditis in Siciliam proficiscitur: Et nouas Pœnorum legiones post morteȝ Amilcharis Gisgonis transmissas ab obsidione Syracusarū remouit. Ex quo oē Siciliē nactus Imperiū vi abeūtē retraxisse Fortunā se ōndit. Sȝ q̄d refert tam lubricum inuitum velle tenere monstrū: qđ quāto magis stringit/tāto facilius stringētis vincula vacuāt? Agathocles aūt maiora sperans/quo omne bellū verterat/in Aphricam rediēs/sedato verbis

Reuocatur ab exilio.

Agathoclis crudelitas.

Amilchar gisgonis filius agathoclem bello victum obsidet.

Agathocles i aphricam transmittit exercitum.

Agathocles offellam regem cœnæ adhibitum obtruncat.

Agatarch' Agathoclis filius.

militari tumultu/in aciem copias eduxit castra hostium oppressurus. Apud quæ dum minus caute pugnam init: maxima suorum parte cæsa erumpentibus hostibus in sua victus fugere coactus est. In quibus dum strepentes in se milites audiret: nocte concubia cum Agatarcho filio tacite exiens fugam cepit. Verum Agatarcho ab insequentibus capto & in castra retracto/ipse fugitiuus & fere solus abiit syracusas. Nec mora/facta cum Carthaginiési bus pactione/occisis Agathoclis filiis/exercitus omnis in eorum ditionem transiuit. Agathocles vero hac clade perculsus cum pœnis æquispactionibus pacem init. Vídensque in Aphros se nil posse/in Italos experiri vires disposuit. Copiasque traiecit in brutios. Ibi aũt quum nil obtinuisset/adueniente rerum termino/repentino ac pestilenti morbo correptus est. A quo etsi plurimum vexabatur: nouis tamen superuenientibus et minime opinatis rebus longe acrius anxiatus est. Nam inter filium & nepotem ex filio/non aliter quam si mortuus esset: de successione bellum audiuit exortum. Ex quo satis aduertere potuisse absque bello frustra Syracusas vlterius petiturum. Et potissimum quum occiso filio nepotem Regnum omne occupasse sensisset. Grandis erat profecto consternatio talis: & quæ Fortunę odia satiare debuerat. Vídere se adultis orbatum filiis exulem/absque regno Regem senem/& apud hostes insuper ęgrotantem. Ea quidem quę per multos gradus ab officina fictiliũ in regiũ thronũ deuexerat/passa nõ est pcipitio vnico decidisse in íferos a solio Agathoclé. Nã etsi per prupta in decliuũ saltus coegerat plures agere: alios tamen nondũ satiata seruabat. Languenti igit his superadditis curis exadgerata ęgritudo est. Adeo vt post longum infirmitatis tędium mortem ineuitabilem illi terminũ fore cognosceret. Ex quo cura acrior cæteris supaddita est. Erant illi Theogena dilectissima coniũx/& paruuli duo/quos ex illa susceperat: Quibus oculatus homo dum post excessum suũ morté aut carceres aut seruitutes instare cerneret: In tm̃ compati cœpit: vt vltra morbi adcidentia torqueret: adeo: vt illi viscera viderent excerpi. Tandem inualescente valetudine mala ne quod hariolabatur contingeret/in durum & intolerabile sano consilium versus est. Lachrymans quidé coniugi iussit vt sumto oi regio adparatu/quo nemo ea tépesta te fuit splédidior/pscensa naui cũ filiis/ne Imperantis essent ludibrium/se relicto in ægyptum vnde illa venerat/remearet. O asperum mulieri verbum. Virum exulem ægrotantemque relinquere iuberi. Et adhuc eo spirante se viduam audire. Et quos regnaturos pepererat filios exules asportari. Nec illis ex Regno aliud quam ornamenta Regia reseruari. Suffecit tamen animus mulieris. Et dum hinc adfectio retrahit: Inde suadet ratio: instante opportunitate & coacta infirmantis Imperio vix ab amplexibus eius discerpta cum prole miserabiliter deflens recessit. Quas hic lachrymas/quas querelas/quas amaritudines/ tam Regis derelicti/ quam vxoris non sponte relinquentis & filiorum interuenisse credendum est: Adponantur contra regni fœlicitas/Imperii gloria/victoriarum decus/ diuitiarũ voluptas/& qđ magis est pcupiscibile regibus: Cui dubiũ quin oĩs fulgor nõ dicã ab oibus sʒ a miseriarũ minia obfuscet: Rex aũt vndiq̃ miser & anxius inualescéte morbi peste cõsumtus occubuit. Et quasi nõ fuisset/relicto noie fere reso-

Agatarchꝰ ab archesilao cũ fratribus occidit.

Agathoclis fuga.

Dissidium inter filiũ & nepotem Agathoclis

Agatoclis morbus.

Miserabilis theogenę ab Agathocle viro digressus.

lutus euanuit. Quis non dicat ambiguum cernere/ fuerit ne humilior introitus vitę/ an ex eadem tristior exitus Agathoclis?

ℂ Plurimus TRISTIVM Concursus.



FLEBILI AGATHOCLIS fine in reliquias magni Alexandri fereve lim nolim tractus adcedo. Tumultus enim erat ingens taꝫ virorū clamātium/quam vlulantium mulierum. Et ante alios occurrere oculis Barsane & Roxane. Quæ abiecto omni cultu regio scissili semitectę palliastro/quasi ex Alexandri inclyti orbis victoris se vlnis distractas in obsidionem primū/ demū in carcerem a Cassandro antipatri iniectas aiebant. Filiosque ex Rege tam claro conceptos/ vna secū ab eodem totius Regiæ prolis interfectore miserrime cęsos. Erat & Thessalonice Aridei Regis filia incusati Cassandri dudum coniunx/fœmineo deflens ritu se paruo temporis tractu Cassandro viro & Philippo filio orbatam/& post hoc ab antipatro filiorū altero nil valētibus precibus aut lachrymis scelestissime interemptā. Nec aberat Alexāder alius ex eadē & Cassandro genitus se deceptū querēs/& per insidias a Demetrio Rege Asię trucidatū. Sic & Antigonus eiusdem frater a Lysimacho socero se necatū clamabat. Et eurydiceꝫ coniugē carcere mancipatā. Et hinc Demetrius proximius adflictans se aiebat Antigonum patrē nō solū a Seleucho ꝓlio fusū: sed occisū. Seque post multa insignia facinora quū honeste mori posset/fallaci spe tractum turpissime eiusdē sumsisse catenas. Erant præterea Peucestes Babylonia priuatus a Seleucho/& Amynthas qui Bactrianis præerat ab eodem victus fugatusque dolentes. Nec minus indię prefecti Macedones/varios ostēdentes ictus se ab Sandrocho hoie humillima ex ꝓgenie sato/tā lęto tñ omine quā virtute mirabili Rege facto/cęsos q̄rebant. Post quos et ipse Seleuchus plorans dicebat non sibi dei annulum non ex vtero matris in femore anchorā tractā/nō insignē militiā post Alexandrū actā/nō sumtū Regiū decus/non peragratā secūdo indiā/nō victorias multiplices/quin Ptolemęi cui cognomēto Euergetes/insidiis caperet/ꝓficere potuisse. Aut auferre q̄n senex & vltimus ex Alexādri ꝓncipib⁹ necaret. Quis aduenientiū oīꝫ queat gemitus & miserias explicare? Quę etsi satis aīo meo insitā pietatē mouerūt: Arsinoe tñ Lysimachi quōdā vxor nō solū suis lamētatiōib⁹ illā mouere potuit: verūetiā fere lachrymas excerpsit. Hęc aureā Cęsariē distractā manib⁹ & decorā faciē vnguib⁹ infestis rigatā cōscissa ad q̄ turpissima veste fletu abūdantissimo humectās ora/pectusq̄ pugnis tūdens anxiū/tristi voce viduitatē suā/frīs matrimoniū/natorū cędē & suū lamētabat exiliū. Quę vt sic aliis ꝓut mihi pietatē iniciāt/explicare mēs est.

Barsane. Roxane. Thessalonice a filio interemta. Alexander Antigonus. Demetrius Peucestes. Amynthas Sandroch⁹ qui et Sandrocottus. Ptolemęus Euergetes.

ℂ De Arsinoe Macedonum Regina.



PTolemęus lagi gregarii militis fili⁹/sua virtute nō solū prīs hūilitatem excessit: sꝫ ex pricipib⁹ Alexādri magni factus/& post mortē eius ęgypti Rex: Ptolemęis in tā amplū euasuris splendorē/dedit initiū. Qui etsi plures/inter alios tres tñ habuit liberos Ptolemęū vcꝫ Ceraunum natu maiorē/et Ptolemęū Philadelphū/& Arsinoē filiā. Quā iuuēculā Lysimacho Macedonię Regi dedit vxorē. Et adhuc iuuenis ꝯtra ius gētiū Philadelphū Alexādriorū Regē ꝯstituit. Qua idignatōe ceraun⁹ i macedoniā veniēs q̄si exul cū Lysimacho rege

Arsinoes ꝓgenitores

lutus euanuit. Quis non dicat ambiguum cernere/ fuerit ne humilior introi-tus vitę/ an ex eadem tristior exitus Agathoclis?


Plurimus TRISTIVM Concursus.



FLEBILI AGATHOCLIS fine in reliquias magni Alexandri fere velim nolim tractus adcedo. Tumultus enim erat ingens taꝫ virorũ clamãtium/quam vlulantium mulierum. Et ante alios occurrere oculis Barsane & Roxane. Quæ abiecto omni cultu regio scissili semitectę palliastro/quasi ex Alexandri inclyti orbis victoris se vlnis distractas in obsidionem primũ/ demũ in carcerem a Cassandro antipatri iniectas aiebant. Filiosque ex Rege tam claro conceptos/ vna secũ ab eodem totius Regiæ prolis interfectore miserrime cęsos. Erat & Thessalonice Aridei Regis filia incusati Cassandri dudum coniunx/ fœmineo deflens ritu se paruo temporis tractu Cassandro viro & Philippo filio orbatam/& post hoc ab antipatro filiorũ altero nil valẽtibus precibus aut lachrymis scelestissime interemtã. Nec aberat Alexãder alius ex eadẽ & Cassandro genitus se deceptũ querẽs/& per insidias a Demetrio Rege Asię trucidatũ. Sic & Antigonus eiusdem frater a Lysimacho socero se necatũ clamabat. Et eurydiceꝫ coniugẽ carcere mancipatã. Et hinc Demetrius proximius adflictans se aiebat Antigonum patrẽ nõ solũ a Seleucho ꝓlio fusũ: sed occisũ. Seque post multa insignia facinora quũ honeste mori posset/ fallaci spe tractum turpissime eiusdẽ sumsisse catenas. Erant præterea Peucestes Babylonia priuatus a Seleucho/& Amynthas qui Bactrianis præerat ab eodem victus fugatusque dolentes. Nec minus indię pręfecti Macedones/ varios ostẽdentes ictus se ab Sandrocho hoie humillima ex ꝓgenie sato/ tã lęto tñ omine quã virtute mirabili Rege facto/ cęsos q̃rebanẽ. Post quos et ipse Seleuchus plorans dicebat non sibi dei annulum non ex vtero matris in femore anchorã tractã/ nõ insignẽ militiã post Alexandrũ actã/ nõ sumtũ Regiũ decus/ non peragratã secũdo indiã/ nõ victorias multiplices/ quin Ptolemęi cui cognomẽto Euergetes/ insidiis caperẽ/ ꝓficere potuisse. Aut auferre qn senex & vltimus ex Alexãdri ꝑncipib⁹ necarẽ. Quis adueniẽtiũ oĩꝫ queat gemitus & miserias explicare? Quę etsi satis aĩo meo insitã pietatẽ mouerũt: Arsinoe tñ Lysimachi quõdã vxor nõ solũ suis lamẽtatiõib⁹ illã mouere potuit: verũetiã fere lachrymas excerpsit. Hęc aureã Cęsariẽ distractã manib⁹ & decorã faciẽ vnguib⁹ ĩfestis rigatã cõscissa ad q̃ turpissima veste fletu abũdantissimo humectãs ora/ pectusq̃ pugnis tũdens anxiũ/ tristi voce viduitatẽ suã/ frĩs matrimoniũ/ natorũ cędẽ & suũ lamẽtabaẽ exiliũ. Quę vt sic aliis ꝓut mihi pietatẽ iniiciãt/ explicare mẽs est.

Barsane. Roxane. Thessalonice a filio interemta. Alexander Antigonus. Demetrius Peucestes. Amynthas Sandroch⁹ qui et Sandrocottus. Ptolemęus Euergetes.

De Arsinoe Macedonum Regina.



Tolemęus lagi gregarii militis fili⁹/ sua virtute nõ solũ prĩs hũilitatem excessit: sꝫ ex pricipib⁹ Alexãdri magni factus/& post mortẽ eius ęgypti Rex: Prolemęis in tã amplũ euasuris splendorẽ/ dedit initiũ. Qui etsi plures/ inter alios tres tñ habuit liberos Ptolemęũ vcꝫ Ceraunum natu maiorẽ/ et Prolemęũ Philadelphũ/& Arsinoẽ filiã. Quã iuuẽculã Lysimacho Macedonię Regi dedit vxorẽ. Et adhuc iuuenis ꝯtra ius gẽtiũ Philadelphũ Alexãdriorũ Regẽ ꝯstituit. Qua idignatõe ceraun⁹ i macedoniã veniẽs q̃si exul cũ Lysimacho rege

Arsinoes ꝓgenitores

dum viueret moratus est. Arsinoe igit tam patre quam viro et fratribus Regibus ac reginali fulgore suo conspicua: quantũ a Fortuna sublimata est: tm̃ & a Natura rerũ etiã consolata. Nam qđ summũ mulierũ & præsertim fœliciũ desyderiũ est: ex Lysimacho viro Lysimachũ & Philippũ filios lętabũda suscepit. Tanta pulcritudine adq̃ adfabilitate conspicuos/ vt p̃ter originis insigne in se Macedonũ oĩũ aios oculosque conuerterent: tanta cũ matris voluptate & gloria/ vt si nil aliud præter hos sibi Fortuna liquisset: Iudicio suo fœlicissima videret. Et qđ plurimũ lętitiæ superaddebat variis casibus demtis reliquis Lysimachi filiis in spẽ Regni crescere illos arbitrabat. Sȝ longe aliter ineuitabile fere fatũ parauerat. Nam vt iaȝ diximus quũ agẽte seditione nefaria adsiduis certaminibus Macedones p̃ceres in se arma vertissent: orto inter Seleuchũ Syrię Regẽ & Lysimachũ bello cupiditate dominii amplioris: & senio pares essent adque animositate sup̃mę tot illustriũ Alexandri cõmilitonũ reliquię: collatis signis in aciem descensũ est. In qua nõ solum ad miseriarũ cumulũ quindecim natorũ variis cæsorum casibus/ strages exercitus Lysimachi superaddita est: set & ipse trucidatus. Et quod superstitibus filiis debebat esse subsidio Regnum/ ab Antigono inuasore eisdem sublatũ est. Qua ex clade Arsinoe nuper Regina vidua priuata adque exul in Cassandram munitissimam vrbem & Antigoni Imperium adspernantem cum prole gemina pro salute secessit. Ex hac malorũ suorum radice supremi exitii palmes exortus est. Ceraunus quidem per commodum sumtis aduersus Antigonum armis illum Macedonia expulit: seque quum iam Regem dixisset ex exule: Cassandrę vrbis cupidus ne Regni ęmulos haberet Lysimachi filios/ nepotum sanguinis effectus auidus est. Cui desyderio quum vires operam dare non posse cognosceret: ad ingeniuȝ versus/ gratulari primo sorori de victoria/ se non sibi set nepotibus dum per ętatem possent/ quæsiisse Regnum/ eos potius filios quam nepotes habere/ se illam si luberet coniugem regnique consortem optare/ Deos omnes adiurare/ testes inducere inuocare/ se illam Reginam filios etiam reges coronare/ cuncta communi consilio & arbitrio regere. Mulier primo insidias & scelestum hominem magis filiis quam sibi timere. Inde vires & audaciam furoremque postremo molliri blanditiis/ fidemque verbis pręstare/ suadere sibi illum etsi homines Deos saltem iuratos non esse decepturũ/ & talibus tracta consiliis quasi quod morte Lysimachi perdiderat decus regni fratris nuptiis receptura in connubium venit. Celebrantur ingenti lętitia & magnifico sumtu nuptię. Vocatur in concionem exercitus. Eoque teste Macedonici Regni a viro Arsinoe diademate insignit. Quæ in lætitiaȝ effusa vltro iam capta dolis in Cassandram virum inuitat. Et prægressa ornari templa aulas domos vias omnes & publica loca iubet. Aras ac hostias ad sacra peragenda disponi/ festumque diem ac lætum parari coniugis aduentu mandat. Hinc eo iam propinquante Lysimachum decimum & sextum annum & Philippum tredecimũ agẽtes coronatos illi occurrere: ac eũ gratulanter suscipere Impat. Quos ille fraudũ faber optimus ficto vultu cupide ãplexatus i osculis diu fatigauit. Verũ vbi portã vrbis cũ stipatorib⁹ igress⁹ ẽ: Illico arcẽ capi & pueros iubet occidi. Qui tã sæuo iussu p̃culsi quũ matris in gremiũ confugissent: percussoribus

Lysimach⁹ et philipp⁹ lysimachi et Arsinoes filii.

Seleuchus

Lysimach⁹ cũ quidecĩ filiis cęditur

Antigonus

Ptolemęus Ceraunus.

Arsinoe fratri Ptolemęo nubit.

Lysimachi et philippi ętas.

superuenientibus ea flens/ ac fœmineo vlulatu cūcta complens/ et frustra iuratos a fratre Deos fidemque eius poscens/ ac pro viribus manus satellitū gladiosque retinens/ & sępius natorum corpora nunc veste regia nūc corpore toto ab ictibus protegens/ seque pro his tamquam noxia vulneribus offerens eos inter serta & purpuras sæuissime trucidari videre potuit. Et quū iā ꝓditor vrbē occupasset: & festū oē versū eēt i luctū: nō facta sorori copia celebrādi filiorū funꝰ. Quin potiꝰ Exuta regalibꝰ & squalida scissa tristiq̄ semitecta veste/ purpureo sāguine filiorū respsa duabus tm̄ ācillis sociata extra vrbē lugubris clamāsque passo crine vultuq̄ fœdo cerauni Imperio distracta/ & inde in Samothraciam in exiliū deducta est. Ibi ex Regina paupercula facta mulier/ nunc splendorem patriū/ nūc magnificentiam Lysimachi viri/ nunc formositatem filiorum & ætatis florem : quibus ipsa iamdudū fœlix extiterat. Et inde Lysimachi casū/ regni perditionē/ fratris fraudē adque sæuitiam/ vulnera mortemque trucem filiorū memorans/ seque ex Regina Plębeiam deiectā & calamitatibus plenā exulem cernens: in querelis lachrymis & mœrore continuo deuoluta vixit: quamdiu potuere fœmineę vires tam sæuum tolerare dolorem.

Ptolomęi cerauni in arsinoen sororem & Lysimachū philippūq̄ nepotes indigna rege sęuitia

ℭ FLENTES PLVRIMI.

FATVM ARSINOES miserabile pio adhuc intuebar animo: et fratris indignū facinus execrabar: Quū & ipse veniens in meam (vt spero) cōsolationem missus ab inferis/ se non debitas set quas exegit Fortuna scelerū suorū/ fractis gemitu vocibus/ pendisse pœnas ostendens. Nam recenti nepotum cęde elati nimiū existimantisque eadem perfidia bella confici/ qua fraudes texebanť: vilipenso qđ aduersus veniētes Gallos a Dardaniis offerebať auxilio: eorumque spreta legatione/ primo exercituū concursu ab eisdem non solū ꝓstratus exercitus victusque est: set & ipse circūuentus & plurimis ꝑfossus ē vulneribus. Emissoq̄ cū sanguine nefario spiritu/ ab hostibus caput eius insanū abscissū/ in victorię signum per omnem aciem eorum palo sublimatum delatum est. Modicum quippe meo iudicio. Naʒ tam infandus tam sceleratus homo per cruciatus omēs in extremam mortem ducendus erat. Post hunc & Belgius Gallorum regulus a Sosthene victus fugatusq̄ querebať. Querebať & Sosthenes se primo fœlicitatis suæ fulgore deiectum a Brenno. Sic & Brennus multiplices vario terrarū tractu victorias memorans postremo in oppugnatione Delphici Apollinis in tantū susceptorum vulnerū dolorem deductum seut sua in se sęuiret manu deflebat. Eiusdēque factionis Thessalonus & Eurydamus duces perditis exercitibus infortunium lachrymabantur suū. Ab his tamen paululū semotus adparebat Pyrrhus Epyrotarum Rex. Cuius adspectū inspiciens & eius denotans verba/ vix satis compręhendere potui/ lętior ne foret victoriis adeptis an tristior susceptis infortuniis. Quapropter vt in aliorum ponam iudicio quam breuissime permistos eius splendores caliginesque describam.

Ptolomęꝰ a Gallis ignominiose cęsus.

Sosthenes Macedonū rex.

Belgiꝰ Gallorū regulꝰ. Brennꝰ sibi manū itulit

ℭ DE PyRRHO EPyROTARVM REGE.

PyRRHVS æacidę patris mortui facinore infantulus/a suis in mortem quæsitus/amici opa subtractus/& in Illyrios delatus/Beroe Glauci Regis Illyriorū coniugi(eo qđ & ipsa ex ęacidarū genere foret)nutriēdus seruandusque exhibitus est. Cuius infantiæ tanta fuit humanę benignitatis indoles/vt ad se diligendū adeo Glaucū traheret/vt non tm̄ solerti cura illū a Cassandro Macedoniæ Rege sub belli denuntiatione poscente seruaret. Verū & adoptaret in filium. Hinc Epyrotæ moti odio in misericordiam verso quū iam vndecimum ætatis ageret annū:a Glauco tamquam suū Regem supplices postularūt. Reductūque in regnū patriū diligenti custodia ad ætatem puberem perduxere:in qua regiis insignitus/tot & tam egregia gessit:vt spem maximam diligentibus & hostibus de se timorem incuteret. His igit̄ sic se habentibus a Tarētinis bello aduersus Romanos laborantibus comparatis viribus iterata legatione vocatus adcessit. Nec minori spe quam dudum patruus Alexander regni Italici potiūdi tractus copiis apud Heracleā urbem deductis cum Leuinio Romano consule certamen iniit. Elephantūque munere victoriam/set cruentam/obtinuit:ob quam ad eū euestigio Romanorū sociorū ciuitates declinauere quamplurimæ. Et a siculis intestino bello ob Agathoclis mortem sese lacerantibus in Regeȝ adcitus/in tam splendidaȝ gloriam effulsit/vt facile a plurimis eum futurū Alexandrū magnum alterū crederet. Verū vrgentibus Romanis dū aduersus curiuȝ adque fabritium apud Asculū appuliæ opidum collatis signis descendisset in aciem:seque iam victorem crederet:turbatis beluarū auxiliis/e manibus illi victoria sublata. Humeroque saucius equo descendere coactus est/quod illi fere clades permagna fuit. Nam qđ posse subsistere hostibus animorū auxit:suo ipetui obsisti posse detraxit. Tādē Locris Alexādro filio relicto/firmatisq̄ præsidio sociorū ciuitatib⁹ cū copiis traiecit in siculos. Ad quem quū deficerent ciuitates/ Rexque diceretur Siciliæ/reuocata spe multi ssecundis certaminibus pœnorū vires adtriuit:quamuis irritauerit animos. Cumque Heleno filio quē ex Agathoclis olim siciliæ Regis filia susceperat/siculū Regnum tamquam auitum concessisset:a Tarentinis ex insperato adfuere legati aientes ni confestiȝ ferret subsidiū:Tarentinos in ditionē Romanorū ituros. Qui cernēs hic iratos Carthaginienses instare. Inde Romanos in bella prouocatos vrgere:in ambiguo positus/ante alia rem bellicam Quamocyssime instante opportunitate apud siculos peragere ratus est. Adtamen a carthaginiensibus victus/existimans si festinus Tarentinis adesset/cūcta in posterū instaurari posse:non aliter quam fugitiuus cū quibus potuit copiis in Italiaȝ veniēs tertio Tarētinis in campis aduersus curiū & fabritiū certamē adripuit. In quo victus adque fugatus est. Et spes omnis fere sublata. Inde quū audisset ob suam profectionem fugæ similem ad hostes omnem fere siciliam defecisse: animo fractus post quintū annum sumtæ expeditionis Italicæ sub profectionis figmento i Epyrum vacuus se recepit. Et sic dum illi duo regna eodem tempore Fortuna se daturam ostenderet: Ambo in instāti exitu inopinato subripuit. Qui tot perditis laboribus tanta spe lusus Nondū satis monitus minime Fortūæ credendū/ Nec se ei⁹ quantum quis possit effugere manibus committendū quum primū Epyrū adpu-

Pyrrhi infātis discrimia

Aduēt⁹ pyrrhi i Italiā.

Valerius Leuinius cōsul

Curius & fabritius consules.

lit: Antigono Macedoniæ Regi qui sibi supplementa negauerat: bellū mouit. Et Macedoniæ fines inuasit. Victoque Antigono Regnū eius in ditionē suscepit. Qui quum iam Rex macedoniæ diceretur: septimo ab adsumtione mense a Lysimacho priuatus est. Post hæc Asiam Græciamque se occupaturū omnem sibi sua dens/bellum Spartanis indixit. Dumq̄ impetū in Lacedęmona direxisset: pugna mulierū magis quam virorum virtute superatus/ Ptolemęum filiū ingentis virtutis iuuenem Et robustissimam sui exercitus partem perdidit. Tuꝫ in Argos/ eo qđ illo Antigonus refugisset: relictis spartanis bellū flexit. Quos dū expugnare conaref: ictu saxi conficit. Eiusq̄ caput i solatiū Antigono deportaf. Et sic q̄ mltis grādi animo ausis/ multis fœliciter gestis/ ad occidentale primo/ inde ad orietale Imperium adspirarat: nil quæsitum aut retentum possidens lapidis ictu subcubuit vno. Et quod turpissimum victori regum extitit: spartanis mulieribus impellentibus cessit.

Pyrrhus a lysimacho et spartanis debellatus.

Pyrrhus saxo ictus concidit.

Pyrrh⁹ mulierū spartanarum magnanimitate archidamia quidē auctore superatus.

ARSINOE Cyrenensium REGINA.

GRANDIS AVDACIA Aristotimi Principis. Qua viuētibus Pyrrho et Ptolemęo filiis Pyrrhi Regis & eoruꝫ matre Olympiade ausus Epyrotarum tyrannidem occupare: & Helemari Epyrotę senis robur. Quo iuuenes in immanis Tyranni exitium traxit: me paululum prospectantē tenuere. Set videnti Arsinoen Cyrenarum Reginam pariter feruorem suum & Amasium deplorantem (vt quas pestes iniiciat turpis amor saltem semel adiecerim reliquis) omisso Aristotimo placuit calamū exercere. Hanc ex nepotibus lagi potius arbitror quam legisse meminerim. Quæ agę Cyrenarum Regis coniunx ex eo filiam vnicam Beronicen peperit. Quam moriens agas/ vt bella sedarenf regni/ Ptolemęi Regis ęgypti fratris sui filio testamento reliquit vxorem. Quod ęgre gerens Arsinoe fœminea impulsa rabie ne relictū sortiref effectum/ in nuptias filię Regnumque Cyrensiū demetrium iuuenem Antigoni Regis Macedonię fratrem vocauit. Erat & ipse ex Ptolemęi regis filia procreatus. Qui infausto omine set vento secundo Cyrenas veniens decorus vt erat ab Arsinoe summa comitate suscipit. Demum dum hæc eadem minus sibi cauens dam auidis oculis eius auream Cęsariem/ roseas malas/ aurea crispaque lanugine tectas/ sydereos oculos/ Cinnameum os/ totiusque corporis venustatē & iuuenile robur intueretur: ac melliflua verba/ placidos gestus/ formam/ mores/ genus/ et elegantiam meditaretur: Igne cęco carpitur. Magisque quam socrum deceat amare ac adpetere/ secumque secreta meditari/ amplexus metiri/ suauia vellicare/ seipsam/ quod illuꝫ filię dederit/ damnare incipit. Nec ante destitit quam tota in concupiscentiam generi laberef. Tandem quum flammas impudice cōceptas vlterius tolerare nequiret: vt libidini suę consuleret: noscenti Demetrio ardores suos tremebunda detexit. Et qđ ille longe magis optabat: ab eo supplex precibus impetrauit. Amboque voluptate maxima in amplexus concubitusque mutuos petulantes iuere. Nec ignes concepti iteratis amplexibus decreuere. Quinimmo exrescentibus illis/ pellex facta filię & oblita Regni veteris gloriæ blande lasciuiensque noctes exoptat. Quas dum totas dulcissimis in osculis/ arctis complexibus/ illecebris veneris voluptatibus/ confabu

Aristotim⁹ tyrān⁹ helemati cōsilio trucidatus.

Agas ex arsinoe beronicē sustulit

Demetrii genus.

Demetrii cum socru adulterium

lationibus/oculisque formositate Demetrii pascendis occupata consumit: fœlicitate cæteras orbis Reginas excedere arbitrat. Verum hanc Arsinoes gestientem lætitiam Fortuna cruenta Demetrii cęde conuertit in lachrymas. Demetrius enim Reginę beneuolentia frętus dum eius in amorem versatur totus: negligere Beronicen/familiares Regiæ paruipendere/in regni milites isolentias agere/vnūquēque despicere cœpit. Illi ab eo animos amouere/in filiū Ptolemęi vertere/eius acta conspicere/aduertere & maternū stuprū Beronicen edocere. Quæ commota Illico iuueni minus cauto tetendit insidias. Dumque noctu cum Arsinoe bacchaTetur: armata militum manus iubente Beronice expeditis gladiis in cubiculum tumultuose irruit: ac in semisopitum ceu lasciuiis inuolutum manus infestas iniecit: Beronice pro foribus Imperante vt matri adulterę parceref. O sęua pietas. Vt matri parcatur imperas: Quum morte in aliena optimā eius vitæ partem auferas. O beronice non satis amoris vires experta es. Vidisses etenim matris animam per corpus transfodi Demetrii: Et per eius vulnera omnem matris vitæ suauitatem effundi. Si ergo misereri tātopere curabas: vt primo Mater occideref iussisse debueras. Sed quid? Misella Arsinoe terrefacta impetu dum inter dubios enses ex vlnis suis Demetriū rapi cerneret: consternata mœrore/abiecta nudi corporis verecundia sese gladiorū aciebus opponens/medios in satellites irruens/suo corpore amantis corpus protegere conata est. Nunc hos nunc illos ictus nudis manibus brachiisque aut suscipiens aut pellens/cuncta clamore complens/et plangore per magno satellitum audaciam incusans/inde in se gladios expetens/seque culpabilem & supplicio dignam adserens/illi parcendu3 innocuo/fidem natę implorās/illam aduocans oransque. Set frustra omnia. Percussores quidem eius seruatæ in sinu Demetrium confodere. Quam illi fuisse mentē/quanto dolore repletam existimare possumus? Si feruentissimam dilectionem/si voluptatē plurimam/si eius intensū prospectemus iudicium. Hinc si intueamur miserum cęsūque cadauer tractantem/seque dilectissimi iuuenis cruore fœdantem/formositatem deflentē perditam/vitam sublatam per oscula exquirentem/illum crebro vocantē/lachrymisque corpus & vulnera perfundentem: cui dubiū quin illam in extremum miseriarum omnium videamus obrutam? Sane si opinione sua viuente Demetrio fœlicissima fuit: difficile nūc ea infœliciorem aliquam reperiri. Aduersus quam/etsi hoc satis esset/Beronice patris iudicium quod ipsa aduersabaf/sequuta: nuptias iniit Ptolemęi. Quibus agentibus facile credi potest eam mœrore lachrymisque occubuisse consumtam.

Demetrius in arsinoes complexib9 vxoris iussu cōfoditur

Adtēde qd audeat vis amoris ardentissima.

IN PVLCRITVDINEM & amorem ILLECEBREM.

QVM DEMETRII infortunium video: quam stolide plurimi formositatem cupiant sentio. Quos dum rideo: æque ob nō susceptam gemētes & susceptam artificioso labore colentes floccifacio. Quum vtrūque pariter sit cęcę mentis indicium: optare scilicet quod prodesse non potest. gemere quod obesse. & excolere quod necesse non erat. O quam male sensere tales cum spurina qui/ præcipuum & sui sęculi celebre dec9 oris/vt quibuscumque

Animi cęcutientis indicium.

ineptas concupiscentias auferret:et pudicitię suę testimonium exhiberet:gladio crebris extinxit ictibus. Incertum honestius an discretius egerit homo ille/quod honeste omnium ęqua adprobatione firmatum est. Verum pauci discretionem prospectant. Animaduertit circumspectus adulescens florem illum iuuentutis eximium/si febres/si ęgritudines illi parcerent mille:canę crispęque senectutis pallore casurum:& in taciturnitatem cessurum perpetuam. Et ideo viriliter agens manu sua pellere maluit:seuereque pulsum vsque in extremum impingere sæculum: quam ignobiliter illi parcere vt subriperetur casu alio succumbenti. Et sic quod honeste paucis diebus abstulit:discrete æternitati mandauit. Hac ergo quum decipiantur plurimi & misere irretiantur: sibi præcaueant qui adliciunt oculis/lasciuiunt gestibus/& mente concupiscunt feruida/quorsum se trahi permittant. Nam etsi pudicitia labefactata semel/nulla vnquam resarciri continentia potest:multa tamen amoris infausti pericula imminent:& adsidua infliguntur tormenta. Est etenim mentium lubricarum pestis infanda nescio quo præter ius omne iudicio parata sordescens obstructa adque diligenti seruata custodia summe adpetens/initio incautorum mentes adeo dulci suasione complectens/ vt intranti animus omnis aperiatur facile. Et susceptus repente suis demonstrationibus paruos admodum concupitę rei igniculos in maximum extollat incendium. A quo adeo cordis acies obfuscatur: vt quod honestum opportunumque est:facillime obliuiscatur. Et (quod longe deterius) reliqua quantumcumque enormia adprobentur:processu temporis ni pro votis optata succedant:quis dominator intrauit demonstratur. Adsunt agente cupidine suspiria/anxietates/miserię/lachrymæ/lamentationes/& dolores intolerabiles Illico. Et si detur vt aliquando ab aliquibus blandimentis aut muneribus seu ingeniis virile robur aut fœmineus vincatur pudor:& eo quo cupiebatur peruentum sit: Minimeque repertum quod sperabatur dulcedinis: in fastidium & quandoque in odium facile conuertitur amor. Si placet ex acerbantur incendia/& inusitatę anxietates insurgunt. Præterea instant discrimina/potissimum ne violatæ pudicitiæ custodes insurgant. Ira quorum persępe amantes ambo/nonnunquam alter inermis & nudus tamquam victima cęsus percutientium procubuit ante pedes. Huius igitur pestis qui ingreditur Labyrinthum: aut post longas circumductiones lusus excluditur: aut inani spe tractus circueundo labore conficitur: aut vagus ab insidiis malesanus opprimitur. Videant hæc quæso quibus paruum est vires impendere/substantias consumere/tēpus omne perdere/seque dedecorosę morti subiicere/monitique discant sibi consulere. Etsi impetuosę veneri constantia nequit obsistere: vetita sinant. Et faces noxias in concessis extinguant.

Spurinæ iuuenis hetrusci inter primos formosi facinus quod laudetur dignissimum

Pulcritudinis icommoda.

ℂ LIBER Quartus FINITVR.

Joannis boccacii Certaldensis
DE Casibus ILLVSTRIVM Virorum
LIBER QVINTVS.

DE SELEVCHO & ANTIOCHO.


VM POST ARSINOES MISERIAS/NOVAS VIRES aliquo fabricarem ocio: immisti maximę miserorũ catervę Seleuchus & Antiochus olim Asię Syrięque Reges/infortunia sua flentes & suas adcusantes nequitias/adfuere. Quos ego refocillatus paululum non despexi. Hos ergo sinistro (vt reor) sydere genuit Antiochus Seleuchi primi filius. Cui morienti Seleuchus natu maior iure gentiũ gemino successit in regno. Quorũ thronũ (vt splendori pręsenti immisceret futuræ Caliginis causas) per sanguinem innocui fratris adque novercę conscendit. Naʒ Laodice mater eius/seu quod ab Antiocho viro superinducta sit: seu alia fœminea levitate/ Beronicen Regis ægypti sororem habebat exosam. Quæ defũcto viro orare Regem filiũ/vt illam cũ prole iam ex Antiocho suscepta deleret/incœpit. Cui ipse hinc pius inde sęuus nimis obtemperãs quum comperisset percussoribus missis Beronicẽ aufugisse cũ filio/adque sese recepisse in munitũ opidũ: illud euestigio convocatis copiis cinxit obsidione. Demum Asiaticos omnes & Ptolemęũ fratrem in liberationeʒ eius armari sentiens/non cõfidens viribus fraude quod petebat/obtinuit. Qua misera Beronice capta cũ paruulo filio trucidata est. Ex qua sęuitia inter Seleuchũ adque Ptolemęuʒ iacto belli semine/quũ a Seleucho ad Ptolemęũ omnes vrbes Asię quę in auxiliũ Beronices adsurrexerant/transiissent: satis adparebat nisi Ptolemęũ domesticæ seditiones revocassent in regnum: ad eũ oẽm Asiam defecturã. Quo discedente/ Seleuchus dissentientes vrbes in ditionem redacturus in altũ classem eduxit ingẽtem. Dumque in Asiaticos tenderet: tam grandem maris tempestatẽ perpessus est: vt vix nudus & cum paucissimis sociis naufragus deveniret in littus. O bone DEVS. Quã incognitę viæ tuæ. Quis hanc cladẽ postremũ Seleuchi exterminiũ non putasset? Fractis quidem nauibus/quod integris nequiisset// obtinuit. Eius eniʒ miserti incolę ex hostibus obsequiosi facti sunt Et naufragũ adque inermeʒ Seleuchũ suũ in Regẽ vnanimes suscepere. Set aucta cũ benignitate Fortunæ dementia viri est. Etenĩ Ptolemęo ꝓfestim bellũ intulit. Cum quo infœliciter pugnantis adeo multiplici strage copiæ diminutæ sunt/vt non comitatior pugna discederet: quã pauloante ex naufragio euasisset. Sane dũ bis expertus Fortunę mores tertio casus alios tentaret impensius: euocassetque adiutorem Antiochũ fratrem Regnũ Asię spondens in pręmiũ: a Ptolemęo decem annorũ inducias impetrauit. Antiochus vero regni cupidine/non solum spe ꝓmissi/set residui rapiendi tractus/magna Gallogræcorũ militũ quantitate mercede conducta/ vocatus adueniens/ne saltem promisso fraudarẽ pręmio/quas in Ptolemęũ armauerat copias

Seleuchus et Antioch⁹ fratres.

Beronice Ptolemęi soror auctore Laodice trucidatur.

Seleuchi naufragiũ.

In nimiam regnandi cupidinem.

in Seleuchũ munus negantẽ conuertit. O sęua regni cupido. Quos vnus genuerat pater et mater pepererat vna in proprium armas excidium. Et loco mutuæ charitatis dira exasperas odia. Et qui in exteros suum fusum sanguinem vindicare debuerant: vt effusores ipsi sint et effuso gaudeant malesuada cogis amentes. Set quid tandem? Non renuit seleuchus bellum. Quinimo congestis copiis vt tertium Fortunę vulnus experiref: Fit obuius fratri. Et infœlici omine manus cõserit. Et facta suorum strage ingenti/ ipse miser fuga salutẽ nanciscitur. Nec solũ asiatico quod spoponderat fratri regno hac infausta pugna se priuatũ arbitraf: verum ne subripiatur reliquũ: argumentis omnibus fatigatur. Adtamen aliquo potius infortunio quam sua virtute factum est: vt sibi Syria seruaretur. Nam arbitrantes Gallogręci Seleuchum cecidisse et existimantes si victorem Antiochum auferrent de medio: omnem Asiam in prędam suam euestigio venturam coniurantes in gloriosum victoria Antiochum arma verterunt. A quorum execrabili furia non absque difficultate iuuenis auro se redemit: et societate coniuncta ex rege paterni regni populator effectus est. Eumenes vero Bithynię rex alterũ ex fratrib⁹ fugatũ alterũ p̃donẽ factũ audiẽs/ viresq̃ regnorũ mutuis bellis exhaustas/ quasi vacuã possessore Asiã armis ingredif. Et in Antiochũ gallosq̃ adhuc ex Pridiano certamine saucios fessosque cũ exercitu virib⁹ integro iter p̱git Quem aduersus quum Antiochus cum Gallogręcis prędonibus congrederetur: facile supaf. Et oĩs ei⁹ exercit⁹ fũdif. Et sic magna Asię p̱te Eumenes potit⁹. Antiochus fuga saluatus ẽ. Qui nõ ĩ exterũ hostẽ si q̃d adhuc virĩũ superat ĩpetũ vertit. Set quibus potuit auxiliis fultus in fratrem iterato congreditur. Seleuchũ autẽ more veteri non tantum sua fortuna iuuit quantũ Antiochi ĩfortuniũ. Ex quo victor factus illum conuertit in fugam. Qui quum Ptolemęum ægyptium hostẽ inde ĩfestum fratrem et extrauerso Eumenem iam omnia occupantem cerneret: vaga longaque et incerta fatigatus fuga/ ad socerũ suũ Artamenẽ Cappadociæ Regem postremo deuenit. Et susceptus comiter dũ magna animo volueret: se insidiis quęri cognouit a socero. Quibus territus Vęcors pauidusque fugam adripiens/ potius hosti Ptolemęo quaꝫ fratri Seleucho vitam suam credere ausus est. Cęterũ vbi nulla fidei sponsione pręcedente deuenit ad hostem: ab eodem confestim carcere seruari iussus est. Sane duꝫ ęgre ferret tetri loci fastidia: eo deuenit/ vt factus meretriculę/ cuius captiuus inierat gratiam/ supplex/ eius munere e carcere duceretur. Et quam ibidem fugam finierat incertus quonam iter diregeret resumsit. Et dum trepidus & fere solus per deuia & ignota loca salutem quærens discurrit: in latrones incidens ab eisdem occidif. Nec Seleuchi laudabilius fatum eisdem fere diebus occurrit. Nam Asia perdita & variis adflictus rebus ex equo præcipitatus (vt quorum odia semper fuisse videbantur adnexa: fata disiuncta non essent) misere expirauit. Sic igitur qui vno ex vtero in lucem exierunt vno miseriarum conuoluti globo tenebras tam mortis quam infamiæ & infortunii intrauere.

Seleuchus ab Antiocho fratre vincitur.

Gallogręcorum consiliũ

Antioch⁹ ab Eumene profligatur.

Antiochus a seleucho debellatur.

Antiochus ab latronib⁹ opprimitur.

¶ AERVMNOSI PLVRES.

FERE FRATRVM miserias explicauerã:& ecce rumor flentiũ auditus est ingẽs. In quos dũ oculos flecterẽ:añ alios Laudamiã vidi gemẽtẽ/ solam ex æacidarũ Regũ sãguine/ quũ Nereis soror Gelõis Siculi filio nupta supstes esset:se populi icursu añ Dianç aram ad quã ꝓ salute ꝓfugerat trucidatã. Huic Cleomenes Lacedęmonũ Rex comes ibat/ Mœrẽs qđ sui ab ãtigono Macedonię Rege Cæsi sint. Et ipse cuꝫ oĩ familia reliqua a filio Ptolemæi trucidatus. Hic Hiero Syracusanus Rex q̃rebaẗ se fere prius ab Appio Claudio victũ quã descẽdisset ĩ bellũ & suã Romãis armis retrusã supbiã. Sic & Cornelius Asina dolẽs qđ apud Lyparã Insulã ab Annibale seniore punicę classis p̃fecto in colloquiũ fide data vocatus punica neqtia capt⁹ sit:& ĩ vincul' mori coactus. Nec idẽ Annibal aberat. Quinimo gemebundus deflebat/ qđ ĩ agrigẽto obsessus et fere fame absumtus in salutem facta eruptione cessisset vt a duello sylua in naues repente mutata in suum exitium traheretur in mare. Superatusque ab eodem a militibus suis lapidibus cæderetur. Erat & ibi Xantippus Lacedęmonius Dux cuius opera victi Romani qui durissimis verbis Carthaginiensium execrabatur perfidiam. Adserens loco muneris se Lacedęmona repetenteꝫ a victoribus in mare demersum adque necatum. Quem etsi squalido habitu inuicto tamen vultu ab eo victus Attilius sequebatur. Cuius acta in dedecus torpentiũ Illustrium & gloriam egregiorum iuuenum cuiuscumque originis sint recitare lubet.

Laudamia secũdũ aras a milone cęditur.

Cleomenis spartani casus.

Corneli⁹ asina dolo pũico fallitur.

Hierõ syracusanorum rex.

Annibal saxis obruitur.

Xantippi lacedęmonii interitus.

¶ De MARCO Attilio Regulo.

MARCVS ATTILIVS Regulus venerabili semper celebrandus memoria/ origine Plæbeius fuit. Honesta tamen ex familia & alacri paupertate conspicua. Septem enim non amplius illi in popinia Regione terræ fuere iugera. Ex quibus adsidua sua opera victum sibi filiisque quantumcumque tenuem emungebat. Longe maiori cura fidei integritatem reliquasque Virtutes quam agellum excolens. Is quippe instante Romanis omnium superiorũ grauissimo Carthaginiensium bello ob insignem suã constantiam Consul dictus/ cum Manilio socio paratam classem cõscendit. Et ex agricola nauta ac Imperator factus non quidem bellicę rei ignarus primo impetu Lyparam melitamque nobiles Sicilie insulas siculis abstulere. Inde apud Siciliam nauali certamie Amilcharẽ Pœnorum Imperatorem ac Annibalem punicæ classis præfectũ fudere/ nauibus illis fere sublatis omnibus. Demum in Aphricam delati Clipeam vrbem vi armorũ cepere. & opida plurima aut in deditionẽ traxere/ aut deleuere viribus. Postremo quũ Attilio ex Senatus decreto prorogatũ esset Imperiũ resignata classe Manilio p̃da pœnorũ honusta/ sol⁹ ĩ Aphrica remanẽs illã ire Romã ꝑcepit. Quũ igiẗ infestus hostibus victore cũ exercitu ĩtentus ad finẽ bellũ deducere/ Aphricã pagraret:certior factus/ qđ mortuo villico cui Agelli sui ad sustẽtandã piugẽ liberosq̃ curã ꝑmiserat:substitutus mercẽnari⁹ abiisset:nullo tã dignitatis quã victoriarũ elatus splẽdore successorẽ petiit: vt ex ꝑuato posset labore nõ publico ęre eos alere quos genuerat. O p̃clarissimũ sanctæ mẽtis indiciũ. Sũmũ renuebat Imperiũ

Pręclara reguli strategemata.

rie inhonestum filiis cogeretur dare subsidium. Senatus vero eius rē domesticam curans iussit vt sequeretur incœptuз. Verum is inquieta solertia cuncta peragens haud procul Bragada fluuio castra firmauit: Et Serpente miræ magnitudinis interfecto/eiusque i miraculi testioniū Corio Romā trāsmisso Hastrubales duos ingētes duces cū copiis aphrorū maxis īstructisq habuit obuios. Quos acri pugna decertās quū victor fudisset: lōge formidabiliorē ex Sicilia adcersitū habuit obuiū Amilcharē. Quē quū pari Fortūa ꝓstrasset: adeo Carthaginiensium v res adtriuit/ vt ad pacē petendā cogeret pœne subactos. Satis quidē ī sublimē delatus verticē alias ruralibus intētus hō. Nā qui nuper ligões/& rastra nūc manu gestat eburneū Scipionē. Qui greges/nūc cogit exercitus. Et loco boū securibꝰ fascibusque lictores ꝑmittit ornatos/vrbes/classes/igēt: sque duces ꝓprimēs/solitꝰ dissoluere glębas. Quid multa? Iam Phœbi laurea/Iā Iouis aurea vestis/Sonipedes candidi/& deauratus Attilio triūphalis parabaē currus/Iā fere diis supplicatiões decretæ & scandēti Capitolii reserabanē fores: & ecce q̄si ꝑteritorū pœnitēs non solū cūcta Fortūa subripuit: set in ꝯtrariū quoque ꝯuertit. Nā quū Leges hostibus ab Attilio datę īportabiles viderēē: ab eis ad externa auxilia ꝯuersis iter cętera cuз Lacedęmoniis copiis Xātippus susceptus est/quem illico belli ꝯstituere ducem. Hic aūt ꝯserto ꝑlio mutata cū duce Fortuna Non solū maxima cū Romanorum clade victor euasit. Verū & ipm Regulū acriter opportunitatibus incumbentem viuū cepit. Qui quum lætum de se spectaculum Carthaginiensibus catenis honustus dedisset: obscuro carceri adque diuturno traditus in squalore pædoreque consenuit. O quam exitus aduersus principio. Qui Paludatus Italicam vrbem exiuerat: Carthaginiensium carcerem vinctus subintrat. Qui ducibus Imperauerat victor: victus coercetur a seruis. Qui pro laborum munere Capitolii splendores iam tenere videbatur triumphans: seruitutis caliginem & carceris tenebras consequutus est. Et ex celebri quasi factum videtur execrabile nomen eius. Set sic est. Permutat. Fortuna vices. In sua iure suo vsa est Quæ tamen Marci fuerunt (etsi totis viribus conata est) suo ex loco mouere nequiuit. In compedibus quippe fulgidiorem lucem consequutus est: quam plurimi Regum consequantur in solio. Nam eo vincto & in tenebris vitam agente/sub variis Imperatoribus nunc in Aphrica nunc in Sicilia punicæ vires agitatę fractęque a Romanis in id deductę sunt: vt pacem ab eisdem petendam pœni decreuerint. Et quū auiditate Captiuæ iuuentutis apud hostes traherentur: in hoc ventum est. Vt detentus per quinquennium Regulus apud Romanos cum legatis Carthaginiensibus procuraret/ vt se restituto eisdem sua iuuentus restitui deberet. Sumroque ab eo iureiurando se/si non fiat quod petitur/ad carcerem rediturum dimissus est. Postquaз autem Romam ventum. Concessusque Senatus. Legatione exposita Attilius rogatus sententiam dicere non suum set publicum bonum prospectans inquit minime e republica esse pro confecto sene robustam restituere iuuentutem. Vrbique fessę adque exhaustæ viribus pacē aliquā exhibere poscēti. Magnū istud. Set maius superat. Vt maior reguli mōstrarēē itegritas. Poterat amicorū adq̄ necessa

Serpens cētū et vigiti pedū ab attilio expugnatur.

Captꝰ regulus i vicula trahitur.

Reguli de nō restituēdis captiuis consilium.

riorũ precibus suasionibusq̃ optimo ꝑ republica dato ꝯsilio ĩfideles adque irreligiosos ludere hostes. Et lęta apď suos frui libertate: si lubuisset. Quã adeo ꝯseuerãter spreuit vt ad suos & iã merito sęuos maluerit hostes reuerti/quã suã in aliquo fidẽ infrigere: aut sacrũ iusiurãdũ mõ aliquo violare. Et sic ĩ catenas q̃s exuerat a Roma remeans Carthaginez rediit. Quid ob tã itemeratã fidẽ arbitrari possumus: Nisi loco subtractæ fœlicitatis Fortũę crimie/a supis æternũ decus famæ viri iclyti reseruatũ eẽ: tãtoque lucidius factũ quãto videt̃ fidelius recusatũ: Carthaginiẽses ai̇t cognitaq̃ eius ĩ senatu fuerit sñia adcẽsi rabie sęuissimũ mortis genus excogitãtes/eũ sopno priuari iusserũt. Vt eo adfectus tędio & pœna icessabilis cruciatus deficeret. Palpebris igit̃ oculorũ decisis eũ sup q̃sdã (arbitror) tabulas/ex q̃rũ planitie crebri ĩsurgebãt aculei vinctũ posuere senẽ. Quorũ inquietatione ꝑtinua & adsidua sãguinis emissione quũ nec in soporẽ declinare posset quem iure naturę ẽt iter aculeos maxie adpetebat/mortuus est. O mors longe clarior quã plurimorũ hoĩz vita/ quãta cũ inclyta laude strenui viri spiritũ ad inferos detulisti

Attilius vltronea volũtate ad supplicũ rediit

Inaudita Carthaginiẽ siũ sęuitia in regulnm.

ℂ In Ciues min⁹ Reipublicę amatores.

QVID Mirer Imperiũ oceano terminasse Romanos: dũ tales ĩtueor illi reipublicę ciues: Equidẽ aduersus eos nullę fuere Fortunæ vires. Et argumẽto sit videre volẽtibus vbi Virt⁹ sit ibi nullas partes eẽ Fortũæ. Apud hos q̃dẽ siquod alicui⁹ secordia illi spatiũ lasciuiẽdi datũ sit: ꝯfestiz seueritate alterius sublatũ/et qď male gestũ negligẽtia fuerat: solertia resarcitum est. Verũ (vt eo quo cupio veniã) potuere Camilli Papyrii Scipiões et alii m̃lta egisse memoratu dignissima: in quibus forsã visi sũt pauperẽ Regulũ superasse: Sanctitate tñ aut fide nec ipse Cato pręstantior. Quis vsquam ciuis alter iter copias Siculas Aphricasque/inter ingentes actas cotidie a suis exercitibus prædas adeo sancte manus continuisset a publico/ vt non pusillum domesticam indigentiam sustentasset: Respondeant quæso non Curius nec Fabricius set Lucius bestia æmilius Scaurus/Caius Babius. & præ cæteris Crassus auri ingurgitator egregius. Et cum his (ni prohibuisset honestas) inuocassem etiam ciues meos. Quibus experditionem aliquam adsumturis gratia futuri lucri/quod est furari/rapere tam sacra quam profana occupare etiam in exitium publicum/dum modo a pœna immunes se viderint/ persanctum est. Satis quid dicturi sint qui suasiones auaritiæ nouit intelliget. Vellem insuper qui gloriam primi/labores vltimi volunt / in senatu pro bono publico in libertatem in vitam sententiam suaz dicentem Attilium audiissẽt. Vt ipsi qui ciues sint/si auaritia pateretur/aduerterent. Fuit constãtissimo viro & pœnorum sæuitiam adque catenas experto leuissimum ꝑ salute publica seipsũ morti per cruciatus sęuissimos exhibere. Hi vero/detestabile hoĩz genus/postquã ambitiõe improba honores & commoda omnia occurrerunt: vt cõmunia effugiant honera/ quũ in priuato abundent: mẽtiri se pauperes non verentur. O quã male credendum est hos pro salute patrię animaz aut sanguinem posituros qui substantiarũ suarũ ꝑicula denegant impudẽtes. Hñt vnde suas vir

Vbi domiatur virt⁹ nihil fortunę relinquitur.

Commẽdatũr attilius.

In eōs q de republica nihil soliciti suas opes in luxum profundunt.

gines sūme dotatas viris exhibeāt. Vnde nuptiarum solennia conuiuia & festiuitates magnifice celebrent. Vn̄ nō dicā ciuicos set Regios thalamos ornent. Vnde purpuras coronas armillas auro & lapidibus preciosas vestes vxoribus parēt. Vnde stratos equos aues canesque nutriant. Et nō hn̄t vn̄ publicę rei subueniāt. O stolidi. qd erimus? Quid singulares diuitiæ adfinitates aut potentiæ periclitante republica? Quis scelestorū fręnabit ipetus? Quis iniurias auferet? Quis iura dabit si publicū cesset subsidiū? Nō adspiciunt ciues huiusmodi immo adspicere



nolunt qd primo patriæ nascimur inde nobis. Set ne omnia in male meritos loquar: supereāt pręstantissimi viri spectanda fides: cuius tanta fuit integritas vt nō lachrymis filiorum nōn precibus amicorum non dulcedine patriæ non cupiditate vitæ non terrore instantium suppliciorū flecti aut concuti aduersus iuramentum pręstitū potuerit. Hei mihi/ fere nil hodie mortalibus curę minus. Pro minima q̄que re nō solū scrupulosis īt rp̄tatiōibus aut cauillatiōibus plurimis/ verū si per ꝑm odū fiat mille ꝓmissa fides mēdaciis abnegaī. Sȝ quisqs es q̄so qua mēte qua isipidi cordis audacia Deū vt bona ꝓcedat orabis: quē/ quū sūma et integra veritas ipse sit: tu in falsū ꝓduxisti testem In fallacē dedisti sponsorē. Abnegasti nomen eius / inuanum sumsisti risisti lusisti / & venerandam in primis maiestatem eius non aliter quā de irę cuiusdam pręsentiam habuisti? Hæc forsan iam in obstinationē lapsus nō curas. qa nō corporeis oculis Deū vbique eē discernis. Et sic eū nō arbitraris esse pn̄tem. Set dic q̄ fronte honestos hoīes ꝓspectabis? Reris si Deū cūcta cernentē decipere conatus es: hoīes tibi fidem exhibituri sint? Existimas nomē extollā tuum? qui Dei nomen in nihilū adsumsisti. Verbis credam tuis? qui Deū quantum in te fuit mendacem fecisti. Erras. nec satis Attilium gentilem hominem obseruasti. Cui plus curę fuit se ipsū morti tradere/ quā Deos friuolos quos iurarat velle decipere. Set ne per oēs pauperis & ęque splendidi viri Marci Attilii claras perambulemus virtutes: Erubescant nobiles amicti purpura/ Erubescant diuites deliciis implicati/ Erubescant vrbium celsa tenentes loca/ sub concreto puluere et æstiuo sole exasperata cute sub manibus ligone aratroque in callum duratis & ex grege domestico sumtis laciniis latuisse animā tanta virtute conspicuā. Et splēdores eorū fictos vera virtutū luce turbātē. Nec isurgāt obscenis quibusdā scōmatis suis in eū aut rideāt vel ꝯdemnēt quasi eo facto honores amplissimos superint. Errāt/ quē vitupasse arbitrāt ꝑcipue laudāt dū ꝯdēnāt. Nullū virtutibus inclyto viro infortuniū maius existimo quam ab inerti laudari.

Carpitur blasphemia



Infortunii genus ē ab homine perdito laudari.

ℂ GRANDIS infœlicium TVRMA.



OONGVS plorantiū ordo clamorq ab ignauia dānandorū ciuiū calamū i se flexit Iā vndiq facto ꝯcursu. Seq̄ p̄ cęteris ostēdebat Ptolemę⁹ Philopator nō hūanorū sȝ efferatę beluę scelerū isignis turpitudie. Parentes quippe regni auidus crudeli sustulit morte. Inde Eurydicen coniugem. Et obscenis libidinibus inuolutus in gremio Agathocleæ meretriculæ / tam misere quam turpiter expirauit. Quem post & Britomarus Gallorum Dux erat/ alio pacto a Fortūa demers⁹. Nā quantū Ptolemęo segnities/ tm̄ huic feruor nimius infortunii adtulit. Erat etenim rubore quodam ac indignatione respersus/ quod

Ptolemæi philopatoris parricidia.

Eiusdē lasciuia.

non eo modo quo cum suis iurauerat set victus captiuusque æmilio cogēte cō= sule in Capitolio Baltheū soluerit. Hinc Viridomarus Gallorum rex lamenta= tione sonora suam dictis exasperabat Fortunā. Quod a Marcello cōsule supera tus & occisus sit. Et sua arma in suuȝ dedecus tamquā opima spolia Ioui feretrio oblata sint. Sane dū hos paucos nomino ecce subintrāt Lyburni Illyrii Gallique duces alii ab romanis/Hispani Campani Samnites Brutii Appuli Lucani Sicu= lique Principes tā ab Romanis quā a Pœnis in exitiū tracti. Numidę punicique primores a Scipione depressi. Et alii diuersarum nationum in tanto numero op= timates vt videretur exercitus non caterua. Verum postquam omnium lachrymas querelasque audiui: Syphacem Numidiæ Regē ex omnibus vnum elegi eius post lucem tenebras descripturus.

Britomarus gallus.

Opima de viridoma= ro marcelli spolia.

ℭ DE Syphace NVMIdiæ REGE.

NON SATIS Syphacis Regis genus agnoui. Set ex quocumque proue nerit: satis clarum nomen eius & regni potentiā pręgrandem fuisse qui vsque ad nos deuenere testantur annales. Et inter alia sui fulgoris argu= menta percipitur eidem bellum vetus & acre primo cuȝ Gala Massulorum rege potentissimo. Demuȝ cum Masinissa filio & successore fuisse. A quibus etsi ipe fusus est: eos tamen fudisse sæpissime certum est. Nec solum fudisse illi a Fortu= na fauente concessum est: quinimmo & Masinissam regno spoliatum in id rede git: vt more latronum itinera obsidentium primo ad rapinam cogeretur. Inde vt antra montium syluestrium speluncasq; ferarum cum paucis pomis & hęrbarum radicibus pro cibo contentus incoleret. Et postremo eū adeo per omnem regni partem fugaret: vt tamquam fluuio mersi nomen & vitæ eius spes omnis aufer= retur ab incolis. Sibique regnum eius omne occuparet & gentes. Speciosissimum quippe superasse hostes adque exterminasse. Set speciosius illi ad eius imprope rium gloriam extollendam fortuna concessit. Nam decertantibus pro totius or= bis Imperio Romanis Pœnisque/tā grandis visa est Syphacis potētia: vt arbitra rentur quocumque se flecteret eo inclinaretur Imperium. Qua existimatione pręterīti factum vt dum hinc Scipio illinc Hastrubal clarissimi Duces optimum rei publicę suę crederent/si illum in suas partes adlicere possent: fortuito eadem die eadē fere hora portū & ide regiā ei⁹ itrarēt. In q̄ poratus ab ābobus sub fide vna illos i mēsa habuit. Et tāquā in tutissimo loco vno eodēq̄ i cubiculo iuicē noctē vnā trāsigere obtinuerūt Nō modicū suę fœlicitatis icremētū/et lōge mai⁹ si quā tūc Scipiōi poscēti fidē et amicitiā spopōderat obseruasset. Porro volēte Fortūa manū retrahere/ne barbari Regis isolētia isublime ferret āpli⁹. Factū ē vt astutia Hastrubalis i ardorē Sophonisbę formosissimę iuuenis virgis trahere. A qua ꝯiuge facta & a pr̄e astu punico subornata blāditiis obtētū est: vt Scipiōi bellū in Aphricā trāslaturo ꝑ legatos trāsitū ꝓhiberet. Nec solū auxilia Cartaginiēsib⁹ mitteret: verū & ipe cū exercitu obui⁹ ifesto pœnis Scipiōi veniret. Aduers⁹ quē quum Masinissa rex/qui præter opinionem omnium e latebris exiens cum qui= bus poterat auxiliis Scipiōi se Iunxerat: & Lęlius Scipionis legatus commisis= sent certamina: & eiusfusis exercitibus viuum captum in eius manibus in cuius

Gala Mas= sulorū rex Masinissę pr̄.

Masinissa numidaruȝ rex in sub= terraneis fe rarȝ cunicul' vitā agit sor didissimam

Scipio et hastrubal ad syphacē

Sophonis ba hastru= balis filia.

Masinissa ducit sophonisbã vxorẽ

fidem amicitiamque iam se dederat: tradidissent: cyrtham eius munitissimam vrbem in deditionem venientem adsumerent. Quam quum Masinissa primus intrasset: vt non solum regni perditione Syphax miserrimus angeretur: actum est/vt is qui sibi inter mortales odiosissimus erat: regiam occuparet. Et Sophonisbam a se dilectissimam medio armorum in strepitu celebratis nuptiis sibi matrimonio copularet. Sic igitur deiectus Syphax regno priuatus & coniuge postquam sublimatum Masinissam hostem vidisse potuit: catenis implicitus inter alios nobiles Aphricanos Romam deductus currum triumphantis Scipionis praecessit. Iussuque senatus tybur deductus perpetuo carceri damnatus est: Et cui paulo ante latissimum Numidarum regnum fuerat/compedibus vinctus paruo cellulae spatio contentus esse coactus est. Eique cui seruorum multitudo parebat/& acies obsequebatur amplissima militum/vt seuero custodi pareret iniunxit infortunii dira necessitas. Et postremo qui abundantissimas opes possederat/moriens Romanorũ humanitate sumtu publico elatus & ide sepultus est.

Scipio de syphace triumphat.

ℂ Infoelicium CONVENTVS.

Nabidis Lacedęmoniorũ tyranni fortuna.



EXPEDIVERAM ME a Syphace: quum se miserrimum deflens Nabis Lacedęmoniorum Tyrannus adparuit. Aiebat enim quũ iam Rex videref: se a Tito Quintio Flaminio Argis ciuitate priuatuȝ & a Philopoemene pretore Achęoruȝ fusum multisque nudatum opidis ad nihilum fere redactum. Et postremo ab Alexameno aetolo per fraudem fuisse peremtum. Quem sequebatur Philippus Megalopolitanus deflens se Amacro Attilio consule ex Philenneo cui praeerat detractum vinctumque Romam incaptiuitatem transmissum ex principe. Erat & Democritus aetolorum dux adeo impatienter Romam se in vinclis deductum ferre demonstrans/vt fere versus in insaniaȝ videretur. Se adflictans quod lusis custodibus quum e carrere effugisset/ab eis persequutus secundo captiuus factus sit. quod tolerare non valens transfodisse se gladio demonstrabat. Cum his & plurimi flentes erant ex variis vndique regionibus concurrentes. Inter quos magnus Asiae & Syriae rex Antiochus nullo in regio cultu veniebat moestus. Quem ego conspiciens caeteris praeponẽdũ sumsi.

Philippꝰ ab Attilio victus.

Democritꝰ aetlon dux.

ℂ De ANTIOCHO magno ASIAE et Syriae REGE.



GLORIAM MAIORVM suorum prae se ferebat Antiochus. Originem scilicet Proaui/annulum in lecto compertũ matris/femori suo Anchoram secũ natam totius posteritatis insigne/militiam suam sub Alexandro & quae post hanc ab se magnifica facta sunt. Set quamuis patris & patrui odia abhominabili quadam opacitate radios praeteriti iubaris infringere viderentur: a se tamen non solum redintegrati set etiam aucti longe maioris iactantiae causam impendebant. Nam vt iam supradictum est regno mutilatus vno equoque decussus pater eius perierat Seleuchus. Cuius post casum admodum

puer Antiochus Regno in patrio sublimatus tantam seu solertia seu sic disponẽte Fortuna reruȝ opportunitatem consequutus est: vt Syriæ regno in pristinam reducto amplitudinem asiaticũ etiam recuperaret omne. Quibus meritis cognominari magnus a suis meruit. Verũ quum illi ad suas explendas libidines duo tã ingentia regna non viderentur sufficere/oculos iniecit in Græciam. In qua tũc late victores pulso Philippo Macedoniæ Rege vagabãtur Romani. Quem quũ ad occupandã cupidũ animassẽt ætoli potentissimi græcorũ Populi/ eique ostẽdissent gradũ factum ad Italiam obtinendam/ & profugus a Carthagine Annibal argumentis euidentissimis impulisset/cõparata militũ copia in Græciam descensũ est: Quam pręter Annibalis consiliũ in belli sedẽ delegit Antiochus/ Qui quũ multo minora egisset/quam prouocãtiũ spes fuerit: Captis quibusdam opidis ex his quæ Romanorum sociorũ erant quasi/ pro primo impetu satis actum esset Hybernaturus secessit in Calchideȝ. Vbi rex Belliger amore virginis captus quum egre a Neoptolemo virginis patre vt illam vxorem duceret obtinuisset medio bellorũ instrepitu opiparas nuptias celebrauit. Seque totũ cõuiuiis luxuriæ vino ludis & sopno hyeme instante concessit. In qua non solũ principes eius verũ & milites militari disciplina si qua apud eos erat soluta eũ omnes lasciuiendo sequuti sũt. Tandẽ tẽpore veniente quo reges solent ad bella cõsurgere/ quũ iam Marcus Attilius cõsul cũ exercitu venisset obuius illi factus apud Thermopylas collatis siquis suos in Aciem vterque deduxit. verũ regius exercitus torpore & deliciis Marcidus a seuera Romanorũ virtute post maximã stragem in fugã conuersus est. Ex quo & Rex ipse fugiens salutẽ petiit: nec se tutũ ratus donec dimissa Græcia deuenisset in Ephesum. Vbi frustra per legatos cũ romanis tentata pace sæpissime aduerso marte per præfectos nauali bello Fortunaȝ tentauit. Nã ab Attilio præfecto classis Romanæ cõmeatus eius intercepti/ dissipatũ nauigiũ omne /hinc haud longe Coritũ portũ Polyxenidas præfectus eiusdeȝ cũ magna nauium manu a Liuio victus adque fugatus est. Annibal similiter ab Eudemo rhodio superatus: & cui pręerat fere deleta classis: Nec minus a Regillo ęmilio et rhodiis Polyxenidas iterũ victus cũ nauibus adque fugatus. Præterea Antiocho pulso omnis fere Græcia in Romanorũ ditionem rediit. & plures Asiæ ciuitates aduentante Lucio Cornelio Scipione consule a societate Antiochi discedentes romanis sese iunxere. Is vero pluriũ gentiũ tam suarũ quam auxiliarioruȝ & mercennariorum militum congregato Exercitu postquam paci modus non inueniebat Cornelio Scipioni venit obuius: & falcatis q̃drigis Elephantibusque pluribus indicis Populisque variis armis mirandis potius quam tremendis in aciem tractis pugnam aduersus Romanos conseruit. Eumenis vero Pergameorũ Regis consilio falcatę quadrigę in perturbationẽ ordinũ producentis circumactę sunt/ deĩde hoĩm certamen insertũ/ & post ingentem cladem Antiocho illatã omnis eius exercitus perturbatus/ cæsisque multis & ipse in fugam coactus sardis tutatus est. Inde noctu quo Demetrius filius fugerat cũ vxore & filiis Apameam cõtendit. & tumore veteri posito Legatos qui pacis Leges quæ darenẽ susciperent Sardis ad consulẽ misit. Quibus cogentibus inter cætera vltra Taurum montem re-

Antiochus quare magni cognomẽ sortitu

Amores Antiochuȝ effœminãt

Antiochi fuga.

Polyxenides.

Annibal.

Scipio.

Altera Antiochi fuga.

lictis citra oíbus regnatur⁹ fere ex orbe relegatus abiit. Nec liber/sꝫ tributarius Romanorũ. Deiect⁹ ergo Antioch⁹ a fastigio tã excelso i doloris argumẽtũ vidit ex q̃ sitis a pauis suis æmulorũ iperiũ ãplificari. Mlta nẽpe i europa mlta in Asia Eumeni Pergameno pcessa sũt. Multa rhodiis. Iliensibusque p̃terea ob veterẽ adfinitatem concessa quædam. & omnibus breuiter romanorum belli sociis. Quum sibi præter regnum Elephantos omnes naues & alia multa tam vtilia quam magnifica regibus/auferri vidisset. Verumenimuero post tempus/ et si regni tam grande decus maiori pro parte deposuisset: Non tñ mentis ardoreꝫ cupiditatem que deposuit. Nã tegumẽto velatus/quod auri põdus nimiũ Romanis impendẽdum ex pacto non haberet/sese in latrocinia dedit. Et inter alia vti tam grande facinus Regẽ deceret adhibitis sociis opportunis nocte templũ Didymei Iouis gẽtilibus ea tempestate venerandum in primis ob ingentem prædam adgressus est. quasi ob id temporalia amisisset vt diuina dignius possideret. Verum repentino circumstantium hominũ concursu vna cũ omnibus suis Rex sacrilegus quũ temporalia perdidisset diuinis immistus occubuit.

Antiochi sacrilegium et interitus.

ℭ OPPRESSI MVLTI.

Hieronym⁹ gelonis fili⁹ Hæresque Hieronis.

HIERONyMVS Gelonis filius Syracusarũ rex me a casu Antiochi magni subsistentẽ illico occupauit. Amplissimo cũ planctu demonstranse indigne a Syracusanis furentibus cæsum iuuenem adque regnantem. Et hoc idem etiam Demarata deflebat. Adiũgens qđ ante sacras deorũ aras nulla inspecta veneratione obtrũcata sit. & Harmonia regis pariter ex sanguine sata non minus natarum virginum media in hominum turba concisarum innocuique viri exiliũ quam propriam per mille vulnera mortem querebatur. Inde Agesiopolis iure gentium Lacedęmoniorum Rex ingemiscebat se a Licinzeo primo Lacedæmoniorum Tyranno in exilium pulsum. Necnon & Orisgontes Cambolomarũ et Gandotus Tolostogoborum adque Trocinorum Gallogræcorum reguli se a Cnęo Manlio Consule Non solum victos set fere sedibus in suis certis legibus quasi compedibus religatos lamentabatur perdite. Quos inter querebatur asiaticus Scipio. Non solum Aphricani fratris ob ingratitudinem Romanorum volũtariũ exilium deflens. Set quod Romę ppererit qui se iniuste adcusauerit. Et ignominia si potuisset famam lacessiuerit suam Et se qui reges potentissimos oppresserat/& ærarium ingenti præda ditauerat/ligari faceret & in carcerem trudi. Sic et Philopœmenes Achęus inclytus bellorũ Dux lachrymans adcusabat Messenios et eorum sæuitiam. Quod se qui illos dudum multis nobilitauerat victoriis senẽ non viribus set Fortuna captum in theatrum ludendũ deduxerint. Demum carcere clauserint. Subsequenter Scipio nasica veniebat tristi cum murmure deflens qđ iunior senatus sententia optimus Romanorum & solus ad suscipiendam matrẽ Idęam e pessinunte delatam dignus existimatus sit. Quod Gallis boiis cæsis fugatisque triumphum magis romanæ saluti opportunũ quam auro spectabilem deduxit. Qđ graccorũ faces seditiosas & insolentiam priuatus oppresserit & tantarum rerũ merito sub legationis figmẽto senex apud Pergamum Asię ciuitatẽ in in exiliũ relegatus/ quasi de republica malemeritus expirauit. Verũ instabat acri

Demarata Hieronis filia et eadẽ Andronodori vxor.

Harmonia Gelonis filia themisti vxor.

Gallogręcorum reguli a manlio victi.

Scipio asiaticus.

Philopœmenes.

Scipio nasica.

adhuc vultu nostri orbis pestis ignisque validus Annibal pœnus/tristi tñ & querula voce Fortunæ dánans insidias. De quo/quod eius ingentia facta fuerint/vt de reliquis tenui sermone transeundum est.

De ANNIBALE Carthaginiensi.

ANNIBAL a longa retro nobilissimorum Carthaginiẽsiũ ducum serie duxit originẽ. & Amilcharis splendidi Principis filius Romanorũ hostis perpetuus in orbe natus est adeo vt agens adhuc nonum ætatis annum sacrificante patre iurauerit quamprimum per ætatem posset se Romani nominis hostem futurum. Nec efectus defuit iuramento. Ná Amilchare patre mortuo tribus ánis sub Hastrubale militauit. Et de se amplissimam spem præbuit. Cui cæso a Barbaro quodam illico substitutus est. Et quum in ditionẽ suam acri bello quosdam Hispanos Populos redegisset: longaque obsidione cõtra ius & fas saguntinos romanorũ socios coegisset in mortem: animatus a quibusdaȝ per quietẽ visis/q̃si securus victoriȩ Italiã adgressur⁹ trãsiuit Iberũ. & Gallis regulis ꝑmittẽtib⁹ Pyreneo supato deuenit ad alpes. Quas tã rõe mõtiũ scabrosissimorũ et inuioruȝ fere: quam insultũ & latrociniorũ incolarũ sępe itinera occupantiuȝ et niuium cadentiũ aut gelu concretarũ lubrico transitu difficillimas pulsis incolis calcatis niuibus dirutis aceto igneque scopulis/et si fere medietatem copiaruȝ suarũ algore & inedia & præcipitiis perdidit Elephantos pœne omnes iumentorum permagnam quantitatẽ & adparatũ bellorum plurimũ: cũ residuo tamen superauit. Et eá in partẽ Italiæ descendit (vt aliqui arbitrant̃) quȩ Taurino vicina rigatur a pado: secus quẽ militia quiete & fertilitate locorũ instaurata descendẽs/apud Ticinũ Cneum Scipionem Romanorũ Consulem cum exercitu debellatũ Sauciumque fugauit. Eodẽque omine procedens apud Trebiam Sempronium collegam expugnauit. Inde acri labore superans Apenninũ descendit in Tusciaȝ Et quũ haud lõge a Fesulis deuenisset: Ibique cũ armis Pridianis pluuiis exũdantem alueum superasset: Et planitiem occupasset omnem: locos in palustres aquososque deductus exercitus est. Et per dies plures vigiliis & frigore adflictus í maxima parte contabuit. Et iumenta passiȝ morientia fœde nocumenti plurimum iniecere. Ipse etiam Dux dum Elephanto qui vnicus superuixerat mediis in vndis supersederet: frigore & aura agente palustri oculo vno captus est. Sane quum omnia forti animo superaret incommoda/ & loca euasisset aquosa/instaurassetque commodas vires ad Trasumenum veniens Flaminiũ Consulem facta multa Romanorum strage vicit. Trucidauitque. Hinc ad eum ciuitates sociique Romanorum concurrere/auxilia augere/opportuna deferre/ & omnia adfatim præbere. Et dum passim fere obsistente nem ne cũcta per Italiam cum victore exercitu populatur: a Quinto Fabio Maximo dictatore varia cunctatione per annum ludificatus est. Quũ id Romani belli fomentum non vincendi ingenium existimarent. Tandem apud Cannas vrgente Varrone Consule conflictũ est. Vbi non tam armorum virtute quã callida arte victoria potitus est Annibal. Et adeo ea in clade

Annibalis iuramentũ.

Laboriosus alpium transitus.

Annibalis descensus í Italiam.

Impatores romani ab Annibale fusi.

Annibal altero priuatur oculo.

Pugna cannẽsis rõanę repu. opido quam detrimentosa.

Romanorũ vires contudit/æmilio consule cæso/& Varrone venusiũ fugato/ exercitu fœda strage trucidato/multis Senatoribus Consularibus Prętoriisque occisis:vt vix salutis spes aliqua ceu libertatis seruandę victis relinqueret. Actũq̃ erat de Romana republica si Maharbalis fuisset sequutus consiliũ. Porro ipse victor elatus/& iam secum potiundę vrbis securus/vt qualis esset ciuibus suis ostẽderet/collectorũ ex Romanorũ occisorũ manibus annulorũ / ĩ testimoniũ victoriç/Carthaginem tres modios transmisit. Hic illi fœlicitatum apex extitit. Huc vsque illũ euexit Fortuna. Quidquid egit in posterũ/aut ad ꝓcellationẽ prosperitatis adsumtæ/aut ad decliuiũ pertinuit: Nam capta per deditionem Capua ingentis ea tempestate potentiæ & deducto ad hybernandũ in eandẽ exercitu/quãtum credidit deditis Campanis iniecisse timoris:tantũ immo longe magis exercitui suo vigoris abstulit. Nã tantũ adfluentia rerum adque campana luxuria in Aphros Hispanosque potuit:vt qui Romana cõtriuerant arma:ab illis eneruarẽtur adeo vt non quos in hyberna duxerat esse quos eduxerat adpareret. Adtamen e Capua discedẽs quũ illico ab Romanis valida cingeret obsidione:variis cum euentibus circumuagatus/quasi eã liberaturus/ad tertium lapidẽ vrbi iam respiranti admouit exercitum. Pro qua etiam Deos tunc militasse antiquitati visum est. Nam hymbriũ effusione permagna factum est vt bis ab oppugnatione desisteret. Qui frustratus intentione duꝫ per Italiæ prouincias discurreret:& ob id de se solo desperans euocasset ex Hispania Hastrubalem fratrẽ famatissimũ duceꝫ cũ eo ꝯmunicaturus tanti cœpti victoriã/antequã cerneret/audiuit eũ venientem infœlici pugna ab liuio Salinatore Cõsule apud Metaurũ superatũ adque occisũ. Quo ictu vna secũ perculsos milites segnes circa opportunitates belli factas agnouit. inde audiens quod ipse in italiam traxerat bellum/ Illud idem in Aphricam a Scipione transuectũ/& euestigio Syphacem captũ/ Carthaginienses plurimis cladibus fractos/clausosque fere/seque ad tutandam patriam reuocatũ/satis aduertit longe maiori cum dedecore Aphricam petiturum quam cum decore expugnasset Italiam. Quum igiť fere senex eo rediisset vnde discesserat adulescens/& quam sibi sedecim annorũ possessione præscriptam arbitrabatur reliquisset Italiam/commisso cum Scipione certamine superatus est maximo Carthaginiensiũ detrimento. Quibus demum venientibus sub leges Romanorum vrgente necessitatę ad id vidit venisse Carthaginem ad quod pauloante Romam venturam sperauerat. Porro aduertens Cneũ Seruilium in suam mortem ab Romanis Carthaginem missum/clam impositis opibus suis in naui sibiipsi indixit exilium. Et cum paucis seruis qui nuper Dux exercituum fuerat ad Antiochum iam bellũ aduersus romanos parantem profugus abiit. Vbi primo benigne susceptus demum inuidia principum suspectus haberi cœpit. Postremo quum a Romanis victo Antiocho pacis leges a Scipione darentur:præmonitus cum rebus suis omnibus Cretaꝫ secessit. Ibi ad auferendam incolis de se suspitionem & vitam suam tutandam impletas vrnas occulte plumbo/quasi omnem suum Thesaurum publice seruandũ concederet/signatas in templo Dianæ seruandas tradidit. Imaginibusque vacuis quas penatum specie deferebat aurum omne fusum infudit. Et sic

Tres ãnulorũ aureorũ modii rõanis detracti Sũt tñ q̃ dimidiũ super tres modios scribãt aliiverovnicũ

Adtẽde lvis campanę luxuriæ.

Dii ꝓRoma militantes.

Hastrubalis casus

Annibal in aphricã reuocatus a scipione debellatur.

Annibal ad antiochum.

Annibalis dolo fallitur cretensis astutia.

ciuibus sublata suspitio/ & sibi priuato secura quies per tempusculũ fuit. Demũ quũ iã Prusias Bithyniæ Rex Romanorũ hostis ob bellũ aduersꝰ Eumenẽ Regẽ Pergami socium eorumdem motum futurus videretur: ad eũ concessit. Qui suo consilio ductus quędam certamina fœliciter vicit. Verũ quum a Romanis legatis sedatum bellum inter Eumenem & Prusiam iam fuisset: ad Prusiã Titus Quintius Flaminius ad Annibalem poscendũ a Romanis missus est. Prusias vero eo repetito confestim milites suos misit, qui domũ omnem Annibalis circũdarent: custodirentque ne quis ex illa posset euadere. Annibal aũt letalem sibi aduentum Flaminii ominatus/ eo quod modicũ de Regis stabilitate confideret: fugaꝫ citus adripuit. Et ad occultissimuꝫ suę domus posticũ venit. Adtamen quũ locu custodibus nouisset teneri: venenũ quod semper paratum ad effugiendum casus infestos habuerat/ hospitales Deos in caput Regium & in permutatos Romanoruꝫ mores deprecatus hausit. Nec multo post moriens expirauit. Et in Lybissa Bithyniæ ciuitate sepultus est. Sic ergo qui Hispanias occuparat, Qui iuias supera uerat alpes/ Qui niuiũ adq̃ glaciei rigores/ Qui apennini turbines/ Qui palustria loca pertulerat/ Qui Samnitum Lucanorum Brutiorumque saltus periæpe calcauerat/ Qui tot Pretorianos Cõsularesque exercitus debellauerat/ Qui Romana arma contriuerat/ & exterrita Roma omnem pœne Italiam diu possederat/ nutuantibus veteribus imaginibus titulisque semicęcus senex priuatus & exul obsequium prestare Regibus coactus est. Et inde eorumdeꝫ fraude veneno spiritũ pellere fatigatũ. Vt quanto tetrius in finem venerit/ tanto clarius demonstraret quæ vires mortalium/ quæ Fortunę mobilitas/ & quæ Rerum pereuntiũ sit Natura.

Annibal ad Antiochũ.

Annibal venenũ bibit.

ℭ De PRVSIA Bithyniæ REGE.



LTOR CRIMINVM Deus/ quasi monitor pręsens adsisteret/ fecit vt quũ plurimos flentes vndique concurrentes aduerterem: in solũ Prusiam tristem querulũque venientem oculos flecterem. Forsan vt dum eius explicarem miserias/ meritum male seruatæ fidei in Annibalem demonstrarem. Cæteris igitur derelictis in eius calamitates vltro deueniam. Si antiquitati fidem pręstabimus/ vetustissimos Bithyniæ fuisse Reges facilime cõcedemus. Ex qbꝰ Prusias vnꝰ nõ puo iter cęteros Bithynię Reges splẽdore ꝑspicuꝰ. Hic sedatis iter se & Eumenẽ Regẽ Pergami bellis & Annibale fraude sua mortuo/ quuꝫ Nicomedi filio nouercã supiduxisset: & ex ea suscepisset filios: volẽsq̃ tãquaꝫ ex prædilecta coniuge susceptis de regni successione prouidere/ in cogitationem scelestissimi facinoris cadẽs/ celsitudini suæ lubricũ & claritati nebulam adinuenit. Nam quum satellitibus suis communicasset consiliũ quod erat Nicomedis absentis filii occidendi/ clam opera amicorũ Nicomedes huius factus certior adque reuocatus est. Qui impatienter patris iniquitatem ferens necessariorũ stipatus viribus patrem incautũ adgressus/ facili labore regno expulit. Et quũ in se oẽs ꝓcerum gratiã vertisset/ miser Prusias nec adiutus nec susceptus ab aliquo priuatus cum paucis seruis exul abiit. Tamque dire post hæc in eũ desæuit Fortuna/ vt

Prusias regno expellitur a filio nicomede.

Implũ prusię consiliũ.

tractu temporis etiam linqueretur a seruis. Et sic solus senex et inops vitæ suæ incertus & rubore vexatus tam excogitati facinoris quam perditæ sublimitatis in salutem suam quærendam & verecundiam euitandam per incognita loca sese alium mentiens fere stipem quærens ambularet noctu. Dum die resideret in tenebris. Set quis Regum potest facile manus effugere? Non adeo potuit Prusias latere vt Nicomedis iras euaderet. A quo post multa/compertus/vt morte sua cõceptũ in se scelus piaret:& manibus Annibalis debitas pœnas daret:non minori in se quam cogitasset in filiũ sæuitia occisus occubuit. Et sic dũ natis nequiter cõsulere conaret:Regni claritatem famę decus vitęque commodum infœliciter perdidit Rex infidus.

Occidit prusias.

¶ De PERSEO Macedonum REGE.



OMITTERE lubet queritantium plurium tam nomina quaꝫ Fortunas: vt in Perseum Macedonum Regem quem mœstũ catenisque honustuꝫ et compedibus impeditũ venientem video/exerceam calamũ. Delectat quippe me summe hos videre deiectos quos per fraudẽ constat celsos Regnoruꝫ apices conscendisse. Perseũ Philippi Demetrii filii Macedoniæ Regis ex concubina filiũ fuisse satis ꝓ certo habituꝫ est. Hic astutia & Regni auiditate plenus/cernens Demetrium sibi fratrem/eo qđ ex matrimonio ꝓcreatus esset/suo obstãte desyderio fore patri successorem:incauto tetẽdit insidias. Philippoque patri magnos adparatus i Romanos molienti opportunitate captata Demetriũ/quod apud Romanos obses fuisset/falsis literis tamquaꝫ a Romanis eidem Demetrio missis suspectum fecit. Superaddens ob hæc in se/eo quod patris foueret consilium/a Demetrio mortem die lustrati exercitus machinatam. In cuius mortẽ quũ Philippũ miserũ adcendisset:non ante destitit quam iuueni nil tale timenti apud Astreũ Pęonię opidũ in conuiuio porrigeret a Dida venenuꝫ. Querentique in cubiculo patris fratrisque & porrectoris nequitiam tapetis in caput & fauces reuolutis intercluderet spiritus morituro. Quo defuncto quũ iam sibi Regnum deberi Perseus aduerteret:ne diferret i patris vitam moliri cœpit insidias. Quod Philippus sentiens incassum crudelitatem suam in Demetrium deflens/quum occidẽdi Persei copia non daretur:et tabescens i ęgritudinem icidisset fere sexagenarius expirauit. Cui Perseus illico successit in Regno. Factus igitur Perseus desyderii sui compos/ne diu potito per fraudem gauderet:pristinæ suæ conditionis oblitus nimium elatus est. Et vnuꝫ/quod illi diutinum potuisset efficere Regnũ/Romanorum scilicet pacem spreuit insanus. Iunctisque Thracibus & Illyricis Macedonibus bellum maximo cum adparatu mouit Romanis. Aduersus quem primo Romani Sulpitium Consulem ducesque alios cum exercitibus misere. Qui quum iterum fugatus esset a Perseo:& multa insuper ab eodem i Romanos acta essent: confestim æmilius Paulus substitutus sumto ex paruulæ filiæ verbis Augurio securus victoriæ ad Macedoniæ fines deuenit. Ibique tam strenue rem bellicam gessit/vt non solum Regis disperderet copias:verum eo fugato in ditionem regnuꝫ omne susciperet. Hinc & ipsum Perseum qui in Samothraciam aufugerat misso

Persei genꝰ

Persei dolꝰ in fratrem.

Demetrius veneõ suffocatur.

Philippi exitus.

Perseus rõanis bellum indicit.

Marco Octauio captiuũ habuit. Et cũ eo duos filios Alexandrum scilicet & Philippum/quos rebus compositis Romam cum captiuo patre deuexit. Ibi honusti catenis æmilii magnifici triumphi currum præcessere dolentes. Quis non credat Perseum stupidum gementemque tam grandem rerum mutationem adspexisse: Quis non arbitretur eum copiosas veteribus fraudibus suis lachrymas impendisse: Ad quas exhibendas permagnum cum causa commodum concessum est. Nam senatus iussu quum filiis indultum fuisse adpareat/Albaz deductus est. Ibique carceri damnatus perpetuo. Qua in parte Regem demerges inferius: Ab aula deductus in carcerem/a dominio in seruitiuz tractus/a splendore in tenebras/ a diuitiis eximis in extremam fere pœnuriam. Sic volens agit Fortuna. Cui Imperanti cætera fere parent. Porro & recordatione Regii fulgoris & tetri carceris pædore confectus/deiectus Perseus diem clausit. Et humanitate potius Romanorum quam suo merito publicis impensis Regio ritu elatus est. Cuius vt suprema videatur miseria/alter ex filiis (vt fertur) ad tolerandam inopiam ærariam fabricam Romæ didicit & exercuit. Vt esset omnibus manifestum (dum velit Deus) manus ad Regia sceptra ingereda natas/ad malleos tractãdos ferreos retorqueri.

Perseus in triumphũ ducitur.

ℭ DE Fortunæ MORE & Deiectis PAVCIS.



CVPIT FORTVNA quoties/ex fimo (vt ita loquar) nonnullos ad Regale sublimat fastigium. Quos postquam est satiata ludo: rotatu letifero deuoluit ad pristinum. Lusi vero non aliter quam si ambages magicas aut sopnium prospectassent: vacuis manibus inanes querelas emittunt. Horum taliuz quoniam aliqui hac tempestate rotãte Fortuna falsa existimatione quorumdam Reges sunt crediti: vt eorum adcensum repentinumque descensum referam: abire permittam Ioachimuz Sacerdotem maximum Iudæorum. Cui post inanem Pontificatum muto esse repente contigit. Et subsequenter infanda ab infirmitate corripi. Et postremo consumi. Amoniumque Alexandri præfectum. Qui duz nimis delitiosus Antiochenis inferret iniurias: vt eas effugeret habitum fœmineum sumere non erubuit. O miser. Antequam hostes illum perimerent: se iam non esse quod erat professus est. Optant mulieres/si detur/vt cum annorum suorum diminutione sexus qualitas permutetur. Hic miser duz annuz sexui præferret incassum virili ferocitate in muliebrem mutata mollitiem non dignus vt homo mori vt fœmina trucidatur. Et sic dũ quam non habebat vitã desyderat: perdidit quam tenebat.

Ioachim⁹ obmutuit.

Amonij cędes.

ℭ DE PSEVDOPhilippo Macedoniæ REGE.



MACEDONIBVS OLIM victo adque sublato Perseo Romanis ægre subsistere patientibus / aut impulsus aut sua motus insania Andriscus quidam Mercennarius/ & adeo deiectæ sortis homo vt vtrũ seruus an liber extiterit dubitetur: repente surrexit in regẽ. Cui ausui quũ nil suffragaretur aliud præter formam & oris adspectuz ætatemque Philippo patri Persei psimilẽ: in tñ Fortũę fauor adfuit: vt hi qbus notissimũ fuerat Philippi

Andriscus sordidę cõditionis homũculus astu macedonib⁹ impat.

funus/rusticum hominem Philippum rediuiuum arbitrati sint. Eumque diade=mate ornatum dixerit Philippum. O ridiculum/rancidulũ spectasse nebuloné de corũ purpura/notis fulgenté Regiis/& sceptrũ dextra gestãté/Regéque certissi=mũ opinatũ. Sȝ quid multa: Cum solio Andriscus Regalé aiȝ adsũsisse visus est. Cõuocatis qdé vndiq subsidiis nõ solũ Macedoniã auferre Romanis sȝ eis mo=uere bellũ & cũcta ꝓut belli opportunitates videbãt expetere dispõere & solerter agere orsus ẽ. Qué dũ Romãi ꝓ ludibrio vilipẽderét: sua ignominia eius gl'iam extulere. Nã missus tãquã ad mediocre bellũ Iuuenti⁹ ꝑtor aduersus eũ ab Andri sco cũ copiis oibus fugatus ẽ. In cui⁹ vltioné & rabiẽ Macedonũ opprimendã Metellus Cõsul ꝓfesti cũ exercitu Cõsulari obuius illi factus ĩ acié descẽdés/quũ friuolę sint ficte vires/ ĩpetu prĩo Macedõas fudit: et breui oẽȝ fecit Macedoniã vectigalé. Andriscũ vero a Regulo quodã Thracũ ad qué ꝓ salute ꝓfugerat susce ptũ Romã vinctũ ꝓpedibus traxit. Actũque est vt illũ tãquã verũ Regẽ Metellus triũphãs añ currũ deduceret. Ad qué vidẽdũ lõge magis quã veros Reges oĩs Ro mana mſtitudo cõcurrit. Et sic quã audés Andriscus effugerat prudés miseriã re dintrauit. Sȝ prima paulo acrioré. Lenis enim Quæ cum hoie nascitur eius respe=ctu quę fugiẽte fœlicitate suscipitur.

Andriscus Philippo si=millim⁹ ma cedoniæ re=gnum occu pat.

Metelli de Andrisco triumphus.

De ALEXANDRO Bala Syriæ REGE.

P Ar ludo superiori iũgẽdus ẽ alter. q quãto diutior tãto exitũ habuit a=crioré. Antiocho qdé Epiphane mortuo fili⁹ paruulus Antiochus Eu=pater supstes fuit. Cui regnũ deberi videbaẽ ni Demetrius eiusdẽ Epi=phanis frẽ: qui obses Rome detinebãt: audita fris morte clã fugã capessés & ĩ Re gnũ rediẽs se Regé faciẽs obstitisset. Qui quũ isolẽtia sua adiacẽtibus Regib⁹ gra uissimus videreẽ: ab Ariaracte Cappadocię Rege & Ptolemęo ęgypti ac Attalo Asię ad eiiciẽdũ eũ subditorũ ĩ fauoré noua & inusitata fabula ꝓmẽta est. Sũsert ei iuuenẽȝ sortis extremæ. Cui quũ nomẽ Balas esset Alexãdrũ dixere/& subor=natũ ꝓpportũe Epiphanis filiũ mõstrauere/et fauẽte Fortũa mẽdacio/dictorũ Regũ auxiliis deuectus in Syriã tãquã patriũ adsũturus regnũ ob austeritaté De metrii a multis benigne susceptus/dũ vi reliquos occupare conaẽ/a Demetrio fu sus ẽ. Cui⁹ vires illico iã dicti Reges ĩstaurauere/& sic secũdo cũ Demetrio descẽ dẽs in aciẽ illũ vicit, & pugnãtẽ viriliter iteremit. Et sic Regnũ deide fœliciter ob tinuit oẽ. Tãtaq fuit Fabulę Regũ fides/vt suffragãte successu victorię Epipha nis verus filius habereẽ. Clarusq iter cęteros Reges factus terrori ẽt subornatori=bus videreẽ. Set male suarũ sordiũ memor & præsentis fœlicitatis ĩgratus sumta coniuge Cleopatra Ptolemęi filia dũ secũdis pẽere modũ negligit Ptolemęo so=cero/qué q̃si honoraturus vocarat in Regnũ/tetẽdit insidias. q̃s quũ: Ptolemęus euasisset: Indignans ante alia filiam illi subripuit. Et Demetrio iuueni qui filius fuerat Demetrii a Bala occisi iunxit in couiugem: cumque conciliatis sibi Antio chenis ad Regnum patrium adsumendum vocauit a Creta. Nam ibidem Deme trius pater iitio belli vna cũ fratre & maxia quãtitate pecunię apd' Gnidiũ hospi tẽ suũ Cretẽseȝ ad futuros euẽtus seruãdos ꝓmiserat/& aduersus Balã cũ parato exercitu ire suasit. Cui quum iam omnes Syrii fauerẽt ægre Balæ ferentes igna=

Demetrius a balexãdro Bala iterimi tur.

Ingratitudo Alexandri regno expu lit.

uiam in desidem luxurięque deditum castra mouit. Aduersus quem necessitate magis quam cupiditate gloriæ Balas percitus cum copiis vnicus pugna conferta victus adque fugatus est. & dum in Arabiam salutem peteret a Zabito potentissimo Arabe occisi eius caput abscissum Prolemęo ęgrotanti in solatiū missum est. & sic Rex fictitius tam violato solio quam manibus extincti Demetrii etsi nō debitas quas tamen exegit Fortuna pœnas dedit.

¶ LAPSI QVIDAM.

Caius & Tyberius Graccus.

GRACCI CAIVS & Tyberius fratres post miseriā Alexādri nō minus clamoribus camerulā meam oplentes/quā dudū tribuni forū facerent recitantes quas seditiosissimi res nouas tentassent:se tm̄ eiectos a tribunatu:occisosque dum fugerent:& quod alterius caput ab Opimio Cōsule Septimuleio auro pensatum sit querebātur. Parte ex alia Asdrubal pœnorū Princeps/ non minus insigni consternatione miser/quā habitu facieq tristis/aiebat voce fracta singultibus se infortunio suo classē omnem Carthaginiensem comburi/ arma a ciuibus reddi Principibus aliisq vt a veteri migrarēt vrbe Imperari vidisse. Sibique superū inuidia tamdiu spiritum reseruatum/vt post repentinum Carthaginiensium furorē armis auro argentoque priuatorum excusis/ tabulatis domorum classe instaurata/ crinibus matronaruȝ nauium rudentibus resarcitis/ et a viris mulieribusque in salutē concursum publicam ciuitatem viribus exhaustam frustrata furoris spe viderit eripi/ampliorique ciuium iactura omnes vna secum excludi/& cateruatim flendo paruos cum coniugibus natos trahendo natale solum relinqui/& decem & septem dierum incendio Aphricæ Imperantem patriam cremari/& (ne aliquod illi superesset solamen) quod ipsa fecisse initio debuisset:circa malorum publicorum finem factuȝ ab egregia cōiuge adserebat. Se scilicet cum prole gemina ne sibi illisque seruire contingeret:In medias flammas patriæ iniecisse. Quid non potest in quocumque gloriosus animus? Priscam gloriam cum futura ignominia pensauit animosa mulier. Quam arbitrata in dies tolerare non posse / finire maluit honesta morte quam turpi vita illam misere iuchoare. Set quum omnia tempore casura sint:suo potest immaturo casui congratulari Carthago. Eo quod omne eius æuum duarum tam fortium mulierum fato conclusum sit. Prima cum castissima viduitate sua moriens posteris ostendere conata est honestatem vitæ cæteris præponendam. Postrema nupta in publico ciuitatis excidio vitam & posteritatem omnem tamquam superfluam destruendam. Veniebat & Aristonicus post Asdrubalem qui Attali Regis Asię ex Ephesia Pellice filius dolebat se quæsito patrio regno a Perpenna Romanorum Consule deiectum. Carcerique inclusum. Sic & Ionathas Iudæorum Princeps & Pontifex querebatur quod quum multa fœlicia bella gessisset a Triphone fraude captus sit. Et in sui vituperium per Syriam circumductus. Et ab eodem vltimo interemtus. Similiter erat & Tripho qui occiso per fraudem Antiocho cui Theos cognomen erat:se Syriæ Regem dixerat. Tandem ab Antiocho Sothere expugnatus se in Dora Castello obsessū deflebat. Et dū clā Apameam fugeret interceptū:adque occisum. Quis queat adsistentium omnium

Asdrubal pœnus.

Adtende necessitatis artificium.

Asdrubalis vxor cum filijs in flāmas sese dat præcipitē.

Dido.

Aristonicus.

Ionathas.

Tripho qui & diodotus

dicere clades? Innumeri veniebāt. Set inter alios Demetrium qui Alexandrū Balam occiderat/ ad continuandam seriem placuit adsumere.

¶ De DEMETRIO Syriæ REGE.

SATIS SVPERIVS ostensum est Demetriū de quo sermonē habituri sum⁹: & q Alexādrū Balā fictitiu3 Regē adiutorio Regis ægyptiaci regno expulit: filiū fuisse Demetrii q Romę obses p Antiocho frē detinebatur. Et inde successiuā veteris Seleuchi plem. Hic Alexandro fugato oique Regno suscepto pacatis oibus in trāquillo positus ocio facile in socordiā luxuriamque collapsus/ suis cœpit haberi fastidio. Quod aduertēs (vt purgata iertia eisdem rediret in pciū) aduersus Arsaciden Parthorum Regem orientaliū Regū fultus subsidiis bellum mouit. Cui tantū fauit Fortūa initio: vt multis iā ex Parthis susceptis victoriis Regnum etia3 occupaturus videref. Ni sub specie pacis p fraudem illum cepisset Arsacides. Satis erat misero/ ex Rege deuenisse captiuum: set immoderatæ Fortunæ parum visum est. Egitque vt Arsacidę iussu catenatus per ora omnium ciuitatum suarum dedecorose in spectaculum traheretur. Hinc ab eodem in Hyrcaniam missus. Eique ibidem Arsacidę filia matrimonio iuncta est. Regni spe facta restituendi: quod post Clade3 Antiochus frater eius occupauerat illico. Qui quum caute seruaretur/ defuncto Arsacidę tracto in fugæ sententiam Calimandro amico/ illam cum eo Parthico adsumsit in habitu. Quod Phraartes qui patri successerat sentiens equitum celeritate qui compendia viaru3 tenuere/ iam euadentē retraxit a fuga. Castigatūque grauiter remisit in Hyrcaniā ad vxorē. Apud quā deinceps arctiori custodia seruatus ē. Cęterū tractu tēporis quū ex vxore filios suscepisset: & inde q̄si pignore dato laxius seruaref: captato tpe cū eodē quo supra iterū fugā cepit. Iterūque retractus ē. Talisq donat⁹ aureis cōiugi liberisq ꝯcessus tāquā in pdestinatū sibi carcerē tertio i Hyrcaniā est trāsmissus. Quid si Plębeio Homūcioni nedū Regio iuueni toties fugere/ capi/ trahi/ carcerariq ꝯtingat toties: nōne ifœlicissimū iudicabimus oēs? S3 qd? Tandem ostēdere voluit Fortuna aduersū se hoi3 momēti nullius eē ꝯsilia. Et sibi ad extollendos quos velit deprimēdosq multiplices icognitas esse vias. Et hinc vnū minus salus Demetrio spectabatur. Inde ei exorta libertas est: Antiochus quidem secretus Demetrii frater occupato Syriæ regno & Cleopatra demetrii coniuge sibi matrimonio copulata sublato Arsacidę/ ne more fratris segnitiæ damnaref/ omissam fratris infortunio in Parthos expeditionem adsumsit. Exercitumque plurimo auro argentoque conspicuum ducens/ plurium Præliorum victor & Babylone capta Parthisque intra terminos redactis finem impositurus nomini Parthico videbatur. Quamobrem exitium timens Phraartes ad retrahendum Antiochum Regnum patrium cum Parthicis auxiliis vt illud occuparet captiuum Demetrium misit. Sane quum grauis ciuitatibus in Hybernis exercitus Antiochi ex ꝓposito eēt die vna diuis⁹ cędif ois ab incolis. & hac eadē fraude Antioch⁹ fere sol⁹ a Phraarte vict⁹ et occisus ē. & sero Demetri⁹ ab itinere reuocat⁹. pnix qp pe aduolauerat facileq iā Regnū Syrię susceperat oē. Et sic hostis opere/ qď suo

Demetrius fraude capitur.

Demetrii fuga.

Demetrius secundam tentat fugā.

Antiochi expeditio in parthos.

nequiuerat/in Fortunam regni pristinam restitutus est. Qui duȝ iterum clara in fœlicitate regnaret delitiis abūdās: e memoria calamitates præteritę cecidere: Et animo aucto dū plusquā sibi opus sit īcaute cupit: misere pdidit qđ habebat. Nā elati mores pristini vltra naturale eius ingeniū apud Parthos Hyrcanosque longa consuetudine exasperati/Syris illum intolerabilem fecerāt & exosum. Nec aliud præter hostē ad eius ruinā videbať deficere. Quē ipse pollicitatióībus Cleopatræ Socrus suę īconsulte persuasus adiuenit. Ea quippe tēpestate Cleopatra cū Ptolemęo Euergete viro suo male ɔueniebat. Et idcirco vt eū amoueret a regno: generū cū exercitu conuocarat. Sȝ Euergetes q̄ dudū in patriā suam Demetriū reges egerāt vsus astutia/Zebennā iuuenē quemdā negociatoris Protarchi filium subornauit. Et tamquam vnū ex familia Regia resumturum sibi Syriæ Regnum cum ægyptiorum copiis transmisit in Syriam. Quæ illico incipiente Apamea rebellans Zebennā cui Alexandro nomen fuerat inditum suscepit in Regē. Demetrius ab ęgypto hac rerū mutatióe reuocatus extēplo aduersus inuasorē ɔseruit. A quo maxima cū strage suorū victus adq̄ fugatus ē. Egitq̄ Fortūa/vt q regnum Balæ abstulerat subornato: a subornato Zebēna spoliareť eodē. Qđ Demetrius tanto ęgrius tulit: quāto post exactis laboribus carceruȝ lætius possidebat. Hinc quū se ab vxore filiisque derelictum cerneret: ex tam ingenti Regno cum paruo suorum numero quasi vitam religione Herculei templi defensurus: exiuit: petiitque Tyrum. Cuius in portu naui vt erat miser egrediens iussu præfecti loci in littore obtruncatur. & ea agente quæ cuncta reducit in nihilum: anxietates finiuit exilii.

Ptolemęus Euergetes. — *Cleopatra.* — *Demetrius ab alexādro vincitur.* — *Demetrius obtrūcatur.*

¶ DE Alexandro Zebenna Syriæ REGE.



LVBET NON minus p ludos Fortūę vagari/quā Asiaticas enarrare ruinas. Ex eis qppe cū risu mista venit vtilitas. Vbi cū reliqs frequēter extorquet doctrinæ mista ɔpassio lachrymas. Stetit igiť mihi iā vacuo coram obsitus & lachrymis & mœrore Zebēna. Ex cuius forsan memoratu superiori tristis / ex negociatore originem/infandam audaciam suam/mentitam Regiam maiestatem/suam ingratitudinem & enormia sacrilegia reticens/tantuȝ infortunia deplorabat. Cuius ego adcensū noscens audiensq̄ descensū cū iā dicta plenius quā ipse faceret/quāuis verbis paucis/eius apire Fortunā disposui. Satis ostēsū ē Zebennā Euergetis fictióe & Fortūæ ɔ̄sidio Regē factū. Cui fictiōi (vt quod nō erat/esse firmus crederet) non modicū fauoris adtulit fleuisse Antiochi Regis corpus a Rege Parthorū remissuȝ: & summo studio ritu Regio sepeliisse. Throno igitur in Regio residens & fœlix iudicio suo mercimonioruȝ oblitus/ et in stolidā deuectus sup̄biaȝ/hos cōtemnere/paruipendere illos/alios ludere/ sese īsolēter agere vltra quā Regē deceat/& ī ɔmotorē suū Euergetē beneficiorū īgratus obloqui cœpit ignauus. Qđ etsi impatienter ferebāt Syrii: adeo tn̄ ęgre tulit Euergetes/vt versa mēte quē sublimauerat deiicere desyderaret ardēter. Nec opus desyderio defuit. Audiuerat qppe ex Demetrio/occiso a mr̄e Seleucho/superuiuere Gryphū ab eađ titulo magis quā regno īsignitū. Quē/quū illi filiā spopōdisset ī ɔiugē & misisset auxilia: ɔfestim suscitauit in Alexādrū. Ad quē quū iam

Alexander Protarchi negociatoris filius opa Ptolemęi rex Syrię constituitur — *Gryphus ob nasi magnitudineȝ dictus.* — *Ingratitudo potissima fuit regnj alexandro abrogandi cā.*

belli potens adpareret: Syrii ab Alexandro deficientes denuo confluxere. Tandē congregatis ab vtroque copiis in certamen conuentum est. Victusque Alexāder. Qui fugiēs sese ī Antiochiā ꝓtulit. In qua pecuniæ inops quū ꝫ stipēdia nequiret exhibere militibus. ex templo Iouis victoriæ signuꝫ ex auro solidum iocans se ab Ioue adcepisse victoriaꝫ/ tolli iussit. Set alia sup aliam ingruente necessitate Iouis simulachrum ex auro infiniti ponderis auferre ex templo Satagens/ audito a ciuibus sacrilegio quum in eum repens omnium fieret concursus/ sacrilegus se vertit in fugam. Et tempestatibus maris validis agitatus adque desertus a sociis errabundus a latronibus captus Grypho transmissus est viuus. A quo vt aliquando tam fictæ maiestatis delictum quam iocosum sacrilegium pœna debita solueret: occisus est. Nil ædepol tolerabile minus mercenario sublimato. Quum non aliter tales se videri posse nobiles arbitrentur: nisi sortem veterem consortesque despiciant. Et coacta quadam morū grauitate celsos natura homines imitando confingant. Et dum Ianitores Dapiferos & Pincernas statuerint Regiam veram generositatem adtigisse se existimant. Quid fastidiosius prospectare quam tales? Nō risus fict⁹/ nō sui charitas/ nō lurconū copia/ nō aularū ornat⁹ gn̄osos aīos facit: aut inesse ꝓseruat elatos. Se ipsū noscere virtutis exitus & initiuꝫ est. Cuius quoties fiunt immemores eleuati: toties ꝫebennæ casum merentur insipidi.

Alexandri sacrilegium et ioc⁹ ī iouē

Alexander extremo adfecti supplicio.

Pessimū est īfimæ sortis homuntio nēꝫ ad pinguiorē fortunā euehi.

Sententia

Sententia

Nosce te ipsum.

DOLENTES PAVCI.

BIRTVITVS Aruernorū Rex nō absque icelebri Romani spiritus nostra/ mihi a ꝫebenna soluto ꝑsto adfuit. Querebat̄q Gneo Domitio optati triumphi subripere gloriam/ qd̄ per maximam fraudem fide fracta captus sit: Romamque transmissus. Et ibi duꝫ magis turpiter de securitate rerū quā de iuris honestate curatur a senatu olim iustissimo ex decepto Rege iniuria adfectus captiuus & apud Albam seruari iussus effectus sit. A quo facile oculos auferre & aures Cleopatræ lamentationes querulæ potuere. Hæc vnguibus genas rigauerat. Discerpserat crines. & vestē disruperat lugubreꝫ & crebris singultibus imperfectas voces adeo infringebat: vt vix satis possem ex eis tanti doloris percipere causas. Aiebat enim (prout ipse percipere potui) se ex Epiphane Ptolemæo genitā/ adultam Philometori fratri In coniugiū datam/ & cum eo ægyptiis Imperasse. Eoque sublato a Cyrenis Euergeti fratri altero reuocato cū Regno se ipsam coniugem tradidisse. A quo medio nuptiarum sacro filiorū alterum suo in gremio fuisse confossum. Hinc quū iam ex illo filios peperisset: se abdicata/ Cleopatram filiam quaꝫ ante per viꝫ stuprauerat in cōiugē adsumsisse. Inde eius sæuitia ciuitatem veteribus colonis nudatā/ peregrinis esse concessam/ & quum is ob sua scelera timeret insidias: & cū noua coniuge liberisque in exiliū abiisset: primo bellū illi parasse. Demū ne loco sui primogenitus filius Rex ab ægyptiis diceret̄ a Cyrenis adcitum occidisse. Et quum ob immanitatē eius ciues e locis publicis illius imagines eiecissent: filiū quē ex ea susceperat membratim cæsum natale suum celebranti medio in conuiuio transmisisset. Et alia etiam plura inferis

Birtuitus aruernoꝝ rex

Cleopatræ infortunia.

Ptolemæi scelus infandum.

Ptolemęi crimia quā quę explanari possint execrabiliora.

infanda narrabat. Quæproculdubio in se calamũ vertissent ni Numidarũ astutissimus Rex iugurtha veniens vetuisset.

DE Iugurtha NVMIDARVM Rege.



TRAXIT (vt satis certũ est) Iugurtha genus a Masinissa Rege optimo Romani populi amico. Cui iter alios tres fuere filii Micipsa Manastabal & Gulussa. Manastabal vero genuit ex concubina Iugurtham. Quẽ ea de causa reliquerat moriens Masinissa priuatum. Micipsa vero/eo quod intimæ indolis adpareret/ad se illum vocauerat. Eumque cum filiis Adherbale & Hiempsale in Regia nutriebat. Tandẽ cũ subsidio Numidarũ in Hispaniam ad Scipionem æmilianũ bellũ aduersus Numantinos gerentẽ missus a Patruo/adeo se strenue in omnibus habuit: vt victa Numãtia pro cõtione summe a Scipione laudaretur. Et cũ literis laudum suarũ plenis ad Micipsã Regẽ missus/ab eo post modicum adoptatus in filium/eo moriente cum filiis par relictus est hæres. Erat aũt Iugurtha vir acris ingenii/ferocis aĩ/robusti corpis/& astutię copiosus. Nil illi iusiurãdi. Nil Sãcti nec Dei timor aliqs erat. Et iter cætera/maxĩa flagrabat regni cupidine. Ob quã existimans parũ sibi soli/quod tribus relictũ fuerat: quum iam in Hiẽpsalem non absque causa tacitũ concepisset odiũ: fraude in illum primos molitus ẽ impetus. Et opera cuiusdam Hiempsalis serui noctu in Thirmida opido illum occupat obtruncatque. Qđ crimen a Romanis iam auaritię deditis auro quibusdam dato piatum est. Inde iam nimium suis thesauris confidens/in Adherbalem palam irruit. Honerataque nugis legatione Romana quæ in salutẽ Adherbalis venerat: Illũ se obsidione victũ dedentem contra fidem præstitã per cruciatus plures occidit. Sic Rex solus factus est. Et per fratrum viscera/magnus metuendusque tam potentia quam ingenio arteque bellorum qua inter Aphros ea tempestate pollebat præcipuus/formidandus euasit. O fallax hominum spes. Arbitrabatur Iugurtha se quod per vim & nefas quęsiuerat posse pacifice possidere. Set quos fructus/proditiõis flores emittant illi vindex scelerũ Deus parua mora interposita demonstrauit. Nam dum eadẽ via/qua primũ purgauerat scelus/conatur expiare secundũ: non permittente Romana plæbe nimium nobilitati infensa aduersus eũ cum Consule missus exercitus est. Set incassũ. Ducibus eni corruptis pecunia exercitũ fere sub Aulo Pretore deleuit. Nec profuit illi auro in suam sententiam maximam Senatorũ partem traxisse & aliquos ex tribunis: Romamque iussũ se lugubri cũ veste venisse. Quinimmo postquam creditũ est eius opera Massiuam Gulussæ filiũ Regni Numidiæ petitorem Romæ occisum: Italiam euestigio iussus exire in Numidiã rediit. Qui ad ingeniũ versus arte punica conatus est/si possit/in longum trahere bellũ. Vt satis adparebat/plus i pei habens siquid in tempore Romę noui contingeret/quã in viribus suis fiduciæ. Et sic circumitionibus variis tam Legatos Romanorũ quam Consules aliosque belli duces frustrabatur. Quorũ auaritiam quũ Romana Plæbs aut suspicaret/aut cognosceret: aduersante nobilitate maxima omnium concordia Caiũ Marium

Primum iugurthę tyrocinium

Manastabal iugurthę pater.

Hiempsal Iugurthę iussu obtrũcatur.

Adherbal magna iugurthę perfidia necatur

Bellum iugurthę infertur ab romanis.

Massiua gulussę filius.

Caius marius consul.

humillimæ conditionis hominem/set acrem robustumque & gloriæ cupidum/ Consulem creauit. Eique Numidiam decreuit. Qui in exercitum veniens/eo purgato lasciuiis/magno impetu nunc arte bellica/ nunc fortunæ adiutus fauore in Iugurtham Numidasque prosiliit. Quem quum nec pecunia flectere nec ingenio fallere Numida posset:& ob id diffidere cœpisset: Bocchum maurorum Regem maximis promissionibus tractum belli consortem sumsit. Set Bocchus aduertens omnes eorum conatus Romanorum deleri viribus/facti pœnitens tam Marii Consulis quam Romani Populi gratiam petiit & amicitiam per legatos. Operaq̄ Lucii Syllæ tūc Quęstoris actū est vt Bocchi fraude Iugurtha in manibus Consulis traderetur. A quo paulopost Numidia omnis in deditionem suscepta est. Et quum pacatis rebus Romam victor Marius remeasset: maximo Popularium plausu currum antecessit Iugurtha catenis implicitus. Creditum demum est non veterum more Regem seruatum custodia/eo quod nimium eius versutia timeretur / formidaretque nobilitas/ ne qui Rex pecunia multos ex eis corruperat:captiuus detegeret. Set intempesta nocte adpensa corpori eius mole ex rupe Tarpeia deiectum in Tyberim necarunt. Sic qui fraude fratres occiderat: qui fraude bellum traxerat: qui luserat Romanos fraude: fraude irretitus est. Qui in Thesauris & Regni splēdore ac in potentia magis quam in persuasa sibi virtute voluptatem ac spem omnem posuerat: pauper/obscurus/impotens(& quod peius est)captiuus ab aliena virtute factus est. Qui per fratrum sanguinem regni culmen adscenderat: per abrupta montis in flumen ad imum descendit. Et sic qui nimio concupiuerat æstu: aluei gurgitis frigiditate tepefactus est. Acrioresque Fortunæ ictus sentiunt: qui de se magis quam de virtute confidunt.

Bocchus maurorum rex

Iugurtha capitur.

Iugurtha in tyberim deturbatur

¶ LIBER Quintus FINITVR.·

Joannis boccacii Certaldensis

¶ De CASIBVS Illustrium VIRORVM
¶ LIBER SEXTVS.·.

¶ COLLOQVVTIO FORTVNAE & AVCTORIS ET QVORVMDAM INFOELICIVM DEMONSTRATIO·.



IHI POST PAVXILLVM REQVIEI IAM CAlamũ resumẽti horridum monstrũ illud rerum ministra mortalium Fortuna adfuit. ℂ O DEVS Bone/quã grãdis illi statura/quam admirabilis forma/ Nõ inficiabor. Prospiciens timui. Nam ardentes minacesque illi erant oculi. Facies torua. Capillitium multiplex per ora pendulum. Manus credo centum. Et Brachia totidem. Varia vestis. Et ferrea vox. Quibus tamen incederet pedibus videre non potui. Et dum quid velit pauescens expecto: hæc in me defixis luminibus inquit. Quid insane tam friuolo labore consumeris? Tu nũc ab eoo cardine in occiduum solem/nunc ab arctico in Antarcticũ polum pernici velocitate discurrens/hos & illos quosdam carpis homines. Ex his videlicet quos meæ manus ad sydera euexere. Et demuz mersere sub inferis/casus eorumdem calamo describens tenui. Quasi duz paucis sub verbis amplissimos labores nostros restrinxeris: mortalium mentes ad sui cognitionẽ prouocatas existimes. Falleris. Quis/ præter te/non videat opera longe magis posse quaz verba? Sino deperdita multa: quibus frustra leges nostri ludi designans erudire viuentes conata sum. Et ad opus/circa quod inquieta sẽper sũ & nunc sublimia Imis/& nunc Ima sublimibus æquando/semper vbique nunc blanda/nunc minax/venio. Nec tantum Regias ædes aut sacra Imperatorum Palatia/quæ tu rimaris vt plurimum/visito. Set & pauperum gurgustiola/Pastorum tuguria/& Piscatorum mapalia perscrutor. Sane quum hæc in oculis omnium sint: neminem adeo rerum acerbitate lacessitum comperio quin si iterum blandiens in eum vertar: non ridicula spe resumta suscipiar. Quid ergo tu summotenus nostra tangens opera/fecisse verbis paucis arbitraris? Siccine cæteri defecere labores: vt solum hunc in vanuz adsumeris? Tum ego/illa iam quiescente/viribus resumtis incœpi. Noui equidem indefessa mollitie tua nil stabile esse sub sole. Verum (ne duz & ego ipse dissoluar: nomen meum sepulchro vna cum corpore claudatur: & ferarum ritu quæ solum ventri seruiunt/vixisse videar:) qualiscumque sit: laborem hunc volens adsumsi. Nec adeo demens sum: quin nouerim multa consistere quæ opportunitati possint scribendi amplissimam præbere materiam. Vt omnipotentis illius/patris omnium per quem omnia facta sunt: Cui persona triplex/& deitas vna est: miranda magnalia ac gloriam aperire. Omnipotentis Naturæ solerti indagine comperta secreta detegere. Et infinita ad ius tum spectantia reperire. Set vires metiri suas/& portabile humeris honus imponere permagna prudentia est. Agnosco quidem non esse pennas volucres mihi/ quarum adiutus suffragio cælos penetrare queam. Ibidem Dei lustraturus arcana. Vt demum mortalibus visa referem. Quæ etsi multiplici Dei gratia concedantur vt viderim: non mihi tanta verborum maiestas est/nec sententiarum grauitas/vt volens possim posteritati relinquere. Aequo modo/liquido fateor/non mihi perspicax ingeniuz est: vt rerum causas contingere possim: Restabat igitur auido/vt ad gremium tuum humanarum rerum confertissimum deuenirem. Vnde vates egregii adque historiographi illustres tam canendi quam scribendi indeficientem materiam iam sumsere. Cuius in conspectu dum sisterem & multa variaque mirabundus adspicerem:

Fortunę effigies.

Fortunę verba ad auctorem.

Auctoris responsum ad fortunã.

etsi mea auiditas me impellebat ad maiora:mei tamen cōscius viriumque mearū in extremo fere eiusdem forciunculam labori meo mea sententia congruam vi- dens obsistente nemine cœpi. Malleoque ingenioli mei subpositā hucusque ꝑ- tendi. Quam tu nunc nimia stili humilitate vituperas. Quasi ob id lectorum cor- da mouere non possit. Negare Tulliana incude fabricatum eloquium magis pos- se quam rude/ stultissimū est. Set nec rude caruit effectu quandoque. Eo namque in patrum gratiam e sacro monte Plębs Romana in vrbem reducta est. Fide po- tius quā eloquentia suadentis inspecta. Nec mihi cū bene dispositis nō multuȝ laboris est. Cum reliquis satis/si sentiāt/quocumque modo sentiant/potentes e culmine lapsos:& inde se deiici posse quandoque. Tenui igitur stilo meo pluri- mum prodesse reor talibus. Vbi tu ruinarum tonitruo non monitos set adtoni- tos facis. Experientia quippe docemur/si nimium equos calcaribus vrgeamus non promtos ad iter:set vt plurimum retrogrados facimus. Vbi si molli virga cędantur:insidentis sequuntur arbitrium. Et vbi tormentis incorrigibiles non mouentur:corrigibilibus non minus prosunt lenia verba quam verbera. Lenis verborum tinnitus feroceȝ æacidæ animositatem sedauit sæpissime:quā nec ar- morum fragor/nec Troianorum militum vires/aut Agamennonis indignatio- nes vnquam potuere flectere. Set quuȝ te moto turbine a facie terrę cuncta posse subripere nouerim:quæso supplex vt tua gratia cœptū secundetur opus. Et qđ obscurum præsentibus nomen meum est:tuo illustratū fulgore clarum apud po steros habeatur. At illa vultu mitiori subridens inquit. Eo quod in profundum consiliorum nostrorum/mentiū mortalium penetrare non potest acumen:Inex- orabilem/inconsultam/cæcamque/vti parietibus impingitis arbitramini Fortu nam. Quum vos sitis ab adpetitu concupiscibili occæcati. Nec tu credis aduertā quantum aduersus me mente distes a verbis. Memini quibus ignominiis/qui- bus blasphemiis/qbus execrationibus/si potuisses me lacessiueris olim. Nūc sto lidam vocans/ nunc orbam/nunc Inuidam/Homicidam/Inimicam/Nouercāq; eo quod ineptas cupiditates tuas hactenus non expleuerię. Et(quod ægrius tuli) risisti iam plurimum a paupertate me audiens superatam. Et nunc quasi & ego vti frequenter inexpertæ Puellulæ blanditiis mendacisque falluntur/falli possię: supplex meum exposcis subsidium. Noui & satis noui quam geras mentem. Et meis in viribus habeas fidem. Set qualiscumque tibi sit animus:animum flexisti meum:& mutasti consilium. Iam ingenium iamque opus commendo tuum. Et dum solers cœpta sequaris orationi tuæ fauor non deficiet meus Qui & Certal- dum tuum inter clara ueterum nomina numerabit. Quod vt credas:initium da- bo operi ante discessum. Sentio enim te suspensum discutere quem ex multis ad- stantibus miseris sumturus sis:An Lucium Apuleium Saturninum. Cuius inso- lentiæ & audaciæ comitiorum tempore Romano cruore sæpissime madefactum Campi Martii solum testimonium est. Et dictum patribus conscriptis in curia murmurantibus/ni quieueritis grandinabit. An Glaucum satellitem Consulem factum eo quod a splendore tam lucido in Capitolio obsessus sit/adque ad de- ditionem coactus Plębisque tumultu quam sepe tribunus erexerat fustibus inte-

Sui stili humilitatem cōmendat auctor.

Cōparatio.

Verbis quā verberibus sępenume- ro pręstat i nocentes aiaduertere

Cæcutire fortunam cæci dictitāt mortales.

Superbum Apuleii di- ctum.

ctis ac lapidibus fuerit oppressus. Et eius caput trunco cætero demtum per conuiuia in ludibrium deportatum sit. An Marcum Liuium Drusum cuius quantu3 egregia fuit nobilitas sanguinis/tantu3 superbia & ambitio adque perfidia detestanda. Cuius dum acta reuoluis: miraris illum in Asia Questorem magistratus insignia renuisse. Seque dixisse insigniorem esse insignibus. Vel se præter/nil velle videri insignius. Miraris & illũ dicentẽ nil obmisisse q̃n partiretur hoibus præter cælum & cœnũ. Demum fronte curua gemere suum compertum facinus Nabdalsam scilicet Mauritanum Principem q̃ sumta pecunia a Boccho Maurorum Rege eundem Elephanto obiiciendum proditorie tradidisset. Et quod in media postremo Plæbe mortis inhonestæ datorem compererit. An Cepionem cuius Prætorius fulgor Triumphus splendidus decus eximium Consulatus Adque maximi Pontificatus Sacerdotium patrociniumque Senatus eo decurrerunt: vt catenas indueret publicas. Spiritus eius a funesto fuerit carnifice pulsus. Cadauer in Geminis scalis spectaculum horridum ciuibus suis præbuerit. Et inde prospectas Fanaticum Cyrum/ & pastorem Antonium adque gladiatorem Spartacum/quos abiectis ergastulis tantũ me fauente seruilis manus & ex Romanorum ducibus adeptæ victoriç extulere: Vt eorum aliqui Regum purpuras/ & quida3 fasces Imperiales non verere̅tur adsumere. Quamquam postremo gladiatore cæso alii crucibus pœnas darent. Sic & Viriatum lusitanum ex pauperrimo mercennario Imperatorem factum/cui non minus ad culmen Virtus quam ego fauit. Qđ a longo labore q̃sito decore Cœpionis opera adque satellitũ suorum perfidia sit morte repe̅tina sublatus. Quos etsi igentia nostrç potentiç argumenta sunt: tamen volo postponas. vt quos monstrauero successiue operi adnectas tuo. Nec mora & ecce ante oculos meos mulier Imperiosa deduxit madidis gemitu genis squalida barba incompositis comis funesta veste adhuc ciuili sanguine respersum ærumnosum Marium arpinatẽ. dixitque. Quem cernis ex humillima fere lixarum fçce in septimũ Consulatu3 vsque deduxi. Totque spendoribus exornaui: vt nullus adceptiores çuo suo triũphos deduceret. Verũ q̃m nimiç ambitiõi suç digna satis sũt p̃mia ꝯsequuta: maxi3 poteris ex eo exe̅plũ murabilitatis oste̅dere. Hinc deduxit in mediũ Mithridatẽ Ponti olim Regẽ clarissimũ & ait/ vides ne hunc? Huic ego quod nemini alteri concessu3 est/permisi aduersus Romanos iam toti dominantes orbi in quadragesimum & amplius annum variis cum euentibus trahere bellum. Quẽ ego quod eius finis longe fuerit aduersus principio ostendere volui. Subsequenter traxit tertium Hyrodem scilicet quondam parthoru3 egregium Regem. Qui tumore gentili deposito/quasi demens mœstusque pro lubito se trahi permittebat a monstro. dixitque. Huius ego maiores a Scytharũ exilio in Reges amplissimos sublimaui. & in tantam produxi potentiam/ vt huic Romanorum exercitus superare concesserim. Set eum iam nimis elatum subita reuolutione ꝓstraui. Exinde subsequebatur & quartus. Quẽ vbi primum vidi: Pompeium Magnum ea etiam non dicente existimaui. O spectaculũ piu3 & miserabile. Madens erat adhuc vndis ægyptiis/ vdorumque fragmentorum fumo luridus vix ceruice3 sustentare posse videbatur. Quem dũ ego

Drusi vox non parum supbie p̃ se ferens.

Cœpio

Spartacus.

Viriatus.

Marius.

Mithridates.

Hyrodes.

Pompeius.

spectarem: illa dixit. Huius ego gloriaȝ tam Reges superádo quam etiam regna dádo vsque ad sydera sūmo cū fauore portaui. Tandē (vt liqdo quá fragilis esset mūdanarū rerū splēdor ostēderē) infœliciter pugnare/ eū fugá capessere/ & i manibus ægyptii pueri vt occūberet ipsa pmisi. Inde duxit & quintū. Cuius ego placidá adque venerabilē faciē quáuis tacito mœrore pmotá/ & morū grauitatē adspiciens/ vti erat/ pmagnū quiddá arbitratus sū. Ná intuēti mihi si forte cognoscerē/ pueniens illa inquit. Quē pspicis pmagnus & apud Philosophię alumnos vir celebris est Tullius Cicero Romani Princeps eloquii. Cuius eo qd Fortunas noueris/ ptenta ante oculos posuisse tuos tá laudes quá ærumnas silebo. Tu aūt et huius & reliquorū qd videbit scribito. Fineque verborū facto in liquidū aera euanuit. Ego aūt tá visa quá audita repēsans obsequendū iussis eē existimans: vt eo quo monstrati sunt ordine operi adplicarem: marium sumsi priorem.

Cicero.

¶ De CAIO MARIO Arpinate.



RPINVM OLIM haud ignobile Volscorū opidū fuisse testat antiquitas. Ex quo patre lignario fabro Caius Marius traxit originem. Et (vt quibusdam placet) puer per annos aliquot patrē/ & castra sequutus est. Demū quum iam experientia rerū ætate & corporis robore aptus militiæ videretur: Romam se contulit. Vbi facile tam industria militari quaȝ solertia armoruȝ & virtute corporea cognitus/ Tribunatū militū & magistratus alios adeptus est. Cuius post inexplebilē aīm quā ardor ifestus vrgeret: Consulatū bñ gestis in Aphrica rebus/ ab Aruspice sacrificáti magna portēdi dicente suasus/ Romá postulaturus aduenit. Cui etsi ad tá grāde obtinēdū Imperiū solę veterū deessēt imagines: tñ i odiū Nobilitatis q̄ tūc grauis erat Plębi: nō solū p voto Cōsulatū obtinuit: verū & Numidia illi puicia sūmo Plębis psēsu designata ē. Quá pres iá progato Impio Metello decreuerát. Hác ipe tá solerter quá strenue ardua cūcta agēs/ qd p ános pluscu los nequerat auro corrupta nobilitas/ itra ānū Iugurtha Rege capto subegit. Et tá clara victoria táto splēdidiorē vrbi sibiq̄ triūphū duxit: quáto despectiorē illū Metellus aliiq̄ Nobiles habuerát. Set nō hic Virtus & Fortuna viri tenuere gradū. Ná quū ob tá celebre facinus adque Reipublicę opportunū i eo spes oīs publica posita videret: Cymbris: Theutonis: Tigurinisque Barbaris & immanibus natiōibus sedibus suis pulsis/ & infestis agminibus Romano noī exitiū minitátibus/ tribus iá victis Romanis ducibus/ exercitibusque fusis/ & captis castris/ tripertito agmie alpes Italiá claudētes supantibus/ obuius missus ē. Cui tñ Fortūa fauit: vt pmo apd aquas sextias i ipsis Alpiū radicibus cū Theutonis descendēs in Aciē eos mira suorū virtute superet. Regemque eorū Theutobochum superbissimū ac proceræ staturæ hominem fugientem caperet: et in vinculis Triūpho seruaret. Et inde conuersus in Cymbros eos pari fœlicitate in campo Caudio pugna duplici sterneret. Nam primo cum viris ab eo acriter prælia tum est. Et cædes ex eis acta permagna. Et inter alios Beleus eorū Rex viriliter dimicans occisus. Inde cum superatorum vxoribus Quæ quuȝ ab Imperatore non impetrassent posse Vestali sacrificio vti: compositis in moduȝ valli vehiculis/ Inde Elisis ac suffocatis infantulis sudibus iaculisque sese ad pugnam

Marii patre mario mre vero fulcinia genitus gesta.

Mario consuli numidia decernitur.

Theutoboc9 rex a mario vincitur.

Cymbri superantur.

Virile mulierum facin9.

sese ad pugnam disposuere feroces. Et obstitere diu. Tandē cernentes suum labo= rem a Marianis frustrari/mutuis vulneribus aut laqueis in mortem ruentes vi= ctori cadauera reliquere. Erat & in Tigurinos iam duplici insignis victoria pro= cessurus. Ni e saltibus Noricis illos dissipatos fugatosque per varia audiisset. Ro mam igitur rediens summa cum voluptate Plæbis Capitolium ex hostibus tam tremendis Triumphans adscendit. Cuius in testimonium Liberi Patris more deinde Cantharo in poculum semper vsus est. Quid multa huius viri p serie3 splendida referam? Ad sextum quippe Fortunæ munere Consulatū ad hocvsque tempus delatus est. Et quoniam crebra dignitatum adsumtio non sitim sedasse gloriæ set auxisse visa est: non forsan inepte quis arbitrabitur in indignationem fauentem hactenus/versam esse Fortunam. Eo namque iam annoso Lucio Syllæ Consuli Mithridaticū bellum decretum est. Quod ipse/non quod illi tantum/ set quod sibi non fuisset decretu3/ęgerrime ferens/suffragio Sulpitię Legis/qua prohibebaī ne cui absenti prouīcia designareī: decreto/cœpit obsistere. Sylla aūt qui ad ꝓterendas reliquias socialis belli tunc forte in Campania cū exercitu mora baī: hæc audiens/adeo ipatienter tulit Vt repēte legiones i Romā & Marianos conuerteret. Quo quū citato cursu pueniisset ignefaciēte viā per Exquilinā Colli= nāque Portā gemino itrans agmine/victor arcē Capitolinā occupauit. Marius aūt fugiens quum in Minturnensium Paludibus sese abscondisset: ex eisdem ab insequētibus luto plitus turpiter eductus ē. Et Minturnēsibus vt carcere seruareī exhibitus. Quo victoris iussu Cymber qdā seruus ferocissimus i cędē eius mis= sus est. Cui quū insurgeret Marius quãuis senex & inermis esset/auctoritate ar= bitror veteris maiestatis Cymbrū perterruit adeo: vt in eu3 nihil insuper auderet. Factū puto ne is qui Regē Cymbrorū virtute superauerat/a seruo eiusdē natiōis opprimeretur. Dū igitur seruus Mariū adtonitus ꝓspectaret: Marius occasione captata carcerē exiens apud Phaniam mulierem Minturnensem latuit paulisper. Inde existimatione sua Asino prę mōstrante transfretauit in Aphricam. Vbi quū nondū potuisset famā veterē nouo infortunio offuscare/facile ex quacumque hominum manu congregauit exercitum. Cui se Cornelius Cinna iungens in Ita= liam rediens/vrbem cuius a Senatu iudicatus fuerat hostis/repetēs/ quadripar= titis copiis/maxima cum Romanoru3 cæde intrauit. Nam Cnęi Octauii Cōsulis caput abscissu3 pro rostris positū fuit. Merula flamē dialis ante ipsū Capitolinū Iouem per vulnera spm̄ emisit. Crassus & eius filius propriis in ædibus trucidati sūt. Catullus haustu ignis aduersariorū man⁹ effugit. Bebius & Numitorius aliiq̄ plures vi carnificū p mediu3 forū tracti sūt. Quis multorū strage3/Quis fugam/ Quis exiliū narret? Per horū nēpe sāguinē miseriasque septimā Cōsulatus purpu ram Marius adeptus ē. Cuius nec finē videre Fortūa nec eo vti pacifice passa est. Nā qui aufugerant ex clade Senatores precibus Syllam ad extinguendam Marii rabiē ex bello Mithridatico reuocarūt. Qui quū iam plurimū Mithridatis vires extenuasset: omisso cœpto ꝑsto adfuit. Quas ruinas/Quas mortes/q̄ icēdia/hui⁹ aduētus dederit eēt describere lōgū. Quãuis nō a materia alienū. Victis igr̄ pluri= bus ꝯflictibus Marianis/& mltis ex Marii ducib⁹ ac exercitibus cęsis/vrbē Sylla

Triūphus. | Lex sulpitia | Odiitiler syllā & mariū rationes. | Marius sui vultus ma= iestate cymbru3 reddit adtonitu3. | Liberatus marius. | Cornelius cinna. | Varię ciuiū romanorū cędes. | Septimus marii cōsu= latus.

Sylla victor vrbem ingreditur.

victor intrauit. In qua quũ in oẽs eiusdem grassarẽtur satellites: occidendo quos vellent: (vt de cæteris sileam) Marcus Marius Marii ducis frater apud sepulchrũ Catulli / seu (vt placet aliis) Luctatiorum ex caprili casa distractus effossis oculis abscissis manibus cruribus fractis mẽbrisque cęteris laceratis cuꝫ maxima mentis angustia p partẽ corporis oẽꝫ tristem emisit spiritum. Inde caput illi abscissum & pręneste quo Caius Marius abierat: eideꝫ transmissum est. Quo viso iam fractus rebus aduersis vltima despatioue correptus est. Et ne in manus Lucretii a quo ob sidebatur viuus incideret: Cuꝫ Telesino mortẽ spopondit mutuam. Verũ quum ipse in eum violẽtius irruisset Nec a Telesino ictu suo mortuo fere læsus fuisset: seruo ceruicem percutiendã præbuit. Et sic laboribus cruentęque senectuti fineꝫ imposuit. Set adhuc odii Fortunæ durante impetu in tantum sæuitia Syllæ fremuit: vt etiam sepultum Marii iuberetur violari cadauer. Quod quũ atrocius fieri non posset: sumtas ex loculo reliquias proiici fluminis iussit in alueum.

Marci marii mors truculentissima.

Triste marii fatum.

Marii cadauer abiicitur.

¶ PAVCA de Nobilitate.

Nobilitas: quid sit.

ET SI PRAEGRANDE lubricæ Fortunæ Marius exempluꝫ est: non minus verę nobilitatis argumentuꝫ esse arbitror. Quippe nil aliud Nobilitatem esse quam quoddam splendidũ decus / in recte prospicientiuꝫ oculos morũ facetia & adfabilitate refulgens surgens / ex alicuius habituata aĩ voluntate & opere ꝓ viribus exequutioni mandata / spernẽdi vitia imitandęque virtutis. Quod nõ aliter posteris hęreditario vel legatorio seu quo mauis iure alio linqui potest quã scientia aut ingeniũ relinquat. Nec ob præteritorum famosas imagines lares icolit successorũ. Sola quidẽ mẽtis puritate lætat in quocũque vl vbicũque sit. Et ab hac suasus Marius nouus homo purgauit exercitũ / quem labefactauerat Metelli Nobilis auaritia. Superauit hostem qui senes Nobiles sępe superauerat duces. Ligauit Regem qui nobilium mentes auro persępe ligauerat. Quid ergo? Quũ illos ignobiles fuisse liquido constet: non istum nobileꝫ stante virtute dicemus? Virtutes quideꝫ colere / studiose agere / vitia omnino damnare / repellere fugere necesse est volentibus Nobilitatem certissimam non vmbratilem possidere.

Marii commendatio.



¶ CLEOPATRAE tres Miseræ.

QVAMQVAM multũ mãdatorũ Fortũę memini: vix obsistere tñ potui quin miseriis Reginarũ quarũdam adsistẽtiũ mihi pauca de Nobilitate scribẽti p̄berẽ obsequiũ. Nã añ alias Cleopatra erat Prio Alexãdri Sebennæ coniunx. Inde Demetrii. Et tertio Antiochi Syriæ Regum omnium. Tot variis ex casibus viduitatibus misera & longe magis iussu suo ob Cæsum Seleuchum filium. Quia se irrequisita sumsisset patrium Diadema. Et postremo quod adfecta Regimine Gryphi reliqui filii duꝫ eum veneno subripere conaret: ab aduertẽte compulsa sit id adsumere quod parabat. Inde Cleopatra altera vxor Euergetis Regis ægypti suum ante alia dedecus execrabatur qđ matris effecta sit pellex. Iñ cũ viro exiliũ passa. Ac post viri mortẽ nõ quẽ optauerat ex filiis regni sociũ / vt testamẽto cõstabat Euergetis / ſꝫ alterum sumere coacta sit. Quo in exilium pulso quum alterum sublimasset: ab eo Regno vitaque priuata sit. Deflens

Cleopatra a filio quem regem instituerat interemta.

Cleopatra quod parauerat filio toxicum hausit.

anxie tertia sequebatur se miseram dicens eo quod a matre viro quem diligebat subrepta & Cyricœno Antiochi filio nupta in bellum aduersus Gryphum infœliciter cum viro sit lapsa. Quo fuso ipsa in Antiochia obsessa vi armoruз ad deditionem a Grypho coacta ad vitam tutandam Deorum suffragio in templum confugerit. Iussuque Gryphinę sororis suæ Gryphi vxoris quũ euelli nõ posset ab amplexu simulachri decisis a militibus manibus primo ciciderit. Inde per multa vulnera sanguine fuso expirauerit. Quãuis tã dirũ scelus Cyricœnus postea victor truncato Gryphinę capite/tã templũ quã Cleopatræ piugis manes piauerit. Magna quidẽ hęc. Set iam Mithridates maximũ orientis ac splẽdidũ sydus adstabat. Et mira obfuscatus caligine imperantis vt iussa prosequerer poscens in se calamum me volente conuertit.

Gryphina.

Miseranda cleopatrę cędes.

❡ De MITHRIDATE Ponti Rege.

FINITO(vt paulo altius repetam)aduersus Aristonicum bello/Mithridati Regi Ponti in præmiũ a Romanis maior Syria data est. Qui morte repentina subtractus vnicum melioris sexus superstitem/cui & Mithridates nomen fuit/filium admodum paruulum dereliquit. Cuius magnitudinem futuram Cometen miri fulgoris natiuitatis suæ tẽpore per septuaginta dies omnem Asiam per quatuor noctis horas illustrantem præmonstrasse existimatũ est. Huius pueritiam(vt reor)non ad inferendam iniuriam set ad exacuendũ ingenium/excitandamque virtutem acriter Fortuna concussit. Naз tenellus adhuc nec magna per ætatem potentia a tutoribus suis fero & fere indomito equo/vt illi sub ioci figmẽto mors ex feritate bestię inferretur:impositus est. Cui insidens etsi non viribus animositate tñ ac aliquali arte Natura potius commodata quam doctrina quæsita/quam voluit Legẽ imposuit & domitam fere reddidit beluam efferatam. Inde a necessariis veneno petitus est. Quod percipiens iam astutus nõ solum vitauit illud:set ad futurũ antidotis præparare se sollicite cœpit. Post hęc quum maculata fides illi suspectos redderet suos:ne forsan quod veneno nequiuerant hostes ferro perficere tentarent:venationem summam sibi delectationem adferre sagaci finxit astutia. Et vti hac tractus suspicante nemine cũ paucis regnũ/vrbes/& amicos voluntaria fuga reliquit. Et solitudinem syluarũ ac aspreta saltusque montium quorum abundantissima prouincia illa est:soliuagus per Septenniũ rusticorum ẽt hospitia tãquaз minus tuta fugiens/peragrauit. Sopnos adque quietes per lustra ferarũ Cauernas arborũ & antra montiũ securiores ducẽs/quã fecerit adulescẽtiã suã i manibus spernẽtiũ subditorũ. In his ignot° & ignoratus a cũctis aqua agrestiq́ cibo viuens sępissime velocitate pedũ syluestres capras cervosque sequutus adtigit Cursuque celeri fugatus aut a fœta Sue ceu irata Leęna vel furente Tigride salutem petiit. Et nonnullis expectatis ac acri robore superatis euasit. Et aliquando vires robustissimorum iuuenum incognitus ludis aut pugnis victor expertus est:Et ne cuncta exilii voluntarii acta ptractem:exercitio tali vitã seruauit illęsam. Et reddidit corpus ad labores quoscumque tolerandos fortissimum/& animum pariter ad audenda quæque promtum. O nouerca virtutũ mollities:etsi cuiuis ętati aduersa/adulescẽtiæ quidẽ perniciosissima hostis

Cometes in dolis mithridaticę prenũtius.

Structæ in mithridatẽ isidię.

Vltronea mithridatis fuga.

☞

In mollitiez.

est. Nam si fuerit eius blanditiis adtracta: & eius resederit inclinata in gremio: Non ipsa periclitatur tantum: Verum de reliquo vitæ actum est. Quæ si etiam protrahatur longissima/confecta huius exitiali tabe semper in peius excrescendo dilabitur. Talem igitur/suis iam eum mortuum existimantibus/se viuum Regemque repente Mithridates exhibuit. Quo aduentu quamquam stupidos incautosque occuparat: Primo vt sæuiret in suos: crimen coegit alterius. Laodice quidem soror adque coniunx eiusdem ob existimationem mortis absentis lasciuiens in amicorum luxuriam venerat. Conceperatque filium. Quod scelus vt tegeret: Veneno subripere virũ conata est. Ipse p̃monitus morte tentantis adulterium venenumque p̃iauit. Hinc elatum animum non solum vt Regnuʒ seruaret patrium: verum vt illud amplificaret: erexit. Quod nec effectu caruit. Dubium tamen vtram illi adiutricem dixerim magis. Virtutem/an fraudem. Quum vtraque abunde vsus sit.

Laodice mithridatis vxor veneno periit.

¶ Primo quidem Nicomede Bithyniæ Rege socio adcito Paphagoniam adgressus cepit. Et cum eo diuisit. Quam quum intercessione Legatorum Romanorum suo Regi restituere renuisset: Prima causa aduersus Romanos belli gerendi fuit. Inde Galatiam occupauit nullis exterritus Romanorum minis. Demum quum Cappadociæ Regnum cuperet: ministro Gordio per fraudem Ariaractem Cappadociæ Regem cui Laodicen alteram sororem suam coniugio iunxerat/interemit: Set a Nicomede post Ariaractis mortem præoccupatum audiisse indignanter tulit. Et quum iam de morte filiorum Regis occisi præcogitasset: eo quod viuentibus illis frustra patrem occidisse videretur: nouo Rerum successu ad aliud facinus vertit ingenium. Finxit enim Rex sagax quasi pietate motus se velle sorori ac nepotibus aduersus Nicomedem auxilia exhibere. Set comperiens sororem Nicomedi matrimonio iunctam/ex ficta in ueram pietatem deueniens/ congregatis viribus pulsoque Nicomede nepotibus Regnum restituit. Post hæc quasi pietatis habitæ pœnitens/ad ingenium vetus rediens/pro Gordio inter eos vt ipse volebat orta seditione/parantur ex vtraque parte ingentes exercitus. Quorum in medio quum se cum nepote colloqui petiisset: noua ac astuta vrbanitate seruatum ferrum capulo tenus adripiens Ariaractem iuuenem trucidauit inermem. Regnoque potitus illud paruulo filio suo sub Gordii custodia tradidit. Set rebeliantes tractu temporis Cappadoces ob immanitatem præfectorum eiusdem/Quum sibi a Romanis Ariobarʒanes quidam Rex præfectus esset: inita cum Tygrane Armeniæ Rege societate improuisum adgrediuntur. Qui fugam capessens vacuo relicto hostibus Regno Romam se contulit. Et sic iterum Cappadocia iuris Mithridatis effecta est. Nec minus hoc eodem tempore Nicomedem Nicomedis Regis Bithyniæ filium Regno etiam spoliauit. Et (vt paucis amplitudinem omnem eius complectar) paruo in tempore potentissimus omnium regũ Orientalium factus est. Et si ociũ semper habuit exosuʒ: perspicax tñ & alti cõsilii fuit superstitionũ spectator & secretorũ naturę morũque hoiʒ iuestigator egregi⁹. Quãobrẽ Phõs habuit/Hariolos/Poetas/historiographos/Medicos/aliosque cuiuscumque sortis sapientes. Cum quibus si quid

Ariaractes cappadociæ rex fraude mithridatis obtrũcatur.

Mithridates nepotẽ dolo transfixit.

Ariobarʒanes.

Nicomedes regno spoliatur.

Studia mithridatis.

bellicæ rei supererat temporis: colloquebatur. Eosque in dubiis consulebat. Et (quod imperanti perdecorū est) viginti duarum gentium Idiomata didicit varia. Ne oporteret vt cum illis quibus imperabat per interpretem loqueretur. Fuit illi pręterea inter alias vxores Hipsicratia charissima. A qua ardentissime amabat. Vt tempore opportuno maxima consolatione sua expertus est. Verum quum iam subtractione regnorum Ariobarzanis & Nicomedis ac etiam edicto sæuissimo quo ab Epheso omnes vna die Romanos qui in suis Regnis reperirentur/ occidi iusserat. Aduersus se Romani Populi odium conuocasset. Et bellum audiens iam ab eisdem parari: certa cum Tygrane Armenio firmata societate Cymbros & alios Gallos & Gallogræcos Sarmatas & Basternas aliasque multas Barbaras nationes variis legationibus & muneribus & blanditiis aduersus Italos irritauit. Et in subsidiū suum adlexit. Inde misso Archelao præfecto cum multitudine armatorū Cicladas omnes Delon & Eubœaz nobiles Gręcię Insulas ac eiusdem insigne decus Athenas primo impetu occupauit. Et hoc tāta Rerū gestaruz fœlicitate actū est: vt fere videretur votis regiis Italia aperiri. Hinc præfecto/ne vlterius baccharetur incendium: Lucius Sylla cum exercitu venit obuius. Nec minori virtute subrepta recuperauit: quam ille occupasset fœlicitate. Et Archelao apud Cheroneam & Orchomenuz debellato ac exercitu eius pro parte maxima Cæso in Asiam trangressus est. Ibidem vero quum quasi Asia omnis incipiente Epheso deficere ad Romanos videretur: & virium pars maxima sub Archelao deperiisset: Mithridates perterritus per eumdem Achelaum Regnis Ariobarzani ac Nicomedi restitutis cum Sylla Pacem pepigit. Demum quietis Impatiens/quum ad eū crescentibus discordiis ciuilibus Fannius & Manius de exercitu Fimbrię difugissēt: inito eorū opa per legatos in Hispania cū Sertorio Mariano duce fœdere/et Martio Varo in eius consūmationez etiam suscepto/ redintegratis copiis Pace fracta bellum resumsit omissum. Et mare complerum nauibus ac flumina. Et terra militibus. Cyzicuzq̄ nobilissimā Asie vrbem Romani Populi sociam obsedit. Quo veniens Lucullus iam victis Mario & Eumacho ducibus apud calcedonem a Publio Rutilio ac Fannio & Metrophane Mamercho obsidentē fossa circūobsedit. Et p nuntiū geminis vtribus suspēsū natantēque p medios hostes opidanos sui aduētus certiores fecit. Ac spe futuræ liberationis impleuit. Mithridates vero iam fame pesteque laborans dimissis copiis clam fugā adripuit. Sentiēsque se suosque a Lucullo consequi/astutia Barbara vsus/quasi ad explendam Romanoruz insequentium Auaritiam Sarcinas et Thesauros Regios passim fundi relinquique iussit. Vt eo pacto posset sistere Insequentes. Set in Cassum factum est. Tamque ingens suorum multitudo est cæsa. Vt Granicus & Esopus amnes secundum quos agebatur fuga/occisorum sanguine turbarentur. Porro Mithridates & si vulnus profundissimum susceperat: & Marium iterum a Lucullo cum copiis fusum audierat: non ꝓpterea ab icœpto destitit. Sz parata cētū nauiū classe maris Fortunā expiri voluit. Et aduersus Bizātiū ex Pōto nauigās tā grādi tēpestate correptus est: vt arma ꝑ Romanis Neptūnus sūsisse videret. Nā adeo a vētis vndiq̄ & crebra grauique inter se

Hipsicratia. | Duas & viginti linguas callebat mithridates. | Edictum mithridatis | Motus mithridatis in romanos. | Archelaus pręfectus. | Luci' sylla. | Pax initur. | Instauratur bellum. | Cyzicus. | Mithridates vincitur

Mithridatis naufragiū.

nauium collisione quassata est classis: vt nec ipse etiam Mithridates a naufragio euasisset: ni Mioparōe ab Archipyrata vndis fuisset subreptus. Lucullus vero a lieno labore victor/quum iam Apameam aliasque vrbes plurimas diripuisset: transiuit Euphratem. Et ibi parua commilitonum manu Mithridatem & Tygranem iūctos cū exercitibus eorū miserabiliter fudit. Exquo prælio abiectis Regalibus ornamentis Tygranes cum paucis aufugit. Lucullus aūt Romam rediturus nondum peracto bello Pompeio successori suo victorem resignauit exercitum. Mithridates etsi multum vires adtritas cernebat: nil propterea minuit animi set Iberos: Caspios: Albanos: vtramque Armeniā & Orientē omnem ac Septētrionem mira celeritate quasi ad commune incendiū extinguendū solicitauit. & traxit in arma. Et ipse cū suis expectaturus in armenia sub Adrasto monte consedit. Pompeius vero ne cuȝ omnibus pugnam capesseret: pfestim cum exercitu eo se contulit. Et castra Mithridatis obsidione circūdedit. Mithridates aūt per noctē eruptione facta vt se iungeret aliis/iter cepit. Quem quū sequeretur Pompeius: contigit quod surgente iam nocte concubia nocturno cæli iubare Luna aduersus fugientem militare visa est. Nam quum radios semipleno orbe funderet: Et Regis Militum terga feriret/ac eorum præ se longissimas porrigeret vmbras: accidit: vt vere fatuo omnes caperentur errore. Crederentque quas ipsi faciebant/vmbras hostes esse iam superuenientes. Set quid nocte non suadet fugientibus timor? Expediuere igitur ob hoc arcus Sagittas & gladios. Et tela in vacuum vibrantes aerem/fere prius arma viresque consumsere: quam quos ipsi putabant cædere aduenirent. Quibus tandem aduenientibus fere inermes Cęsi fugatique sunt omnes. Mithridates noctis adiutorio tutus fugit. Qui a Philosophis & amicis omnibus derelictus cum Hipsicratia Vxore quæ ob ingentem in eum amorem celebri formositate sua spreta tonsis crinibus masculino in habitu armis & equitatu adsueta eum per omnia bellorum pericula sequebatur: Non absque muliebris fidei solatio solus per deuia ac salebrosa loca & saltibus variis impedita/equum manu trahens in Castellum quoddam diuertit. Et in Armeniam iterum se recepit. His igitur & si anxia agitatione fessus non tamen adhuc fractus est Mithridates. Set regno suo vicinus cogitauit cum ea quaȝ colligere posset multitudine per Thraciam Macedoniam & Græciaȝ in Italiam armorum virtute penetrare. Vrbemque belli caput & orbis dominam/quibus posset viribus adgredi. Nec cogitationi defuisset effectus: ni defectio Ciuitatum Militum & Pharnacis filii aduenisset. Erat enim Mithridati inter alios Castor quidam præfectus. Qui quum plures ex amicis Regiis occidisset: & arcem Phanagorii cui pręerat/occupasset: in pignus futuræ fidei quatuor ex filiis Mithridatis captiuos ad præsidia Romanorum transmisit. Quod Mithridates sentiens ira incensus feruenti quasi Præfecti scelus piaturus/quum iam ante & ipse Macharum ex filiis vnum occidisset. multos ex amicis etiam interemit. Et inde ex Hipsicratia susceptum filium trucidauit. Quam sæuitiam quum audiisset Pharnaces territus discrimine/exercitu ad se persequenduȝ misso sibi conciliato Mithridatem patrem obsedit. Qui quum iam abiisse vires aduerteret: ad pre-

Lunę splēdor mithridati victoriā ademit.

Vxoris amor in visum.

Mithridatis fuga.

Castoris pręfecti pfidia

Mithridatis parricidia.

Pharnacis in patrē impietas.

ces necessitate deductus longa oratione ex altissimo muro Pharnacem flectere conatus est: set postquam inexorabilem vidit: quum ad vxores & pellices ac filias peruenisset: Illas primo veneno sustulit omnes. Nouissimus ipse sumsit. Set quũ diu aduersus illud se armasset remediis: videns se ab illius viribus superari non posse: Gallum militem qui per murum iam disiectuз ab hostibus vrbem intrarat vocauit. Eique se percutiendum exhibuit. Et sic vitam percussus bellumque in misera senectute finiuit. ¶ O dei secretũ inuestigabile. Quis existimare potuerit Regem qui tot/puer/tutor/vxoris/necessariorum/pericula euaserat/ qui se tot laboribus durauerat/qui tot Reges vicerat/tot occupauerat Regna/ tot ingentia intulerat & sustinuerat bella/qui non solum hominum labores set Superum Maris & Inferorũ superasse videretur/qui tot vixerat annis/in Ponto natus & ibidem obsessus a Filio se ipsum gladio mercennarii Galli ex occiduo venientis seruasse? Horresco nempe adque tremisco prospectans. Vos ne o terrenarum rerum excelsissimi Principes securo corde prospicicis? Aedepol si sapientis non hominis esset: set insensatæ Beluæ argumentum. Quæso igitur per fideз perque genus vestrum ne obduretis adeo corda vestra. Doceat vos aliena Fortuna. Et dum id posse vobis contingere quod altissimo Regi contigit cernitis: posita superbia & oscenis abdicatis moribus sperantes dum bene agitis/in eum Regem animos qui rebus omnibus solus Imperat dirigatis. Vt si pereuntia Fortuna suo iure dispersérit: æterna saltem ab ipso gratiarum omnium largitore iustis vestris laboribus concedantur. ¶ AMEN.

Mithridatis interritus.

¶ EXCVSSI QVIDAM.

Eucratides a filio queз regni cõsortem fecerat interficitur.



EVCRATIDES BACTRIANORVM Rex se a Demetrio Indorũ Rege obsessum/& a filio demum occisum/ferisque lacerandum relictum querebatur post Mithridatem. Et Alexander olim ægypti Rex ob meritum occisę matris se a Populo in exilium pulsum/Ibique mortuum/lachrymis adserebat. Quos ego cum cæteris multis miseris morem mandato gesturus omisi. Et Hyrodem senem mœstumque venientem adsumsi.

Alexander parricidii pœnas dedit.

¶ DE Hyrode REGE Parthorum.

Hyrodes/QVVM ARTHABANO Parthorũ Regi mortuo patri suo Mithridates natu maior successisset: & post mlta egregie gesta ob sæuitiã nimiã a Senatu parthico pelleretur: in Regnũ tam potẽs adque splendidum loco fratris Rex sublimatus est. Et ne innocentia videretur adeptus Imperium: ante alia Fratrem qui in Babylona confugerat/tam longa obsidione vexauit: vt Ciues in deditionẽ fame ꝓpelleret/illũque captum/se coram trucidari mãdauit. Inde aduersus Romanos arma corripuit. Naз Marcus Licinius Crassus in Oriẽtales Romanorum hostes progrediẽs/dũ aduersus illum cum vndecim Romanis Legionibus & ingenti sociorum copia contra ius & fas magis Parthorũ Regũ

Hyrodes fratrẽ iubet interimi.

aurum mente auida metiens/quam Romani honestatē imperii Euphratem transiens ꝓuocauit. Quem non retentū Augurio aduerso signorū raptorum a turbine & mersorum Euphrati / nec a Vigise Hyrodis legato/apud Nicephorum fœdera quondam a Pompeio percussa reposcente/quinimmo duce Abaro quodam Arabe & transfuga subornato ꝓgredientem In quandam Camporum vastitatem deductum cum exercitu perituro repente per Surenam præfectum suū cum ingēti Parthorū multitudine ex insidiis ꝓdeūtem cum copiis omnibus circumuentū/ suis cōsternatis sagittisque vndique cōfossis vertit in fugā/Iaꝫ eo vidente Cęso Crasso filio optimę idolis iuuene. A qua retractus auarus homo adque occisus est. Et eius caput & dextera vna cū multitudine sociorū infœlici exitu sublatorū/eidem in solatium pręsentata intantum eius aim extulere/vt in testimonium stragis æternū/signa templorū Tholis adfigi ꝑceperit:& in ludibriū Romanę famis/aurum igne dissolutū/præcisi capitis oris in rictū mandauit effundi Vt qui esuriē auri semper tulerat/Etsi non viuus/mortuus saltē auro saturaret. Post hęc dū maiora moliret quā sibi Fortuna permitteret: in suā perniciēꝫ labores cepit excutere. Naꝫ non contentus Romanas cū duce legiones delesse: ad earum reliquias extinguēdas duce Pacoro filio in Syriaꝫ misit exercitū. Quo virtute Pacori oīs fere Syria igne ferroq̄ populata et Asia fere oīs occupata est. Ex qua bñ re gesta Pacorus factus patri suspectus reuocat i patriā. Relictus vero ab eo exercitus a Cassio Crassi Quęstore deletus est. Quamobrē Hyrodes sera correptus pœnitentia in vltionē eius Pacorū remittit in Syriam: vbi a Vētidio Romanorū duce/ vna cum suis parthis omnibus trucidatur. Qua ꝓstratione senex perculsus ex dolore nimio cōfestiꝫ furiosus effici. Nec mora in dementiam versus plurimis diebus tacuit adeo/vt elinguis videretur oio. & cibum omisit & Sopnū. Sane vbi iam dolor consuetudine leuior factus est Fracto silentio nil aliud quam Pacorū suum vocabat. Hunc quasi furtim subreptum repetebat a cunctis. Et sępe (taꝫ potens erat paterna dilectio) ꝑsentē illū fingebat. Cūque eo videbat habere colloquiū. Et ad se rediens quasi delusus in ampliores effundebat lachrymas & q̄relas. Set quid vltra? Post longissimos fletus/& diu frustra vocatū Pacorum noua senē solicitudo inuasit. Erant enim illi ex pellicibus multis triginta filii. Qui quū variis ex causis omnes sibi viderētur Amabiles: cū amicis de successuro cœpit habere consilium. Quod pellices aduertentes lachrymis blanditiis precibusque vnaquęque pro suo senem solicitabat. Qui fatigatus diu & multis distractus curis elegit sibi scelestissimum omnium Phraartem inter cęteros successorem. Qui continuo vita senis adfectus: quasi nimis vixisset. Et in suum odium mori recusaret: vti in hostem occupatoremque Regni irruit: & calamitosum Regeꝫ truculentissime interemit. Sic ergo quassatus Regis spiritus exire corpoream molem & tristes vitę huius finire labores coactus est.

Vincitur crassus.

Aurum liquidū crassi faucibus infunditur.

Pacorus occidit.

Hyrodis mœror.

Hyrodes a phraarte filio trucidatur.

¶ ADVENTVS Flentium.



CCE ETIAM me recusante a gentibus lachrymis ab Asia in Italiã retrahor. Queq̃dez vti gloriosorũ facinorũ fulgoribus ꝓuincias cæteras anteiuit. Sic omnibus miseriarũ obscuritatibus ęqualis effecta. In quaz venienti ꝓtiuuo adstitere plures. Quos inter fere primus flauius Fimbria vetusto more suo infestus constitit. Querebaturq̃ lachrymans quod quũ ex satellite Mariano ad summũ Romani Consulatus Apicem euasisset: & inter cætera audacię suę facinora Valerii Flacci Consulis Legatus in Asia apud Nicomediam impulsu suo occisi rapuisset exercitum: Iamque videretur ab omnibus Imperator: a Sylla eo dimisso coactus sit in Thiathiram diffugere. In qua obsessus in tantam rerum desperationem perductus est: vt in templo æsculapii mortem sibi manu ꝓpria intulerit. Sic post eum Posthumius Albinus vir Consularis perdite querebatur non mores iportabiles suos adcusans set sęuitiam militũ/quod impatiẽtes se lapidibus occidissent. Et cum eo Fabius Hadrianus dolens aiebat/q̃d dum seruili manu Regnũ Aphricę adfectaret a Dominis eorũdem sumtis apud Vticam sarmentis admotisque Domui suæ & Igne supposito in ipso sui adcensus gradu cum omni familia conflagrasset. Aiebat & Sothinius Thracum Rex quod deletis copiis suis a Caio Sentio Pretore Romano dimittere concupitam Græciam et intra regni sui terminos ignominiose redire adque consistere impulsus sit. Sequebatur & hos innumerabilis multitudo quam sponte prætermisi omnem. Duz venientem Pompeium adspicerem. Cuius mandati iussu/vt post longas Fortunas infortunia recitem/necesse est. Verum tanta rerum eius moles est: vt iam ꝑcogitans titubet sub pondere calamus. Set quid? Pro viribus expediam. Et quãto cæteras videtur excedere: tanto breuioribus verbis conabor includere.

Fibria sibi manum intulit.

Albinus saxis obrut᷒.

Fabius igni absumtus.

ℂ DE Cnęo POMPEIO Magno



Nęus IGITVR Pompeius Cnęi Pompeii filius inter quascũque nobiles Romanorum familias generis claritate emicuit. Et quum iã optimę indolis iuuenis adpareret: & indiciũ futurę eius celsitudinis ingẽti probaret animo adulescens ex peste reliquiis exercitus Cnęi Pompei patris sui q̃ nup adflatus fulmine pierat receptis: periclitãte vrbe ob seditionez Marii adq̃ Syllę Syllanas partes sequutus primo impetu Brutũ Marianũ Principem apud Rhegiũ Cisalpinę Galliæ opidum eius deletis copiis trucidauit. Inde Siciliam a Cnęo Carbone Mariano duce detentũ petiit. Eumque castris exuit. Et plurima exercitus parte priuauit. Et a Corsica Insula fugam in ægyptum parantem captũ in Siciliam retractum pueritiæ suæ adquæ paternę hereditatis defensorem acerrimum potius potentię Syllæ quam honestati suę obtemperans cum pluribus sociis iussit occidi. Insula igitur in factionem Syllanam redacta Auspicatus Aphricam a Marianis Principibus occupatam Romanus eques in eamdez pro Consule transfrerauit. Vbi maximo rerum successu circa Vticam aduersus Cnęum Domitum Enobarbum copias explicans victor pugnantem occidit. Iertamque Numidię Regem Marii fautorem sequutus ad id redegit: vt a Bogude Bocchi Re-

Pompeii pater.

Brutus a põpeio da. ut neci.

Cnęus carbo occiditur.

Enobarbi interitus.

Pompelus magnico gnomen sortitur.

gis Maurorum filio copiis spoliaretur omnibus. Nec tractu temporis longo bulla opido in quod aufugerat sibi tradito occidit eumdem. Et sic omni Aphrica maximo incolarum consensu subacta magni cognomen ingens promeruit. Hinc quum iam Sertorius vir acer dolis adque audacia præpotés ex Aphrica vires Sylæ timens in Hispaniam abiisset: ibique a Lusitanis Dux factus Domitiuȝ aduersus se missum adque Manilium pro consulem Galliȩ per Hirtuleium præfectum suum fudisset: Metellumque Pium multis aduersis præliis fatigasset: eques similiter Romanus pro consule ac cũ Imperio pari Metello a Senatu aduersus iam dictum Sertoriuȝ missus est. Quo etsi primo cum collega Metello qui diuinos sibi honores ab hospitibus patiebatur inferri: & Palmata veste adparatissima inter hostilia arma celebrabat cõuiuia: coronasque ex culminibus domorum tamquã ex cȩlo lapsas vertice auidius capiebat: infœliciter apud Laureoné cum Sertorio conflixisset. Tandem acri robore & solertia solus pluribus illum certaminibus fudit. Et iam Perpenna viro Prætorio occiso qui ex Liguria in Hispaniam ad Sertorium adiutor confugerat: id egit vt ipse Sertorius fraude suorum satellitum necaretur. Et sic sublato duce & iam a Metello Hirtuleio superato ac Celtiberorum nobili ciuitate Belgida capta & Bisania ad ipso Pompeio subuersa & Caligurisab Affranio Pompeiano Duce receptis omnis in deditionem Romanam venit Hispania. Set iam quiescentibus ciuilium bellorũ procellis/quum Cilices Pyratæ omnem mediterranei Maris oram rapinis & incursionibus infestarent: aduersus illos iussu Senatus expeditionem adsumsit. Qui quum classeȝ Romanã per varios diuisisset legatos: & vno eodem tempore omnia diffugia Pyratarum celeri prouidentia occupasset: cum his nauibus quas sibi seruauerat/fomité ipsũ belli Ciliciam petiit. Vbi coactis in pugnam Pyratis primo quasi rostrorũ impulsu victor adparens Pyratas plausu communi se victos fatentes suscepit. Et sic intra quadragesimũ diem ab expeditione suscepta tam grande bellum peregit. Nulla Romanorum perdita naui aut vllius ex suis sanguine fuso. Et factis ex incolis Maris Mediterraneis hominibus Mare securũ et sub Romana ditione restituit. Demum Lucio Licino Lucullo Consuli successor Orienteȝ petiit. Vbi quũ Hyrode Parthorũ Rege percusso fœdere instar icti fulminis versus reliquũ orienté arma conuertit Et iam semifractis Mithridatis viribus eum nocturna pugna deuictũ per Asiaȝ vagantem in patriũ repulit Regnum. Et ad extremaȝ vsque internitionem perduxit. Hinc adtrita Tygranis potentia eum supplicem veniá exorare coegit Et Herodis inde Albanorum Regis præfectos ter prælio fudit. Petitamque ab eo Pacem lubens concessit. Similiter & Artacem Regé Iberiȩ prima acie victum in deditioneȝ suscepit. Inde adcepto mortui Mithridatis nũtio quũ bello quadraginta annorum diutino finem dedisset: Syriaȝ celer/Phœnicemque prauis inclytam armis petiit. Et quũ has adque Ithureos & Arabiam viribus tremendam perdomuisset: ad Iudȩos diuertit. Libano monte Cedrorum conspicuo superato a patribus Hierosolyma vrbe susceptus vi templum illud Solomonis insigne cepit. Eiusque intrauit arcanuȝ. Percussisque factionis aduersȩ Principibus in Maximum Sacerdotem adque Iudȩorum Regem Hircanum Alexandri

Sertorius.

Metellus diuinos sibi vendicat honores.

Sertorius necatur.

Pyratȩ a pompeio domiti.

Hyrodes.

Mithridates.

Tygranes.

Hircanus a pompeio pō tificatui prę ficitur.

Aristobol⁹.

filium natu maiorem sublimauit. Et Aristobolum catenis vinctum Romā transmisit. Inde Paphagoniā/Cappadociā/Scythiam/Colchos/Heniocos/Caspios/Basternas. aliasque nationes tam Orientales quaȝ Septemtrionales cuȝ Regibus suis inter Caucasum montem & Rubri maris Littora tanta reruȝ prosperitate subegit: vt nil aliud cælum agere quam vacare suis commodis videretur. Et Asiam quam extremaȝ Romani Populi prouinciam ceperat/peracto imperii sui tempore mediam fere restituit. Sic igitur (vt ipse postmodū Senatui retulit) viginti duobus Regibus victis Romam tam facto quā nomine magnus rediit. Compertū est eum in Hispania octingenta septuaginta sex/& mille quingenta triginta octo ex Septemtrionalibus Orientalibusque opida ciuitates adque castella suscepisse. Quid tot tantisque gestis Hercules aut Alexander Magnus gloriæ superaddent? Set nec hoc inclusit in numero mundanarum rerum prodiga gubernatrix fœlicitates eiusdem. Contigit eni illi vigintiduorū annorū ætatem habēti vt Sylla dictator adsurgeret transeunti. Præterea bis Imperator antequam Miles dictus est. Et bis Romanus eques loco Consulis ad expeditiones transmissus vigintisex annorum Triumphans ex Aphrica Capitolium adscendit trahentibus Elephantibus currum. Et (quod fere ea tempestate monstrum fuit) priuatus ex Hispania Triumphauit. Nec minus ob purgatum Pyratis Mare & victum Mithridatem Triumphū catenato Aristobolo aliisque magnificis rebus splendidissimum tertio duxit. Vltra hoc decreto Senatus solus gessit tertium Consulatum. Tot etiam fulgoribus publicis superadditi sunt splendores domestici. Coniugiis quidē clarissimis & inclyta prole coruscus emicuit. Nec caruit præconiorum suorum scriptore Teophane Mitileno. Quē ob hoc ciuitate donauit. Magna ædepol/quāuis succincte dicta sint: & omissa plura/& ingentia humanæ fœlicitatis argumenta hæc sunt. Quæ etsi quandoque inuidorū morsibus lacessita sunt: steteīe tñ donec celsitudinis socios habere passus est. Verum occiso Crasso & Cæsare bellum in Gallos gerente ipse Rēpublicam pro lubito gubernans rerum successu amplissimo eo deductus est/ vt magnitudini parere renueret. Quāobrē ab hostibus Cæsaris impulsus egit/ vt Lex a Consulibus diceret. Ne alicuius res in Senatu se agerentur absente. Cæsar autem sentiens in se promulgatam Legem vt aut Consulatu aut Triumpho fraudaretur: Tribunos Plæbis vrbe pulsos pro se intercedentes audiens a Rauenna Italiaȝ petiit. Quod Pompeius a Senatu iam præsagiente Ciuile bellum Dux factus aduertens/ fere a cunctis sequutus capuam cum Consulibus petiit. Et inde Brūdusium. Exquo noctu clam in Epyrum fugiens transfretauit. Ibique quasi Ciuilis belli sede constitura/ab insequente Cæsare longam passus obsidionem/facta eruptione cum legionibus auxiliaribusque ad fatalem suæ depositionis locum Pharsaliam citato gressu perrexit. Quo & a Cęsare insequutus est. Ibidem paululum Fortuna substitit. Seque titubantem monstrauit/ quasi dubia an suum adhuc Pompeium seruaret: an demergeret potius. Nam quū fere omnis Romana Nobilitas & Regum omnium Orientaliū potentia ibi partibus Pompeii fauens adsisteret: Cæsaremque cum suis ad rapinam messium coegisset: In id quod ipse opportunitate cogente cupiebat renuentem Pompeium

Preclara pompeii gesta.

Triumphi.

Consulatus.

Belli ciuilis inter Cæsarē et pompeium causę.

Pompeii fuga.

impulit ad certamen/exquo victoria Cæsari subsequuta est. Nam postquam multo fuso sanguine tam ciuili quam externo Pompeius victorem Cæsaré cerneret: cum paucis fugam capessens Larissá petiit/primam ruboris sui testem/ dum a ciuibus oblatos honores victori vt seruarent iniunxit. Et vltra anxius sibique timens fuga citato cursu ꝓscendens nauim se in Lesbõ/vbi Cornelia seruabat coniunx/deferri præcepit. Ac inde post lachrymas tam vxoris quam Mitilenésiũ mutata naue collectisque quibusdam tanti naufragii fragmentis ægyptum versus ꝓras dirigi imperauit. A qua Cypri littora radens Ptolemęi fidem experturus/qué ipse Regem fecerat/malo sumto Omine a spectabili ędificio quod ꝓpe opidum Paphon viderat: cui nomé erat Cacobasilea ęgyptũ versus cursũ tenuit. Cuius nõ ante peruenit ad littus quá Rex iuuenis fœlicia potius quaꝫ honesta/vt ipsemet Pompeius fecerat occidendo Carboné/sequutus/ præscito tam aduentu quam infortunio quasi honorifice suscepturus nauiculá satellitibus honustá obuiam misit. In quam fatorũ potius ordinem quam suum consilium sequens senex Vxore sociisque relictis descendit. Nec littori longinquo Achillas Photinusque mandatorũ Regis cõscii/expeditis gladiis illi tacito & iam percipienti corpusque suũ vestibus componenti vt honeste caderet secuere ceruiceꝫ. Eamque infixá lancea per Alexandriam omnem quasi maximę victoriæ testem in spectaculum ciuibus deportandá dedere. Demũ illá gausape inuolutá seruauere ad victoris gratiá ꝓmerendam. Truncus vero postquá per diem totá ꝓspectátibus Barbaris impulsu marino ab vndis circũactus est: nocte a Codro Romano milite & eiusdeꝫ Põpeii Quęstore ac fugę comite clam in littus tractus est. Et quũ illi nil præter se aduersa pugna liquisset: collectis per littus quisquiliis & foculo facto eũ superiposuit. Paucisque querelis & lachrymis datis semiustum contexit arenis. Puduit forte Fortuná vt is qui tam ingentis animi custos fuerat/tam clarorum honoruꝫ susceptor/tantęque maiestatis seruator ea fauente fuerat: i scopulis esca pisciũ linqueretur. O rerũ treméda vertigo. Senex a Puero/a Receptore Largitor/Romanus a Barbaro/Magnus a Modico/& a stipatoribus Impator occisus est. Lacessitũ corpus & truncũ vndarũ factum ludibrium noctu ignique modico ab homine vnico semiustum & arenis contectum. O si in sua patria paulo ante clausisset diem: Qua funebri pompa/quibus Consularium Senatorum Ciuiumque omnium lachrymis/a quot quibusque Patrũ delatus fuisset in Regnum? Quot illi militaria ornamenta/Quot arma/Quot Impatoria ac Triumphalia superfuissent iniecta? Quot decantatæ laudes/ Quot pro rostris relatæ/Quam pie cineres recollecti? quos honores omnes tam vita quæsitos quam infœlici perditos morte littore ægyptio cumulus paruus arenæ contexit. Quid ergo miseri superbimus? Quid



alta laboribus quęrimus? Quid periturisconfidimus? Si tam grandis cecidit moles: Quid nobis posse contingere arbitramur? Equidem Pompeio compatiendum est: Set longe magis nobis timendum. Adque studiosissime quod est humile perquirendum. Ne sublimati pauori subiaceamus continuo. Et postremo in casum miserum veniamus.

Pompeius ptolemei iussu obtruncatur.

Codrus põpeii cadauer mãdat sepulturę.

Humilia querenda

PAVCA Auctoris VERBA.

POTERAM & honeste quidéamodo quiescere/ac parcere calamo: post quã tantorũ ducum & potissimũ Pompei Magni ingentes celsitudines ei infortunium flebile recitarã. Quid enim restat amplius de Fortunę potentia et instabilitate posse subiicere? Neminé reor mortaliũ ex tam sublimi vertice corruisse. Set quia permissũ est ad nostrũ vsque sęculũ deuenire: & ne videamur spernere minores: aut minus iussis Fortunę obtemperare: bona lectorum pace/stilum ꝓsequar & si tam grãde aliquid expectandũ non veniat: poterunt tamen minora cum voluptate plurimum vtilitatis adferre.

INGENS Certamen DOLENTIVM.

DEPLORATO Paucis Pompeii Magni casu ingens plorantium acies subsequuta est. Ibi eniз videbanť Gallorũ Germanorũque Reguli adque proceres plurimi a Caio Cæsare regnis ꝓuinciis & sublimitate priuati. Ibi qui in Pharsalico conflictu ceciderant/incedebãt. Et alii inumerabiles fere quos dira ciuilium bellorum pestis variis in locis aut deiecerat aut ab.orbserat. Quibus immistus veniebat scelestus iuuenis Ptolemæus/ꝓditionem in Pompeiũ/bellu3 aduersus Cęsarem sumtũ/seque apud Deltam Nilo demersum misere ingemiscés Quem Iuba Lybiæ Rex mœstissimus sequebatur. Et barbara ac fastidiosa superbia sua posita/qua Scipioni purpura3 sibi consimilem indui vetuerat/tristisquod Pompeianas partes iuuerit: seipsu3 damnabat. Nunc frustra perpendens se primo ob id a Cæsare fractum: & inde a suis derelictum. Ac vrbibus exclusum suis. Eoque perductum/vt in suam supremam perniciem ipse cum Petreio pactione facta infestis gladiis aduersum se vna cõcurrerint. Et quum Petreium deiecisset inuictus/Vęcordia impulsus nimia seruulo precibus percutiendam ceruicem prębuerit. Post hos Aristobolus Iudęorum Rex querebatur se a Pompeio idigne Regno priuatum: & captiuum cum filiis Romam deductum. Vnde fugiens se retractu3 aiebat in carcerem. Porro occiso Pompeio quum a Cæsare libertati redditus esset: et in Regni spem erectus: dum cum auxiliis ingentissimo animo in desyderium traheretur: tertio se a Pompeianis ducibus interceptũ/adque veneno necatum deflebat. Erat & Pharnaces plenus lachrymarum quod primo Cæsaris impetu victus in deditionem suam compulsus sit ingemiscens. Scipio inde sequebatur querulus quod ex Aphricana strage omnium spe deiectus/ dum naui Hispaniam cum Damasippo ac Torquato plectorio genero successor factus peteret: variis agitatus procellis ad Hipponam aduerso deportatus impetu & a classe Publii Siccii Cæsariani circumuentus sibi manu propria mortem inferre quam Cæsaris experiri clęmentiam maluisset. Cnęus etiam Pompeius Magni filius aderat non tantum seipsum Post cladem Apud Mundam susceptam a Cæsarianis in spelunca latitantem occisum / & quod suum caput Cæsari apud Hispalim ꝑsentatũ sit Populoque concessum deflens/quantũ quod sibi adcelerata morte sub-

Pōpei⁹ ægyptiorum rex

Iubæ & petreij exitus miseratione dignus.

Aristobolus

Pharnaces.

Cnęus pompei⁹ magni filius.

Scipionis interitus.

tractum fuerit post paternam necem & ingratos ægyptios pro votis vlcisci. Inde Brutus & Cassius tam parricidium suum quam apud Philippos susceptum flebant excidium. Erat & Trebonius non solum damnationem suam ex parricidio subsequutam ingemiscens: set quod a Dolobella apud Smyrnas crudeliter occisus sit. Hinc & Decim⁹ Brutus eiusdē criminis reus post clades mltas se ab Sequanis captū adque trucidatum querebatur. Sic & Basilicus Romanus eques inter percussores notatus quod manu seruorū suorū lacerat⁹ sit/exclamabat. Erat & Caius Toranus Prętorius homo dolens qđ/quū nil tale timeret: incursu militum ꝓpria in domo peremtus sit. Post quē & Dolobella lamentabaẗ qđ a Cassio/quē ante multis fuderat pręliis/fusus ipē ad id īfortunii redactus sit: vt se sua manu trāsfoderet. Et alii plurimi insuper variis ex casibus gemebundi Fortunā adcusabāt suā. Quibus iūctus splēdissim⁹ adque facūdus orator Marcus Tullius Cicero deiecta frōte tacitus incedebat. Quē ego postpositis cęteris mirabūdus ītueri cœpi. Et quū grandem eius togatā gloriā indignūque exitū aim scribēdi cupido cepisset: principem Romani eloquii in editās/tenuesque meas tāto captui vires/destiti Eū solū de se satis digne/nec alium scribere posse ratus. Sane ne tāquam obscurus luce dignus eximia/ꝑtermissus videreẗ: mecū cœpi. Age/resume ai3. Vrge īgeniū/vires itegra/teque teipsū totū exprime/& dignissimo qđ potes impēde. Cui ei etiā stolido nō est notū/nebulas solis radios fuscare nō posse? Leuis ē incōpositus nullo formatus artificio sermo tuus. S3 quid? si nil aliud agat/saltē eius grauē ornatū & mira venustate decorum luculentiorē adparere faciet/si cōtraria iuxta se posita clarius elucescunt. Si aūt minus plene cōmendes: alteri saltē doctiori supplēdi occasionē ꝑstabis. Spirabit & ipse forsan aliqd ex eo arcano vbi nūc residet loco. vt melius quā existimes opereris. Quibus tractus oratorum eximie ac latini fulgor eloquii tua cū pace minus sufficiens de te tuisque fortuuis scripturus aduenio Fortunæ etiam iussu compulsus?

Trebonius

Decim⁹ brutus.

Vaxelus

Toranus.

Dolobella

Marcus tullius Cicero

DE Marco TVLLIO Cicerone.



MARCVS TVLLIVS CICERO iubar splendidum & in dies crescens vrbi pariter adque orbi a Volscorum vetustissimis Regulis claram originem ducens apud Arpinum opidum relatu omnium natus est. Et quum iam tenera in ætate virilem gereret animum: quasi arctam natalis patriæ sedem suæ futuræ amplitudini existimaret: vt quasi e sublimiori specula radios in totum posset orbe3 effundere: ea relicta Romam se contulit. In qua etsi iam ambitionis vitium ac auaritiæ & luxuriæ spurcities serpere & hominum mentes incēdere cœpissent: Adtamen tam rerum scientia quam morum decore bonis & primatibus adceptus / non ciuitate donari solum: set maximos etiam honores consequi meruit: Nam nouus incolatu ciuis / amore vetustissimus / eo vsque conscendit: vt summum consulatus Imperium obtineret Caii Antonii collega. Corrigitque vt eius opere ab incendio ruina & seruitute immunis vrbs rerum domina seruaretur. Exardebat enim illo tunc adhuc inclusa pectoribus fax illa terribilis Vrbis exitium minitans nefariæ factionis Lucii Catilinæ. Qui dum

Fœlix marci tullii origo & successus.


Lucii catilinę in patriā coniuratio.

qui dum potius maiorum suorum imagines intuitus quã sua merita/ad amplificã dam libidinẽ publicos frustra honores sępius postulasset:irritatus in Rẽpublicã nobilissios quosque iuuenes & mulieres quasdam conciuerat.& sæuissima coniuratione legati perpetuas Romano noĩ tenebras consiliis fabricarant. Set tam diris cœptis obstare deo actũ est vt a Quintio Curio Fuluiæ sibi dilectissimæ & illecebri mulieri oẽ panderet opus/et ab ea pluribus/& inter alios Ciceroni. Qui ignaro Senatu socioque astu mirabili cuncta perquirens/nõ ante quid haberet cõperti in publicũ dixit:quã irreprobabili veritate factionis cõsilia cũcta nouisset. Ac ętiã vbi videbat erumpere velle obicibus positis eiusdẽ conatus primos infringeret. Nec dubitauit suo tpe factiosum hominem sceleratorum suffragiis fultum frequẽti in Senatu adcusare. Paratas insidias detegere. Socios ꝓpalare. Quid actũ/Quid ve agendum esset ostẽdere. Et mordacissimis verbis tam Senatus segnem patientiam quã coniuratorum perfidiam lacerare. Quibus actũ est vt Catilina vrbe discederet. Fesulas peteret. Collectisque copiis in plano pistoriẽsi Antonio consuli cũ exercitu sequenti obuius fieret. Et suis trucidatis oibus inter confertissimos hostes ꝓlians confossus occumberet. Et de se suisque cruentam victoriam exhiberet. Ex Lẽtulo vero Cetego & Sabino reliquisq̃ exconiuratis qui in vrbe capi potuerant/ sententia Catonis/set huiusopere/noctu in carcere Tulliano carnificibus imissis et gutturibus eorum laqueo fractis supplicium sumtum est. Et vrbi interrupta securitas restituta. Sic armatos duces togatus excessit Cicero. Si is medicus præferendus est qui secretam adque lætiferam intestinorũ vomicam argumentis exclusit & repulit:ei qui vulnus adparens & si maximum sit vnguentis & arte traxit in circatricem. Erat igitur noster Tullius hoc vno decore clarissim⁹/& suo merito vrbis Romæ patronus insignis. Et potuerat hoc tm̃ sufficere ad eius gl̃iam. Set adnexus fulgor est alius tanto longius duraturus quãto ꝓpensius adquisitus est. Hic & enim ad hoc(arbitror)a deo datus mortalibus/& ei cęlesti pollebat igenio:lõgo tamen et peruigili studio in tantam mirandæ eloquentiæ euasit facundiã:vt Plotinũ Gallum/qui primus vrbi rhetoricam Latine monstrauit/& Miltacilium Plotum/& alterum ex Graecis/adque Hortẽsium/aliosque elegantissimos oratores/Græcosque veteres auteiret. Et antiquam eorũ gloriã occuparet. Quo etsi satis erat spectabilis titulo/sacra tñ philosophię penetralia intrare cupiẽs/postquã floridis orationibus sũma toti⁹ fori admiratiõe Quĩtũ ꝑmo/deide Rosciũ aduersus Grisogonũ defẽdit/sese Athenas ꝑtulit. Ibidẽ tã veterũ quã Coætaneorũ phõꝝ tã de moribus quã naturæ ꝓfundissimis adytis perscrutatis et cognitis in tantam suę eloquentiæ admirationẽ Atheniẽses adtraxit: vt nõ solũ Pisistratũ aut Periclẽ/q verbis mirã redolentibus artem dare colla iugo seruili Athenιensium libertatem coegere: Set ipsam Platonis mellitam verborum dulcedinem ei paruulo dormienti labellis ab apib⁹ nõ Hyblęo set Castalio melle saturis impssaꝫ/& Echlyũ adq̃ Demosthenẽ superatos arbitrarent. inde Romã tam venerãdis phię doctrinis imbutus quã Gręcorũ laudibus cõspicuus rediẽs/Aulũ Liciniũ/Archyaꝫ/Milonẽ/Cnęũ Plautium aliosq̧ plures summo audientium fauore defendit. Deiotarum Gallogræcorum Regem/Marcum Marcellũ/& Quintũ Ligarium Iulio Cęsari suspectos concilia=

Magnaĩmitatis index catilinę exitus.

Ciceronis studia.

Quid ligua potuit ciceroniana



uit. Quid multis abundo: Tantum lingua potuit: quãtum ad flectendam quo velis mentem cuiuscũq; etiã obstinati sufficeret. Quod quidem nõ satis posteritati possunt relicta monstrare. Nam (vt alienis vtar verbis) in Tullio magna pars Tullii deest. Quod legit / potius quam auditur. Sinam vltro diuitias / honestum coniugium / dilectissimam prolem / spectabiles amicitias / clientelas & huiusmodi fortunæ bona / quibus fuit abundans. Ne tam magnis adque perlucidis honoribus parua hęc videar adnexuisse Quamquã plurimum ad fœlicitatem spectare credũtur. & ad pcipitium inopinatum indignumque deueniam. Huius ergo clarissimi viri gloria licet grandis fuerit / non tamen solida Set quandoque concussa futurę ruinę omen potuit ostendere. Nam quorũdam inuidia exilium passus est. Verum dum in villa agri Atinatis a Cnęo Plantio susceptus annum egisset: sopnio de reditu præmonitus consensu omnium reuocatus & summa cũ alacritate patrum susceptus est. Demu; in dissentiõe Cęsaris & Põpeii Pompeianas partes sequutus secũdo patriam linquens / fractis Pompeianorum viribus in communi fere totius Senatus exilio factus est exul. A quo implorãte nemine ab ipso Cęsare victore iterum reuocatus est. Verum postremo turpi notatus infamia quod ex coniuratis in parricidium Cęsaris vnus extiterit: adrepta fuga in Formianũ abiit Et agentibus se varie Romanis rebus a: Marco Antonio triũuiro / i cuius ineptias licentiosius olim inuectus fuerat proscriptus est. Quo damnabili nimirum ingratitudine tractus Caius Popilius Lenas / quẽ ipse dudũ capitali supplicio intercessione Marci Cęlii mira oratione liberarat: impetrato tam diro ministerio ab Antonio / illum sequutus est. Quumque ipsum cui vitam debebat offendisset / suo gladio iugulum exhibere coegit. Caputque illud per quod ne suum feriretur actum fuerat / truculentus abscidit. Nec tam impio contentus facinore dexteram abstulit. Talique honustus honere tamquam maximũ & Ręipublicę quam vtilissimum perfecisset opus / Romam rediit. Tantumque in eum malecœpta perfidia potuit: vt illud vna cum manu pro rostris adfigeretur. ¶ O DEVS bone. Vbi indignatio iusta: Vbi ignis edax: Vbi fulmẽ: Vbi telluris hiatus: Quid scelestũ hominẽ / quid ingratum ipso tam enormi in crimine spectantibus miseris Romanis ad impios nõ impulisti manes: Set quid: Dũ eius ifortunio nullis mundanis eminẽtiis cõfidere docemur: Romanorum plębs impia redarguit. Et rubore cõspersa plurimo in cõpassionem indigni facinoris puocatur / eius ceruice; spectãs in rostris cuius opere factum est ne suę inspicerentur in cloacis.

Ciceronis exilia

Ciceronis pscriptio.

Ingratitudinis exẽplũ

Popilius lenas ciceronis interfector.

¶ In Gracculos aduersus rethoricam obstrepentes.



BLATERANTES quidã & inepti hoies rudẽtes potius quã loquẽtes / in tã detestabilem sese insaniam delabi qñque permittunt: vt audeãt / si queant / ex manibus rhetoricę arma subripere. & in eam eisdem insurgere. Osque suũ spurcidum / vt mordeãt / nõ verent extendere. Mẽtientes illam deceptionibus potius quã necessitati seruire. Sufficere satis qbuscũque verbis mentis conceptum exprimere. & hinc tam laborem nostri principii quã decore; stolidissime dãnare nitũtur Quibus qd rñderi possit & vñ in os pprĩũ sanies marcida retorqueri / occurrit abũde. Si velim aduersus tã dementẽ hominum factionem verba

disperdere. Set absit vt in tam irritum laborem me dedam. Notissima eorum insania est. Et superasse tales nil aliud arbitror quam in vacuum aerem tela vibrasse. Set ad aliorum solatium dixisse aliqua non erit forte superfluum. Quum ergo nutu/ Sibilo/ vel mugitu animalia cætera suas adfectiones ostēdant: Verbis intentum exprimere homini soli concessum est. Nec immerito. Quid enim prudentius potuit facere Natura: quam actu tali hominem cælesti anima præditum a Beluis/quibus sola Dux est sensualitas/separasse: Illas quidem quum terrestria sentiāt: & tantum terrestribus delectentur: & sensui seruiant soli: expeditas adque loquaces habuisse linguas superfluum visum est. Quod & nos possumus aduertere. Dum satis iusto iudicio iudicamus stolidos elingues longe melius extitisse. Homini vero cui cælestis erat origo: & ad cælestia considerenda producto/non solum decora fuit/set opportuna loquutio. Hac & enim profundissimas superiorum corporum consyderationes/elementorum alterationes/Rerum variarum productiones/& corruptiones perceptas communicamus. Soli homini intellectas amicitias iungimus. Virtutes laudamus. Vitia deprimimus. Doctrinas accipimus/& exhibemus. Et breuiter quidqd ratiōalis Anima sentiat propalamus. Et sententia pcipimus. Hac insuper Deū rationabiles oramus. Et confessione supplici veneramur. Huius igit̄ quum duę maneries sint. Ea scilicet quā a nutrice suscipimus Et natura p se rudem & exoticā cūctisque cōmunem. Et reliqua quam ab arte politā exornatā floridā studio pauci ꝓuectique volētes adsumimus. Quis erit tā demētis snię quin facile non adsentiat̄ lepidā comtamque/minus lepidę ꝓferendam: Et si præferenda sit: Quum tam ingentis rei stramentū adpareat: quis Vęcors aut iners homo damnabit/si studium adponat̄ oēvt ruditate qualibz purget̄ eloquiū & decore ꝓ viribus venustetur: Non eniz semp cibū a seruis petituri sumus: aut de ruralibus cū villico loquuturi. Deo quidem & opportunitates poscere/& de susceptis gr̄as agere freqnter necesse ē. Nec decens est oīm creatori aut mētis aīm incōposite reserare/aut eius laudes verbis absque modulatiōe cātare. Insup si dixerit qspiam Deū mētis adfectionem longe magis quam ornatum orōnis adspicere. Cōtra dixisse nō curo. Set multa supsunt quæ nisi moderata oratione tractentur: i mortalium perniciem maximam ex minimis qn̄que consurgunt. Si nobis non sint pro tp̄e arte composita nec aspera adque mordacia verba/nunc placida adque clęmētia/nunc summo lepore sapida/nunc colorata pulcerrime splendida/nunc grauitate sententiarum succi plena/et cū his ꝓnunciatio secundū necessitudinē instantē apta: q̄lr/sinam⁹ Regē/sz plębeium hominē ira incensū furentemque perdite in māsuetudinem retrahamus: Qualiter in lachrymis & mœrore mersum adque deiectum in consolationem & lætitiam reducemus: Qualiter ignauum torpentemque ad gloriā animabimus: Qual̄r ocio ac voluptatibus deditū ad frugalitatē ꝑmode deuoluem⁹: Certe ego nō video. Vidisse tn̄ qn̄que memini quosdā ruditate & Impitia fandi iā tepētes Iras dū se putarēt extinguere/i mortiferū incēdiū reuocasse. Et iā abstersas lachrymas iterū ad oc̄los reduxisse. Et aīatos i timorē & segnitiē ꝓpulisse. Et seipos dū circa excusatiōes insisterēt/turpissime adcusasse. Ergo ne id agamus qđ fugimus

Eloquentia nos a beluis facit diuersos.

Eloquentię commoda.

Eloquentię vires.

et eo possimus peruenire quo cupimus: toto igenio & puigili studio exornãdus est sermo. Ad quod & si nulla nos trahat necessitas: trahere debet decẽtia. Ad hybernos quidem imbres & solis ęstus vitãdos non ex cespitibus calamoque palustri/quod satis esset/parietes & tecta componimus. Set quadrato ex lapide & abiete dolata picturisque Domum elaboratam construimus. Corpus/quod simplicia vellera rudi manu contexta a flatu ventorum & aspera hyeme defenderent: pro facultatibus Nobilissimis vestibus purpura auroque & gemmis contegimus. Pocula gẽmis adsumimus & alia p̄ra facim⁹/vt oculis poti⁹ quã corpi cetero seruiam⁹. Quõ ergo eloquȝ negligim⁹/quo exculto aurib⁹ obseq̃mur/& itellectũ pit̃er mulceam⁹? Vti qdã moderat⁹ neruorũ pcẽtus in mẽtẽ suauitate q̃dã delatus illã prio in liq̃factionẽ quãdam sua dulcedine videtur deducere. Demuȝ ex partibus omnibus in vnum ad se tantũ colligere. Sic & exornata loquutio in animã diffusa per aures/illã prio titillatiõe demulcet. Inde pulsis conceptis reliq̃s in se trahit adeo vt si spectes audientes adtonitos & immobiles videas. Et totos in loquentis ire sententiam. Et vt pro nunc sufficiant quæ dicta sunt. Sinant Blateratores inertes/ & hi quibus minus liberalis Natura parum concessit ingenii/in disciplinatos dentes acuere. Et suam ignorantiam defleant. Aut se minores confitentes vltro vt in melius veniant se disponant. Nam quanto se/si pertinaces permaneant/anteponent friuolis argumentis: tanto se veris cum ignominia prosternatos inuenient.

Similitudo a domibus ducta.

Alia itidem a corpore.

ℂ GEMENTES PLVRIMI.



FVIT ANIMVS mihi cum ostensis a monstro finem dare libello. Vt ab Arpinate Imperatore cœptus in eloquentię principem desineret Arpinatem. Set infesta clamantium turba non siuit. In quam dum oculos flecterem Sextum Magni Pompeii filium venientem aduerti. Quem triũphis genitoris & celebri fama in speȝ egregiam natum adque nutritum cognoueram. Is & ei eo quod sęua rapiente procella impulsus sit/quos deleuerat p̄r pyratas pyraticã exercens rediuiuos extulit. & quaȝ vrbẽ victoriis illustrauerat/ignominiis p̱ viribus obfuscauit. Ac bello fameq̃ lacessiuit. &/ vt ipse voce q̃rula fatebatur/ post patris excidium sinistra plurima passus ab Octauiano Augusto inter milas & Naulocũ Sicilię opidũ Quũ armasset ergastula/& copias ex reliquiis Pompeianarum partiũ collegisset ingentes/nauali pręlio victus fugatusque fuit Et dum reparare bellum conaretur in Græcia ab Antonianis ducibus iterum victus captusque. Et post paululum ab eisdem occisus. Erat & Marcus Lepidus Triumuir/non solum illustris effectus/quod Dictatore Cæsare ipse magister equitum fuerit. Sed quod sua opera Octauiano & Antonio cõcordibus factis quasi tertius hęres cum eis & Triumuiratus officium sumserit & orbis Imperium. Cuius sortis quum Aphrica facta videretur elatus viginti Legionum suffragiis insolentia sua ruinę viam aperuit. Nam dum aduersus Octauianum arma dirigeret: superatus non solum Imperio priuatus est: Set Imperatoriis insignibus posi-

Sextus põpei⁹ magni filius.

Marcus lepidus.

tis et veste pulla more supplicũ tectus impetrata vita ac bonis paternis apd' Caretheios priuatus ꝑpetuo a Cęsare relegatus exilio obscurus torpensque consenuit. Erat & Lucius Cæsar ab Antonio nepote suo ꝓscriptus. Et Lucius Paulus a Lepido fratre. Et cum his plurimi quos ex culmine læto indecores in miseriã Fortuna deiecit. Ex quibus omnibus Marcum Antoniuȝ Triumuirum eo quod vna cum Cleopatra sua mutata facie incederet: ad stili cœpti continuationem sumere visum est. O mores.

De MARCO Antonio TRIVMVIRO & Cleopatra ægypti REGINA.

MARCVS ANTONIVS nepos Iulii Cæsaris ex sorore/per sæuitiam furorem & crapulas miseriasque plurimas in maximum splendidumque potentię culmen euectus est. Hic occiso a coniuratis Cæsare inter hæredes eius vnus compertus in rabiem fere versus quod in ordine numerandorum hæredum Octauianus sibi præpositus sit/Cæsarisque relictũ ei cognomen. Et exasperante iras diris suasionibus Fuluia vxore continuo aduersus cohæredem adripuit arma. Et quum iam a Senatu hostis iudicatus esset: in Decium Brutum irruit. Eumque apud Mutinam obsedit. Aduersus quẽ Quũ Hircius & Pãsa Consules & cum eis Octauianus duxissent exercitum: ipse priuatus cũ exercitu aufugit. Demum victo apud Perusiam fame Lucio Antonio non quod merebat excidium/quinimmo sublimationem consequutus est. Nam Marci Lepidi opera cõciliatus Octauiano. Vnaque simul tres ipsi sibi Triumuiratus titulo Rẽpublicam occuparunt. Et Antonio vt eius erga Octauianum fides efficeretur constantior/Octauia eiusdem soror matrimonio copulata est. Hinc quum iam magis Fortuna Cæsaris quam Antonii virtute/Brutus Cassiusque apud Philippos fusi/eisdem totius Asiæ vacuum reliquisse viderentur Imperium: redeunte Italiam versus Cæsare/ipse Orientem versus contendit. Vbi quum iam opera Ventidii fere repressa esset Parthorum superbia: cum Rege eoruȝ fœdus percussit Syria recepta. Ex qua demum inata quadaȝ vanitate commotus/quum Herodem antipatri Hircano deposito Iudęorum sublimasset in Regem/vt inuita Fortuna cladi suę viam faceret/repente & aduersus fœdus ictum cum sedecim Legionibus erupit in Parthos. Qui astutia Barbara vsi/eum ex improuiso adgredientes duas Legiones oppressere sagittis. Qui suscepta clade a quodam præmonitus nocte sequenti per ardua montium saltusqꝫ inuios cum reliquis fugam cepit. Quorum pars a subsequentibus hostibus Cæsa est. Pars siti periit adque fame. Et plurimi in hostium ditionem deuenere. Nonuulli a niuibus Cappadociæ/multique ab ęstibus Armenię absumti. In tantum vt fere cum quinque/qui cum sedecim Legionibus iuerat Antiochiam deueniret. Placet enim aliquibus eum iam ante lasciuiẽtis Cleopatræ ægyptię pulcritudine captum. & ob id flagrans currensque quasi gloriosę victoriæ consequutę titulos & insignia Triumphorũ eius positurus in gremio/necnon & amoris impatiens illam iussit/vt sibi occurreret adcersi. Verũ

Dissidium antonii cũ augusto.

Antonió nubit octauja.

Antonius a parthis profligatus i fugam vertitur.

Cleopatra ęgypti regina.

ante eius aduentum vt in suam concupiscentiam Cleopatram effusiorem adsu=meret:proditione Arthanadem Armenię Regem Tygranis olim filium cepit. Et vna cum filiis & ingenti thesauro catena vinctum argentea in manus auarissimę mulieris pręsentari mandauit. Quo tam grandi munere quasi ignauiam defor=memque fugam a Parthis piasset:in illius deuenit amplexus. Armisque depositis non aliter quaз si Cleopatræ in sinu decus omne Romanæ claritatis consisteret: in luxuriam & segnitiem se deiecit. Et per effusam libidineз conuiuiis vacans in tantam trahi se permisit insaniam: vt desponsata Cleopatra repudium Octauiæ iuberet indici. Cleopatra vero a Prolemęo Rege Lagi filio per mltos Reges ori=ginem ducens testamento patris vna cum fratre cui nupserat ægypti Regno suc=cesserat. Tandẽ viro opere suo veneno absumto/a minore fratre qui a Pompeio Rex factus fuerat:spoliata regno/& carceri apud Pelusiuз seruata permansit:do=nec Iulius Cæsar victor Alexandriam deueniret. Cuius/lusis custodibus/ quuз in conspectũ venisset:quũque mira formositate sua eũ cepisset:ex pcubitu pręstito absorbto iam vndis fratre/sola ægypti Regno pręesse promeruit. Tandem Anto nii primo pellex inde coniunx effecta Arsinoen sororẽ suam quę in templũ Dia=nę Ephesię fugerat/ab eodeз fecit occidi. Concubitumque tentauit Herodis: vt per illum Iudęorum Regnum illi subtraheret. Et inexplebilis auro templa Deo=rum plurima nefario spoliauerat ausu. Et postremo(quod detestabilissimũ fuit) Quum Romanum Imperium exoptasset temulento Antonio & ab ea forsan cœna surgenti i qua ipsa absorbto Innone Lucii Planci iudicio victrix fuerat pe tulans ac blanda nunc mellitis suauiis nũc arctis amplexibus obuia illud non ne=gaturo poposcit. Antonius autem quasi imbecilliores Romanos Italosque quam Parthos comperisset:nocturnis verbis amplissimis postulata promisit. Nec mo ra Ex Orientalibus Regibus collectis copiis aduersus Cæsarem arma corripuit. Parataque classis in qua potius Sabęorum Arabum Syrorum aliorumque odo=res purpuras & insignia Regũ quã hostilia arma gestari arbitrareris:non absque ventorum labore marisque querela Actium vsque perducta est. Cui factus Cęsar obuius apud Leucadam Insulam sub monte Leucate Ambrachię venit in sinum. Ibi quum iam terrestri pugna ac commeatuum pœnuria pro parte vires Antonii extenuatę essent:ab eo postrema Fortuna nauali certamine tentata est. Set post quam diu certatum est:quum iam finis stolidę superbiæ Antonii propinquaret: proras vertere cœpere ægyptii. Fugæque Dux & Princeps cum aurata naui velis que purpureis optatrix Imperii ac postulatrix egregia Cleopatra fuit. Quam con tinuo tumidus sponsor Antonius abiecto nauis prætorię insigni consequutus est. Et taз velis quam remigio magis de salute quam de orbis curantes Dominio Alexandriam petiere. Vbi renouare copias redintegrare bellum cuncta munire subsidiis cœpere pauidi. Octauianus vero victor sequutus tam per Legatos quã per seipsum classem/opida/vicos hostium in deditionem suscipiens: Antonium iam diffidentem vna cum Cleopatra in Alexandria cinxit obsidione. In qua quum iam fame periclitarentur omnes: Antonius feras pacis conditiones expo=scens/quum obtinere non posset:in Manltobam Rogum secessit. Ibique cultro

Antonius cũ octauia augusti soro re dinortiũ facit.

Cleopatrę successus.

Herodes.

Stulta anto nii pollicita=tio.

Vincitur ad actiũ anto[nius]

seipsum transfodit. Cleopatra vero facta deditione Quũ frustra blandis ocellis & venustate sua iuuenez Octauianum in libidinem suam adlicere conaretur: audiens se seruari Triũpho/ lusis custodibus/ eo vbi suus iacebat Antonius pluribus stipata odoribus ac insignibus ornata Regiis intrans/ apertis venis adpositisque serpẽtibus lateri moritura procumbens/ quasi in sopnium placidum solueretur/ occubuit. Cuius adhuc palpitantis vitam Octauianus/ etiam vulneribus Psillis admotis quibus e corporibus immissa venena suggere vis quaz maxima est/ in vanum reuocare tentauit. Demum sepulchrũ ab ipsis viuẽtibus cœptũ perfici/ eosque in uicem sepeliri mandauit. Sic male sanus homo dum de se minus digna præsumeret: & male meritus maxima de Fortuna speraret: eo infœlix corruit/ quo suaimpudentia meruerat. Sic & meretrix fœmina dũ non sua sorte contenta est: ad id a Fortuna ẽ contracta: vt quæ membra summis lenita deliciis in amplexibus libidinosis pluribus commodarat/ ea viuente vidente ac sentiente a serpentibus ambirentur. Adque vt ab eisdem sanguis absorberetur: quę ipsa aluerat sorbtionibus vinorũ. Et pulchritudinẽ quã fœminea leuitate monstrauerat acerbitate commota Fortunę delusam ipsa viuens infoderet. Et quod per maximum desyderium ambierat Imperium/ Mausolei breuitate finiret.

Antoni⁹ se ipse gladio transfigit

Cleopatrę exitus.

¶IOANNIS BOCCACII CERTALDENSIS DE CASIBVS ILLVSTRIVM VIRORVM ¶LIBER SEPTIMVS.

¶ Quorumdam Infœlicium Concursus.

MEMINI CIRCVMSPECTO DVBIVM EST: quin quãto magis laboribus vires exhaurimus/ tanto quietem auidiores adsumimus. Quę diffusa per artus nonnũquam tãta suauitate defessos cõplectitur: vt nisi quis caueat/ in torporem facile adligetur. quodquidem & ego nuper expertus sũ. Nam descripsisse quantumcũque succincte ingentia gesta tam grandiuz tamque illustrium virorum & tristes exitus eorumdem adeo robur meũ retuderat: vt non solum cupide set præcipitanter in quietẽ ire me sinerez. Quamobrem non tantũ maiore set isolita etiã lenitate demulsus in soporem fere solutus sũ. In quo ni clamor plurium obstrepentium circa vetuisset/ iners procul iacuissem. Quos inter fere primus memoria patris tractus Antonius Marci Antonii ex fuluia filius insipientiã genitoris & casuz quibus se immeritũ obrutum cernebat/ execrabatur. Nec minus Octauiani atrocitatem. Qua a diui Iulii statua distractus vi trucidatus sit. Sic & Cęsario qui se a Cęsare ex Cleopatra genitũ adserẽs dum ex clarissimo sanguine cretus in spem regni cresceret/ reuoluta rerum serie post genitricis nefariæ voluntariã mortem se adulescentulum adque innocentem Octauiani iussu peremtum querebatur. Stabat & Iulia eiusdem Octauiani ex Scribonia cõiuge filia/ gemino deplorãs vlulatu/ quod tanti Imperatoris genita primo Marcello Octauiæ filio despon-

Grata quies labore fatigatis.

Passim legere est Atylũ fuluięex antonio filiũ octauianiiussu fuisse pẽtuz Cæsarionez vero cleopatra & diuo Iulio genitũ a complexu

Iulia cęsaris augusti filia

paternæ statuę vi abstractum eodē augusto iubente necatum.

sata/demum Marco Agrippę viro illustri in matrimoniū tradita/sua reticens adulteria ad id deuenerit: vt patris crudelitate patria pulsa/in exilium acta/Ibique viro et humano priuata consortio inedia fere in idecoram mortē inciderit. Nec minus Agrippa huius ex Marco Agrippa filius non ignauiam suam qua lixas quoscum que spurcissimos superauit: set Augusti sæuitiam/quod relegatum exilio se torpere permiserat: clamitabat: His iūctus erat & Cassius parmensis q fletu querulo maledictis execrabatur temerariam p̄sumtionem suam. Ob quam duꝫ Marci Antonii crapulas sequeretur sobrietate musarū postposita/odium meruit Augusti. Et eiusdē mādato post Antonii occubitū inferias Iulii fuit cōfossus. Hinc Quintus Gallius Prętor ob falsaꝫ Augusti suspitionē a splēdido p̄toris culmine se per Centuriones eo iubēte ad torturam more seruili deiectum/& inde ipsius Octauiani manibus priuatum luminibus/& in custodia conseruatū/& demū interdictā sibi vrbem/dūq̄ fugeret a latronibus captū occisumque lamentabatur. Erant & alii multi. Sane qm̄ plurimū animum meū angunt Italorū miserię: lubens ab oibus oculos flexi in Herodem Iudęorum Regem. Qui pręgrandi suorum caterua & potissimum amicorum adque cognatoꝝ stipatus/lachrymarum plenus pulla cum veste vociferans veniebat. Cuius ærumnas sermone p̄lixiori iūgendas reliquis arbitratus sum.

Agrippa Iulię filius.

Cassius parmensis.

Quītus gallus prętor.

Herodes antipatri filius

De Herode Iudęorum Rege.

HERODES ANTIPATRI Idumęi ex clarissima Arabum familia filius fuit: Et eiusdem patris sui opere Galileę quintum decimum ætatis suæ annum agens tutor effectus: Et dum prudentia superaret ętatem: in amicitiaꝫ Sexti Cæsaris qui Syrię p̄ Iulio pręerat veniēs Ezechiam quemdā strenuū latronum principem omnem p̄uinciam infestantem cuꝫ multis ex sequacibus deleuit. Quod etsi gratissimum incolis fuit: ab iuidis tn̄ Hyrcano regi adcusatus quū custodia diligenti suorū septus causam dicturus venisset: Lr̄is Sexti Cæsaris actum est vt clam abiret immunis. Et Damascum perueniens pecunia a Sexto Cęsare inferioris Syrie ducatum obtinuit. Demū quū patris p̄cibus arma quæ aduersus Hyrcanum sumserat/posuisset: Iulio Cæsare mortuo: arte adque muneribus in amicitiam Cassii aduersus Octauianum & Antonium receptus est. A quo nō solum totius Syrie principatum suscepit. Set & naues illi cum omni exercitu commendatę. Spesque data est Regni iudęorū: si in fide cōsisteret. Porro quum Malchum maximū ex Iudæis hominem in Tyri litore occidisset: eo q̄ Antipatruꝫ necasset veneno: & Maronē eiecisset Galilea: adq; Antigonuꝫ Aristoboli filiū bella parantem vicisset: Hierosolymam veniens a Iudęis & Hyrcano Rege summa cū lętitia susceptus est. & coronis donatus. Quas tāq̄ futuri regni portentū suscepit auide. Ibi Dosi de vxore p̄ma/ex qua iaꝫ Antipatrū susceperat/dimissa/Aristoboli sibi filiam copulauit. Cæterum superatis ab Octauiano & Antonio Bruto & Cassio/Antonio apud Bithyniam/ipse cum Phaselo fratre a principibus Iudęorum maximis criminibus adcusatus/muneribus egit vt non solum absoluerētur: set Iudęorū dicerent Tetrarchæ. Qui post Regem & Pontificem sūmus est honor. Tetrarcha ergo Hyrcani filiaꝫ sapientissimam sumsit vxorem. Indequuꝫ Antigoni opera Parthi sub ducatu Pa-

Honos herodi impensus

Malchus ab herode necatur.

Herodes & phaselus fratres instituūtur ab antonio iudęorū tetrachę

chori Regis Parthorũ filii & Barzaphranis Satrapæ aduersus Hyrcanuz arma mo-uerent: Pachoro Hierosolymaz adpropinquãte fraude nil proficiente anxius Io-sippi fratris consilio Arixa Idumeę vico secessit ad Petras Arabum. Inde iubente Marco arabum Rege cum paucis abiit in Aegyptum. Vnde inuita etiam Cleopa-tra/& aspera obsistente hyeme/Rhodũ veniens iuit Romam Antonioque narra-uit Antigoni promissa Parthis. Hyrcanumque & Phaselum fraude captos. Au-res ab Antigono truncatas Hyrcano. Ne vlterius Sacerdotio fũgeretur. Et tandez Phaselum ægre vincla ferentem Illiso capite parieti expirasse. Inde fugam suam et Regis Arabum nequitiam integre nuntiauit ❡Quibus commotus Antonius vna cum Octauiano impenso eidez suffragio vt a Senatu Iudæorum Rex diceref egere. Iudicatoq; Antigono hoste publico/aduersus eũ Herodi auxilia decreue-re. Tãto igitur tamque claro successu Herodes Regio Diademate insignis lętabũ-dus rediit in Iudęam Vbi cũ ventidio Silone & Machera adque Sosio Romanis ducibus aduersus Antigonum/qui se Regem fecerat Iudęorum/eo quod Aristo-boli exfilio nepos esset: multa bella gessit. Et non absque labore & periculo/fa-uentibus ob auruz Romanis ducibus Antigono. Tandẽ cũ Antonium aduersus Parthos euntem prosequeref magnifice: occisum Iosippum fratrem a copiis Anti-goni/et eius caput abscissum/infixumq; pilo/& circum vrbes delatum indignãti pertulit animo. ❡ Verum quũ a ruina domus in qua cœnauerat/& incolumis e balneo in quo solus cũ puero seruiente lauabaf/ nudus irruentium gladios effu-gisset: lętatusque a Ferora Pãpi ducis Antigoni qui Iosippũ interfecerat/caput su-scepisset: in regnum rediens Mariãnen Alexandri Aristoboli Regis geniti filiam sumsit vxorem Et animositate repletus adiutus a Sosio duce Antoniano Hiero-solymã obsedit: & expugnauit. Egitq̃ muneribus/vt Antigonus q triũpho serua-baf i vincu. necaef Inde(vt ois regia soboles aufereẽ)Aristobolũ iuuenẽ cui iter-cessione Mariannes sororis ęgre sacerdotiuz dederat: dum per ęstum cum amicis balneareẽ in fonte sępius ioco mersus opere suo ad vltimum in eodem suffocatũ de medio abstulit. Quod Marianne impatienter ferens curauit: vt de morte Ari-stoboli pulcerrimi iuuenis a Cleopatra Herodes adcusaretur Antonio. Quod tamẽ auro purgatũ est. Ad id eni romanorũ vetus honestas deuenerat: Vt apud eos fandis adque nefandis aurum ṗualeret. Restabat tamen vt ob quęsituz regnũ inferis tertia victima soluereẽ. Hyrcanus scilicet. Qui quũ iam octogenarius a Ba-bylone ex captiuitate Hierosolymaz rediisset multis ab Herode in necem eius añ-tẽratis incõuiuio senex occisus est. ❡ Ab hmõi homicidiis arma sũsit in Arabas. Quos post mltaseorũ calamitates i ditionẽ suscepit. Hac victoria tã formidolos⁹ cunctis adiacẽtib⁹ factus/vt aduersus eũ nemo aliquid auderet. Et iam regni sui statum gloriosus videbaẽ post labores plurimos fraudes & homicidia confirmaf-se: quuz Octauiani victoria ex Antonio & Cleopatra/cuius ipse aduersus eũ par-tes sequutus fuerat: extraxit in publicũ. ❡Sane circũspectus Rex sagaciss.mo vsus consilio ad Cęsarem festinus adueniẽs posito diademate tam apte tãque opportu-ne pro temporis qualitate orauit: vt non solum veniam mereretur: set Octauiani gratiam & amicitiã lucraretur. Adque illi ab Octauiano nõ tm̃ abiecta Diadema

Herodis fu-ga.

Aures hyr-cane trũcatę

Phaselli ite-ritus

Iosippus ob-truncatur.

Mariãne du-citur ab he-rode.

Aristobolus aquis obru-tꝰ suffocatur

Arabes vin-cuntur.

Augusti ve-neuolentia i herodem.

concessum:set ciuitatibus adque puinciis adiacentibus ampliatus est. Set quum fe re nil supra videretur apud eum posse Fortuna per quot illū extulerat gradus:per tot reuoluta vexauit elatum. Nam añ alia eā in rem quā plurimum diligebat:sçui re coactus est. Marianne eñ illi dilecta nimium ægre Aristoboli fratris morté fe rens:sciensque & dum aduersus Arabas & dum supplex Romam oraturus iret mā dasse eum amicis/si minus ei pro votis contingeret:vt occideret:Eum habebat o dio:& ob id in ignobilitatem eius obloquebatur persępe. Qua de re(vt placet ali quibus) Alexādrę Herodis matris & Salomię sororis opere factum est/vt ab eo dem tamquam cōiurationis aduersus eum cōscia morti miserabiliter damnaretur. Alii volunt eidem ostensum Mariannen formosissimam effigiem suam pictam Antonio in ægyptum misisse:vt libidinosum hominem in gratiam suam & con cupiscentiam traheret in Herodis exitiū. Adque deinde & ob id in illam tamquā in hostem Herodem turbatum morté eius imperasse. Verum quęcumque fuerit causa. Mariannes nō Fœmineo ritu set Virili animo adq̄ facie immutata mortē suscepit/quāuis qui aderāt innocentiam ei9 & eximiam pulcritudinem & eius Re giam claritarem miseramque Fortunam q̄ruli deplorarent. Quopacto quū furor cessasset Herodis:illico eius in locū vetus surrexit amor. Eūque adeo torquere cœ pit:vt alteri rei quā vlulatibus & lachrymis nō vacaret. Illam die noctuque vocans oransque: vt fere deuenerit amens. Et quia quoties filios/ quos ex ipsa suscepe rat/videbat/defūctę memor in nouum trahebatur doloré:spreta ciuitate sub vena tionis titulo secessit ad siluas. Ibique mœstissimus defluēs fere in letiferam valetu dinem delatus in Sebasten iacuit donec ab ęgritudine curaretur. ¶ Sanitate vero recuperata & dolore tractu temporis longo paululū lenito: Romam Octauianum visitaturus concessit. Vbi comiter susceptus relictis Aristobolo & Alexandro fi liis ex Marianne susceptis in Regnum rediit. Ibi quū theatra pręter Iudaicū ritum construxisset: Et in eis statuas Octauiani & alias erexisset:multos ex murmuranti bus Iudęis ob hoc iussit occidi:Quod odiū mira liberalitate sedauit. Nam laborā tibus eis fame sumtibus propriis adfatim indigentibus tribuit opportuna. Ingēs que templū initar olim Solomonis ab ipsis fūdamentis intra Octauū construxit annum. Quibus resumta gratia Iudæorum Romam veniens honoratus egregie ab Augusto filios Regiis moribus & scientia imbutos cū alacritate reduxit in Re gnum. Eisque maxima Iudęorum lætitia coniuges iunxit. Aristobolo Beronicen Natā sororis suę Salomię. Alexandro Glaphirā Archelai Regis Cappadocię fi liam. Nec diu post hæc quod Herodes cum ingēti exercitu psequutus est Marcū Agrippam ad expeditioné tendenté ponticam illum adeo iuuit/vt victoris Agrip pę gratiam meruerit. Et post multiplices illi impēsos honores ab eo eidē multa o pida Regno adhęrentia suo cōcessa sunt. Et oppressis Iudęis per Asiā & Græciā eo poscente suis posse vti legibus ac libertate concessum est. ¶ Quibus tot tam tisque secūdis rebus qui mō concussus acri fuerat ictu restitutus non solū fœlix videri poterat cunctis:set beatissimus apud mortales. Et (vt nulla ex pte videretur splendor Regius diminutus) in tantū donis & munificentia tā Regibus exteris et Tetrarchis quā Ciuitatibus & Populis adq̄ Regionibus magnificus fuit vt dice

Variæ scri ptorum sen tentię super mariannes obitu.

Herodis mę stitia pter vxoré vita defunctam.

Aristoboli & Alexandri filiorum he rodis vxores

ret Octauianus eius magnificentię Romanum solum deesse Imperiū: Pręterea in ędificiis mirabilibus tā publicis quā priuatis & sacris adque profanis ɔstruendis Nemo illi suo æuo potuit cōparari. Cęsareā insuper & Sebasten adque Antipatriam & Cyprū ciuitates condidit. Et alias etiam plurimas variis ædificiis exornauit. Set cum a successuū culmine declinandū foret: credulitate nimia in miserrimā Regis vitam delapsus est. Nā quū Ferorę fratri & Salome sorori Aristobolu3 & Alexandrū indigne matris mortē ferre/& sibi insidiari credidisset: Primo in eorū iniuriā Dorim primā coniuge3 resumsit. Et Antipatrū filium ex ea genitū illis ꝓposuit. A quo etiā itritatus adcusaturus innoxios Aquilegiā vsque perrexit. Verū quum lachrymę magis quā verba filiorū innocentiā ostendissēt: eis reconciliatus Hierosolymā remeauit. Set breuis fuit gratia talis. Aberat Antipater. Aberat Ferora & Salome. Quibus non añ reconiūctus est: quā instigāte Antipatro nō solu3 in Iuuenes set in Feroram & Salomē ac alios plures Regni Nobiles Senescentis Regis referuesceret ira. Ob quam tortus est Alexander ac vinculis traditus/& amici plures tormentis occisi. Nonnulli ab Aula semoti sunt. Et ipse pauefactus turbata mentis tranquillitate fere in insaniam versus est. Et passim cruentis cædibus Regnum lanians illud quod honore & pulcritudine florebat plurima: fere dehonestauit omne. Seque Miserum patefecit ex Glorioso.

Herodis magnificentia.

Herodes filius infensus

¶ AD Tamen quum paululum illum Archelaus Cappadox mitigasset: & solueret Alexander: infestatus a Latrōibus Thracōitibus in Bellū surgere coactus est. Ac insuper a Silleo Arabe eo qđ sibi Salomē viduā dare recusasset vxorē: in causā corā Cęsare tractus recuperata gratia & damnato Silleo obtinuit id posse i filios quod sibi iustū videref & faustū. Eo igiť in Regnu3 redeūte Euridis Lacedęmonii opera acris inter eū & filios seditio orta est/ob quam ratus eos in suū excidium vigilare/maximo Iudęorū dolore/Aristobolū & Alexandrum in Cęsarea morti damnauit. Eosque Sebasten missos iussit interimi laqueo. Quod quum peregisset senex infœlix spectabilem occisorū filiorum ꝓlem prospiciens: ad Pietatem potius in suam pniciem quam interfectorum subsidium versus/In instigatorē Antipatru3 odiū oῇe ꝓuertit. Et idcirco sublato Ferora fratre Veneno: Antipatrū seruari iussit: & noxiis agitatus curis: sæua adque turpi infirmitate correptus est. Nā quū incessabili & ifesta prurigine teneref: & per oē3 corporis ptem scaturientes vermes adsidue cerneret glomerari: Nec his obstari seu occurri posse Medelis: & minime Asphaltidis calētes vndas vł tepētis olei balnea ꝓdesse cognosceret: se mori auspicās/vt suo fūeri Publicę Iudęorū lachrymę/quū eis se odiosū aduerteret: ꝓstarenť: Nouum crudelitatis genus cōmentus est. Iussit enim oim prouinciarum accersiri nobiliores. Eosque diligēti seruari custodia Salome sorori iniūgens vti dudum infātulos cędi fecerat/sic quā pri3 deficeret/oēs quos seruabat cęderēť ꝓfecti: & ne deessēt faciori pcussores/eisdē legata testamēto reliqt. Porro quū eū nimiū ęgritudo torqret/istituit morte finē torturis ipōere/& ꝓfecto se gladio trāsfodisset: ni Atiabus obstitisset amicus. ¶ Qđ in quemquam infortuniu3 maius exoptes: quā qđ ex quacūq cā tāto vrgeať dolore/vt semet ip3 cū adquisitis oibus pdere cupiat & conetur? Quem itaque non Arabum arma/Non Iudęorum adcusatores/

Archelaus cappadox.

Sillę⁹ arabs

Eurides.

Herodes filios necari iubet.

Antipater

Ferora

Fœdissim⁹ herodis morbus

Herodes sibi manū inferre conatur.

non necessariorum insidię/non mille Maris Terręque pericula vincere potuerant: vis morbi vicit:in tm̄ vt vitā quā sępe multo redimerat auro/Quā parricidiis pluribus/Quā amicorum occisionibus/Quā summa satellitū armatorum solertia seruauerat/et cū illa Regnum summis quęsitū laboribus adque seruatū/vltro conaret abiicere. ℂSūmā igitur i infœlicitatē lapsus quū ex opinione suę mortis plurimū audiisset clamorē:adque Antipatruʒ abiicere vincula conantē sensisset:in sęuitia perseuerans/quasi de suo aduētu nuntium pręmissurus ad inferos Iuuenē filiū iussit occidi. Cuius post neceʒ & ipse miserabiliter Die quita defunctus:ab Archelao filio successore magis ob pręteritam Virtutem quaʒ ob continuatam sęuitiam honorifice & ritu Regio sepultus est.

Herodes diem claudit nouissimū.

ℂTRISTES quidam & Tyberii Cęsaris adque Caii Caligulę Iurgium cum Valeria Messalina.

POTERAM hic in detestationem rerū temporalium & insanum ac inexplebile Herodis desyderiū iura multa subnectere. Adtamen non ante putrescētis eius interitū finierā/& ecce Lugubres ex filiis adstitere duo. Archelaus videlicet & Herodes qui prius Antipas dictus est. Ex his prior anxie querebatur quod sibi a Patre i Regnū iure hęreditario substituto/Augustus Regiū diadema negasset:& tractu tēporis se apud Viennam Gallorum Vrbem in exilium relegasset. Ibique Longinquus a suis nō longa mora interposita ex Rege priuatus expirasset. Alter vero/qui ante cū Philippo fratre Tetrarcha designatus fuerat a Cęsare/demum fratri successor effectus/se exuleʒ extorrēque vna cū Herodiade vxore quam Philippo subripuerat:& cuius suasionibus aduersus Agrippam Aristobuli filium multa tunc post longum Tyberii carcerem cum Caio potentem/diadema Regium Romam iuerat obtenturus:in Hispania misere ac exigue vitam traxisse. Et tędio adsectum altero a suo/orbis in angulo occubuisse deflebat. Set hos inter varia lamentantes Iurgium fere delectabile/licet osceuuʒ Tyberii/Cæsaris & Caii Caligulę cum Valeria Messalina aures impulit meas/& in se contraxit animum oculosque. ℂTyberius quideʒ Augustus & Caius Caligula quāuis habitu adspectuque mœstissimi adparerent: visa tn̄ inter flentes Messalina quasi adquid venissent obliti/in eā alternis vicibus verbisque atrocibus iuehi cœpere. Et primo Caligula. Quid(inquit)oscena Libidinum Hiatrix huc Messalina venisti/An visura flentem Aemiliam Lepidam. Dolentem Liuiā Medullinā. Queritantem Plautiaʒ Herculanillam. Repudiatam Aeliā Petinā/quasi gaudēs qđ tibi pre cęteris sobrius senex Claudius orbi imperitans cesserit: An Drusum Piro strangulatum. Et Claudiam ante limē matris expositam/priuignos tuos: Vt ex Angustiis exosorū aliquid voluptatis adsumeres: Seu potius soporiferas hęrbas Papauera Apiūve et Medicata Vina vt occupantem Libidines tuas Claudium non alto sopno demersum set fere exanimem redderes: ℂNon quidem (subsequutus confestim ait Tyberius). Iā ei nouisse potuit ingurgitatorem illum egregium quamquam titubantem Cęlicolis Agrippinę meritis iunctumesse/& Ambrosii Nectaris vna cum Ioue amplissimos Calices haurientem. ℂVerum vrget adhuc eius

Archelai exilium & interitus.

Archelaus & herodes herodis filii

Herodias.

Herodis casus.

Caligulę verba in valeriam.

Claudii cęsaris vxores.

Drusus & claudia cęsare claudio geniti.

In eamdē tiberii verba

eius insatiata prurigo qua persępe nocte vna adulteris innũeris se subegit/& potius fessa labore quã contenta concubitu veste aliena petitas cellulas noctu vltima dereliquit. Aedepol Lupanaria aut Fornices locũ hunc esse arbitrata est. Et multos venientes conspiciens iam sequuta impudẽs Mœchos repertura suos adcessit. Set erras vorago inexplebilis. Si nescis / miseriarum locus non Luxuriarum hic est.

Ardentissima valerię libido.

Valerię responsum.

¶ Ad illa firmiori vultu & oratiõe integriori quam putes illecebri fuisse Mulieri aduersus exasperatores hos inquit. Locum/& qui veniãt/ & causam/ etiã vobis tacentibus optime noueraꝫ. Set ipsũ meę Fortũæ casũ/qđ a clarissimi patris Barbati Messalę Ac ab Imperiali thalamo in turpissimã mortẽ & indelebilẽ infamiã pciderim/vt deflerem huc me contuli. Ad dum vos audio videoq̃ tristes nec mea sorte candidiores exuisse vitã sentio: iam minus misera postpositis paululũ lachrymis/vestris sermonibus vices reddã: Et si erubescã: nõ ificiabor tñ Lasciua. Luxuriosa. Adultera. Et concubitus plurimi semp auida fui. Quodquidẽ quãquã multum habebat criminis: non tñ aliquali caret excusatione. Memini/& meminisse iuuat/percũctanti Barbato de Natiuitate mea Mathematicũ respondisse. Dum hęc tibi Messala nata est/gemina Latonę ꝓles in nostrum orbem chelis cõtenta surgebat ab infero/quã hostem tenens Orionis Atlantiades sequebat/Cęliq; medium Hiulco draconis capiti Martique suo iũcta Citeręa tenebat/& suis in piscibus Iouem adque infœlicem cum Ganymedę seneꝫ Cęli vertigo in noctem profundissimam rapiebat. Quibus omnis ętherea cõpago ruere videbatur in Venereꝫ Cęlo igitur vrgente in hoc nata sum. Etsi abhominabile facinus naturale tamen est. Et quãuis velint & vere velint/aliqui posse hoc forti aio superari: defecisse Fœmellã excusabit Alcides. Cui & si illud humeris sustentare concessũm: viribus tamen superare negatum est. Ea igitur vi qua & Hercules victa sunt. Verum si Aphricanus Scipio aut Marcus Cato/qđ obiicitis obiecissent: vel ego me Sulpitiã Fuluii Flacci coniugem. Seu Origiagontis vxoreꝫ aut antiquiorem illa Lucretiã dixissem: & ego tacuisse debueram. Et vos iuste Iurgia iniicere poteratis. Set quid vos quęso diuinę stirpis obprobrium laceratis? Et vt pariter in ambos reiiciam quod in me obiicitis ambo. Volo memineris inepte Iuuenis & Germanici pientissimi patris indigna proles/apud quoscũque notissimum esse/quid a damnabili Luxurię tuæ ardore tractus in Agrippinaꝫ Drusillam Liuillamque sorores tuas egeris Et quid potissimũ in Drusillaꝫ. Nec latet nos qđ i honestissimas Matronas nunc sub cõiugii specie/nunc vi sæpius egeris/etiam cernentibus viris quos vna cum vxoribus proditor aduocaras. Set quid istud? Ego Medicata vina ingurgitatori Claudio adponebam: vt in sopnum soluerem. Tu venena vndique congregaueras / vt in Mortem humanum genus omne dissolueres. Ego Sopitum Claudium capiebam/vt licentiosius ardori vacarẽ meo. Tu ciuibus cunctis caput cupiebas vnum/ vt ictu posses vno sęuitiam complere tuam Quibus inspectis non adeo insolenter & inconsyderate in me miseram insurgere debueras. Profecto Cai ęquissimum est/vt quis ignominiam suam purget ante quam alienas adcuset. Set te resumtura aliquando/in spurcissimum istum senem toto trahor adfectu. ¶ Dicas itaque volo Tyberi clarissime/qui tanta tamque adcurata dicacitate meas ineptias

Valeria suã causatur lasciuiam per astrorũ ifluentiam.

Caligula rei venereę sititor flagrãtissimus.

Implũ calligulę optatũ

Capreę insula campanię portentosa tyberii libidine famosissima.

momordisti: Nūquid e memoria tua ceciderit Insula Campanię Capreę/apđ quā secessum & latibulum ociorum tuorū elegeras. Immo officinā oscenitatū tuarum condideras: O obiurgator Libidinū muliebrium strenue/ Nonne ibi monstrosarum lasciuiarum spurcitias exornasti: Nonne exquisitis vndique Meretriculis adque Lenonibus & quibuscūque noui & inauditi cōcubitus repertoribus/quos tu Spinthrias vocabas/exornatas complesti: Vt dum Auidius turpitudines commistionum spectares: effoeti corporis tui vires in neruum consurgerent. Ne sine te tot enormia patrarēt. Nonne Spurcissime senex nemora antra & loca semota Syluestria per omnez Insulaz/ quam tu non dignus humano consortio fere solus incolebas/caueis adque locellis īcestuosę Veneri aptis variis suffragātibus adminiculis impleuisti: Et foeminis ephebisque replesti: Vt passim tendens id cerneres: ageresque/si suppeterēt vires/quod mihi obiicis iaz fecisse. Ego Lupanaria noctu aliena palliata veste vrens exquirebam Iuuenis. Tu per diem omnem palā senex frigensque caueas incolebas. Quid te non antea ꝓspectasti miserrime/quā mihi adulteria obiiceres mea: Aduertisses liquido in te dixisse qđ mihi obiecisse putabas. Set si forsan ꝓbra hęc velitis refellere/adserentes honestarū Matronarū vnicum esse Thesaurum pudicitiam: quo perdito in recuperationem frustra sudetur: quod hominibus nō contingit/ nec ob id infamiam consequuntur/exquo plurimū Mulieres efficiunt infames. Haberē quid ad hoc in vos dicerē/si longius loq vellem. Set absit vt fatear qđ vlli liceat vlla de causa absque infamia agere in virtutes. Set si sint q concedāt: nō hoc tm̄ scelere rei estis/quum sūma & inaudita fere pfidia laboretis ¶ Et vt ꝑtermittā Tyberi Iuuētutis tuę inertiā. Et circa potatiōes ocia/quibus meritis vulgo vocabaris Biberi⁹ Caldius Mero. Et ob desidiā secessus in Rhodū/ad insatiabilē sitim quā sanguis ex innata aī tui pfidia habuisti/Ne verbis testimonio careā/volo te circūspectes/& ante alios Caiū Asinium Gallum splendidū vrbis nostrę facūdię Oratorię lumen/quem tu nulla alia tractus causa quam mētis sęuitia post diros plurimosque cruciatus euiscerari iussisti. Volo prospectes Vononē illustrem Parthorum Regem seditione suorum Regno pulsum/ non solum tam grande infortunium execrantē/set quod inexplebili Auaritia tua/ quuz in fidem Romani Populi aufugisset Antiochiam / ibi primo ingenti Thesauro priuatus factus ex Rege ditissimo mendicus: & exauctoratus hō sit. Ac inde crudelitate tua truci morte recipiēdi Regni spe nudatus excesserit. Et si vlteri⁹ oculos porrigas Agrippinaz nurum tuā miseram flentemque atrocitatē tuā videbis. Eo quod innocentē eaz adcusare veritus non sis nūc ad Augusti statuam/Nūc ad exercituz fugā parare/ & ob id a te apud Pandarariā relegatā. Vbi isup a Centurione eam adeo verberibus adfligi fecisti: vt oculo priuaret vno. Et demū dū tua fastidia ac crudelitates morte efugere conaret/ Et mortem inedia quereret: inuidens eam vitę breuitate longitudinem iniuriarū tuarum efugere/vi cibum per guttur eius impingere/animamque fugę destinatam seruare frustra conatus es. Expertus que mulieris ingenio te multis posse Mortē etiam renuētibus dare/ Vitā nemini cognouisti. Compatior Accastor in mediis miseriis meis Neroni adque Druso Germanici filiis. Huiusque infādi Iuuenis fratribus. Quos tibi sibiq post tergū

Caldius biberi⁹ mero.

Sæuissima tyberii crudelitas.

Vono parthorum rex

Agrippina tyberii Nurus.

Pandataria insula est in mari tyrrheno.

Agrippinę mors impia

cerno sua facta gemẽtes. Aientes se ob Inuidiã a te sumtam/eo quod ꝓ eorũ salute vota suscepta sũt/primo variis cõuiciis laceratos. Demũ literis nequiter Senatui adcusatos. Adque te agẽte hostes Reipublicę iudicatos. Tãdẽ sęuitia tua ad id deductos: vt Nero in Põtia Insula relegatꝰ morereť inedia. Drusus in ima pte palatii/vt quidã ferunt/timore Laquei & Vnci a Carnifice demõstrati/seipsũ occideret. Quãuis ipse acerbius clamitet quod sibi alimẽtis subtractis oibus ad tomẽtũ e culcita tractum manducandũ se coegeris. Extremo quũ apud alios odia cũ morte secedant: mortuorum illorum fame reliquias dispergi fecisti: vt ad tumulum exhibendũ defunctis nũquã possent ab aliquo colligi. Et mihi quasi facinora tua ignoranti inueterate dierũ malorum obiicis Boletos & pocula. Dic quęso cui dubium est qui Germanicum fratrem tuũ tam bello conspicuum ducem/tam Reipublicę vtilem/tam Plębi patribusque dilectum: per Cnęũ Pisonem tunc Syrię prępositum veneno necaueris? Et Drusuꝫ pariter? Cuius/tu cadauer tanta cũ humilitate ꝓsequutus es. Ego virum decipiebã poculis. Tu fratres subripiebas veneno. Ego inertem ludebam. Tu solertissimos occidebas. ℭ O dira pestis & merito verbis feralibus execranda: fratrem in fratreꝫ sæuire/quibus etiã añquam nascerẽtur vnus fuit & idẽ sanguis/pater vnus. Et genitrix vna. Dũ nati/ideꝫ patrii lares. Par eorum parentũ cura. Cõuentus mores. & disciplina eadẽ. Et ab ipso vitę exordio amicitia inchoata. Belue nõ vno gestatę vtero: sꝫ vna iunctę spẽ se inuiceꝫ ab exteris seruãt illęsas. Hoies qbus data rõ est/Sinamus in alios/sꝫ in fratres & exasperare animos & exercere sęuitiam non verentur. ℭ Set ad te redeo cuius truculentias si narrare velim omnes/deficient verba. Insurgat & dicat Seianus quem tu deiectis eius statuis excarnificatum vncisque tractum in Tyberim proiici iussisti. Adueniant qui ad sęuitiam tuam complendam apud Capreas e rupibus post varia tormenta in præcipitium dati sunt. Mihi quippe satis est paucis respondisse/quia te noueriꝫ. Quia tuę aĩi iiquitates sint/Meę corporis/Tuę excogitatę/Meę coactę. Tuę humano generi toti damnosę/Meę ignominia pudoris fœminei subIata/nmini. Ego Principis iussu cõfossa. Tu inter Lenones & Meretriculas oscenis in fornicibus marcido confectus senio in Venereꝫ ꝓnus & frustra cupiens: cecidisti. Quid ergo inquies in mulierem? Cõmune omnium vitium Luxuriam obiicies. Set eo telo quo te senex libidinose carnifex pupugi: Hunc insolentem iuuenem lubet iterato contingere. ℭ Vbi nunc quęso Cai illa tua ridenda ac detestanda & inanis gloria qua te Deum mortalis adhuc fingere ausus es: qua templa confici/statuas poni/hostias mactari/victimas obferri/pces porrigi/nomen inuocari tuũ/& ab hostibus adorari passus es? In hoc (vt cerno) lapsa est: vt iter miseros a te mea luxuria obiurgetur. O lepidũ caput tã repẽte ab Altaribus ex Cęlo ex Deorũ contubernio medios iter gladios rite trucidatũ & inde in miseriarũ locũ ad Messalinam corrodendam deiectum? Credo Castorem adque Polluceꝫ quibus medius residebas/te nouum inquilinum ex possessione veteri eiecisse/ac existimo Iouem Capitolinum te nimis suam verbis exasperantem ignauiam longius tolerare nequiisse. ℭ Quis Oro Deorum Mercurius an Mars an Minerua te eius auulsit ab auribus. Meherde immerito factum est. Nam postquam aures suas

Neronis & drusi filiorũ germanici interitus.

Germanicꝰ p pisonẽ tyberio iubẽte veneno sublatus.

Eliꝰ seianꝰ.

Caligula se tãquaꝫ deũ coli pmisit.

suas completas consiliis feceras/teque ipsū aliqñ retraheres in Reipublicę cōmo=dum & nois tui decus perpetuū surgens in Neronē fratrem tuū nil tale timentē gladios expediri iussisti. Sic & i Syllanū socerū. Sic & i Ptolemęū Iubę Regis filiū ex Helene Antonii filia ꝯsobrinū. Sic in Senatores plures. Sic in Cōsulares adq̄ p torianos viros. Sic etiā & in Romanā Plębem in quam horreis firmatis quando=que famem Erisicthonis indixisti. O ꝑclarus patrię pater. Sic enim prę dilectione nimia in filios cernimus agere genitores/vt necenī fame certa potiusquam Fortu nę dubię reseruentur. Iouisne an Iunonis Reginę fuit istud consiliū? Veneris geni tricis fuisse arbitror ad captandā beneuolentiam subditorū impensum. Hęc eadē egit/existimo/vt pr̄es ad ꝓspectanda filiorū supplicia inuitos traheres. Vt inno cuos nocuosque feris obiiceres/vt Reipublicæ tēporibus tuis cōmoda lueres. Vt libellos illos spectabiles post necē tuam a Claudio meo compertos scriberes deco ris insignitos titulis quū vni gladius/alteri Pugio nomē esset/tuę clęmentię testes egregios. Set videre dii/quos tu Vęsania calcabas tua. Et magis aliorū innocentiā quam quę paraueras supplicia intuēres/vt confodereris facile permisere. ¶ Verū quū tanto nō videaris adhuc attritus supplicio/volo sinistram versus tuā intuea ris. Videbis quidem Cęsoniā tuā tibi dilectā Centurionis exenteratā gladio. Flen temque Iuliam tuā Drusillam parieti illisā:ne semē aliquod ex te genitū supesset. Et(vt cætera taceam)precor dicatis infœlices hoies imo syluestres Onagri diuinę Cæsareę domus dedecus sempiternū/q̄ vos fœtidis cadaueribus derelictis cœpere sedes: Permisit ne nauta Charō vos nauē ꝯscēdere. Potuit ne cū Patientia Iudex il le Rhadamāthus & criminū cognitor Minos vos audire? Potuit ne trux aliquis ve stris sceleribus satis dignas excogitare pœnas? Nū Phlegeton, nū Stygia suffecit palus? Furiis ipsis & Plutoni abhominabiles estis: & omī Tartaro vestro ꝯspectu pœnas ifligitis. Abite igit̄ infaustissimę beluę/eā quā meruistis in Crucē: & vos ipos docete vr̄a pri⁹ expiare facinora quā aliis ifigere mors⁹. ¶ Hęc quū illa iflicta quadā viuacitate narrasset: & ego nō solū absque tędio/s; sūma cū delectatiōe ele uatis auribus audiissē: truces hoies confusi/& illius victoriam taciturnitate pan=dentes Pinnulis obtectis capitibus/iam recessum parabāt ambo: dū superaduenit longe alter quam quū Laureā inter Citharistas adsūsit/orbis monstrū/& cui non ante similis visa belua Nero Claudius Cęsar/quasi memoria suorum scelerum po=siturus silentium alienis. Cuius quoniā tam grādis lapsus fuit/vt fuerat adscēsus vt de se scribam Seriosius ordo sumti laboris obtinuit.

Caligulæ sæuitia.

Ironia.

Gladius & pugio libellorum noia.

Cæsonia.

Iulia drusilla.

¶ DE Nerone Claudio Cæsare.



AENOBARBORVM familia Romę ex gēte fluxit domitia Lucio Domitio Aenobarbo dāte pricipiū. Quę & magistratibus adq̄ triūphis cla risque cōiugiis fulgens successione plurima ad id venit vt ex Lucio Domitio & Agrippina sorore Caii Caligulę Nero Claudi⁹ Nascerec̄. Qui vt in subli me tollerec̄: & matris astutia & Fortunæ benignitas operata est. Nam quū trium annorum infans patrē aquę itercutis morbo laborantē ꝑdidisset: Agrippina m̄re

Claudii nerōis genus.

eius a Caio tum principe in exiliū relegata sub duobus pędagogis apud Lepidam amitam suam fraudatus etiam tertia parte bonorum cuius hæres remanserat / satis tenui Fortuna nutritus est. Demū imperāte Claudio reuocata ab exilio Agrippina (vt reor) Germanici aui memoria plurimuȝ auctus est. In tm̄ vt tamquam Britannici Aemulus a Messalina tentaretꝛ occidi. Veruȝ ea iussu Claudii obscenitate adulteriorum suorū peremta / blanditiis Agrippinę actum est / vt illā Claudius eius amore captus a subornato ante Senatu coactus vxorem duceret / quū minime per legem liceret. Nec post multū quū iam vndecimum annum ageret Nero / Agrippinę matris opera a Claudio in filium adoptatus est. & amico Senecę clarissimo viro ac adprime erudito cōmendatus. Porro quum pubertatē adtigisset: Octauiā Claudii ex Messalina filiam duxit vxorem. Nec diu Agrippinę fraude Claudius veneno periit sumto Boletis / quibus plurimuȝ delectabatꝛ / vt aliqui arbitratꝛ. Et eius occultata morte neglecto Britānico Nero decimū septimū agēs ānū adsūsit imperiū. Cuius circa initia laudandis facinoribus se Principē optimū exhibiturū ꝓmittēs plurimum fauoris ꝓmeruit. ❡ Ex puero igitꝛ paupere & priuato adulescēte ad culmen perituri Orbis euectus Regibus etiam Imperauit. Tantęq̄ maiestati fulgores quosdam adiunxit: Nam liberales artes ętate puerili fere om̄es mira claritate suscepit. Et quū ingenium promtissimū ad Oratoriam disciplinam & Phiæ sanctissima documēta manifestis haberet indiciis: a cognitiōe oratorie artis a Seneca sublatus est / quorūdā iudicio / vt illi solus gratus existeret. A Phia vero Agrippina remouit muliebriter Imperanti Phiam aduersam esse cōfirmans. Poesim in quam se profundissime dedit / si ꝑseuerasset adeo adsumsisset / vt iudicio pluriū inter alios euasisset clarissimus. Verum nō adeo omisit quin mlta & promte cōponeret carmina nolens. Et Poema etiā quoddā de quo adhuc extat memoria in Clodium scȝ Pollionem Prętoriū virū scripsit. Cui fuit titulus Luscio. In pingēdo adque fingēdo ꝓcipuus. In musicis egregius taȝ voce quam fidibus fistulisque. Aurigādi equi tandique peritissimus robustus corpore & in quibuscumque certaminibus prōtus et audax. Adque subsistens: & quū cupidissimus æterni nomis esset: Amplissimos sumtus ędificando consumsit. Nam dum parietibus famam potius crederet quam Virtuti: ędificauit Romę mirādę magnitudinis domū trium miliū passuuȝ ambitus habētem vel plurium. Quam primo transitoriam nominauit. Inde igne consūtam instaurauit impensius. Eamque ꝓ trāsitoria aureā adpellauit. Intra quam nō Viridaria tm̄ / nō claustra / set arua / vineta / & rura / syluasq̄ disposuit: adque stagnū quāmaximū introduxit. Et pecorū omniuȝ fere specierū adque ferarum & pisciū nūerositate ꝯpleuit. Tecta aūt aureis laquearibus exornauit. Cœnacula & cubicula tabulꝛ eburneis auro gēmis & carissimis cōchis mirabili artificio decorauit. Et alia plurima potius ad libidineȝ quam ad pulcritudinē superaddidit monstrosa. Apud Baias quo delectabatꝛ plurimum vicinā Miseno piscinam construi fecit magnitudinis inuisę. In quam aquę ductus ex cocto lapide per pilas arcusque quadraginta sex milium passuum spacio a sarno adfluētissime deducebat aquas. Fecit prætерea montes fodi & subterraneas ac nauigabiles vias a lacu Auerni Hostiā vsque excogitauit posse perducere / & alia plura. ❡ Set quid virtutes & magnalia eius exten-

Neronis īfātuli educatio perquam humilis.

Neronis discrimen auctore messalina claudii vxore.

Adoptatur Nero.

Seneca.

Octauia neronis vxor.

Claudii exitus.

Neronis studia.

Aedificia a Nerone cōstructa.

dam: Neminē credo optima Fortuna sua fœdius abusū Nerone. Et (vt satis adparet) perspicacissimum illi Natura concessuʒ ingeniū: a pingui coinquinatum fuisse substātia. A qua ni cōstātissimæ mētis hō sit: facile decipimur omnes. Sic etiam reor vrgenti peruersissimis moribus nemini in contrariū tamdiu fuisse indultuʒ. Is quippe renouatis ludis/ & aliquibus ex nouo constitutis/ & moribus ciuiū aliquantuluʒ emendatis/ Legibusque vtilissimis conditis/ et amplissimis muneribus Plębi Principibusque concessis/ quasi hmōi rebus suum firmasset Imperium: sensim in mirā & abhominabilē petulantiā decidit. Nam posita Imperatoria grauitate absque rubore aliquo velut maximū Reipublicę commodū peracturus/ nō solum coram cantauit: Adque cithara cum Gręculis & ægyptiis Histrionibus decertauit: quinimmo (quod turpius est) sępissime iter Scorta totius Vrbis & Lixas Ganeonesque quā docte psalleret demōstrauit. Aurigauit & sępius. Ac Heroū tragœdias fingēs Mimorū more saltauit i Scęna Plębe spectante Romana. Obtētaq victoria Nouo ritu/ vti si reuerterer a Sarmatis/ Vrbē triumphans intrauit. Nec minus aliquando dum dies isset in nocteʒ: mutato habitu Tabernas & Lupanaria & inhonesta quęcūque loca non absque periculo suo & aliorū iniuria discurrere & intrare cœpit. Quibus perseuerans omni verecundia pulsa palam etiam factitare orsus est. Et quum in Gulā & Luxuriā totum se dedisset pcipiteʒ. Epulas a die medio in pfundissimā noctem adsiduis ingurgitationibus deducebat. Et hostiā ceu Baias dum nauigio peteret: passim per litus oē suo iussu Tabernę adque insignes Ganeę eduliis poculisque refertę variis locabantur. Necnon & institoria nobiliuʒ Matronarū/ a qbus trāsiens vt eo adpelleret se iusserat iuitari. Ad quas impudice ipsum nonnudquaʒ nec absque fœtida Matronarum nota diuertisse certissimū est. Et quāuis primo Octauiā/ inde Popeaʒ Sabinā/ post has Statiliam Messalinaʒ habuisset vxores: & Ingenuorū Iuuenū adque Nuptaruʒ & Virginū concubitu abuteref cōtinue: Non tn̄ veritus est Vestali Virgini Rubrię ad incestū pficienduʒ vim inferre/ etiā manifeste. Et (quod turpissimū est & forsan inauditū) Sporuʒ quemdā cuius amore tenebaf inepto/ dum exectis testiculis in muliebrem naturam reducere conaf amens: frustratus vt potuit Augustarū ornamentis excultum celebri nuptiarū festo duxit vxorem. Nec istud satis in suum dedecus fecisse fuit. Verum in obprobrium Italicę lasciuię per cōuentus omnes Gręcię illum tam quam mirū & optabile suę fœlicitatis bc nū in spectaculum circūduxit. Nec abstinuit quin & ipse Palaʒ Doryphoro Liberto cuidā viro tamquā fœmina nuberet. Nocteque prima sceleiti concubitus more Virginum querulos emitteret eiulatus: quasi sua violaref Virginitas. ¶ Set quid circa hęc insto tam turpia: Quid de eo credi non poterit: cuius tot & tam ingentes fuerūt illecebrę: vt inueniant qui credant eum etiā in Matris concubitu lasciuisse: Quibus tā detestandis facinoribus/ posita pdigalitate qua Aureo rete Purpurea tracto fune piscari solitus erat/ & veste nulla bis indui/ adque i pūctū quadragenis sestertiis alea ludere pedesque Mularum vehicula trahentium seu lecticas suas gestantium soleis Argēteis roborare/ et alia plura pfuse nimium factitare/ immiscuit Auaritiā & atrocitatem. Nam prę ter alia quę quęstus grā plurima adque turpia adinuenit/ templa etiam tam ciuilia

Nerōnis triumphus.

Nerōnis ingluuies.

Execranda Nerōnis libido.

Nero matrimoniū cōtrahit cū viro.

Idem viro nubit.

Pro scelus.

O luxū inauditum.

quam extera Deorum simulacris Auro Argentoque confectis ornamentisque reliquis sacrilegus spoliauit. Postremo adserens se offensum deformitate tam veterum ędificiorum quam incompositis viarum circuitionibus Vrbis/vt in melius pulcriusve reformarent/Romam oēm Cremandam igni cōcessit. Et sex diebus noctibusque septem audente nemine rebus suis ferre subsidium / ex Turri Mœcenatiana Halosim Ilii decantans lętabūdus cōspexit incendium. Quo sedato quuꝫ nulli liceret colligere reruꝫ suarum reliquias/ipse ruinas incendii scrutātibus adsistens fusos igne Thesauros colligebat. ❡O quot Deorum ędes. Quot veneranda templa Latinis Punicis Macedonicis Asiaticis Gallicisque & aliis ornata victoriis/Quot nobiliuꝫ/ Quot publica theatra/Quot statuę veterum aut collapsę aut absumtæ sunt? Quę plura? Cum his tanta exarsit sæuitia: vt nemo sui securus vsquā nedum noctibus set vigiliis posset cōsistere. Nam inter alia damnāda eius facinora. Britannicum fratreꝫ suū Claudii filium/Non(vt quidā putant)metu ne sibi quandoque ex genitoris memoria dominiū aufferret: Veruꝫ Inuidia vocis: quæ illi audientium iudicio ad cantandū iucūdior videbat: Veneno a Locusta cōfecto substulit. Matreꝫ cui principatus iitio fere Republicā omnem commiserat non valētibus beneficiis suscepti Imperii/nec infandis cōtuberniis/nec strictissimis genitur ę vinculis/eo quod acrius illū ex sceleratis operibus suis corriperet/añ omnia illam oī priuauit honore Regimis. Inde nudaꝫ/edicto posito ne quis eam suscipe ret/noctu ex palatio expulit. Tandem pauore correptus ne cuius opa Principatuꝫ susceperat eiusdem deponeret: frustra Venenis intercipere illam/inde machina in eam casura vitę eius insidiatus est. Postremo ficto vultu reconciliatus eidem eam a Roma Puteolos aduocauit. Et inde Baias ad Quinquatria celebrāda/vt eius pcepto imposita naui solutili absorberet ab vndis. Qua haud longe a Baulis fracta fluctibus fere sublatam in quā deuenerat Villullā misso Decurione iussit occidi. Eāque mortuā/vt videret/occurrit. Non solum potens factus siccis genis suū scelus adspicere: set & auide mēbra iacētis tractare manibus. Nūc hęc circūstantibus amicis laudans/nunc illa vituperans. Et quum in tam nefādo ministerio sitis aduenisset ministro / Cruētus pspectansque potauit. Octauiaꝫ vxorem Popeę Sabinę captus amore dicēs eā sterilem cū maxima senatus ac Plębis indignatione dimisit Illico ducens Popeā loco eius. Nec multum post abfuit quin & querulam Octauiam relegaret. Et vltimo iuberet occidi illam adcusans adulterii. Inde quū iā Popeam calce interemisset: Antoniam pariter Claudii Principis filiaꝫ/quod ipsius Nuptias renuisset: fecit exanimari. ❡Quid ex ppinquis oībus dicaᵒ: ex quibus vnicum non seruauit? Nec tm̄ abstulit/set variis excogitatis tormētis illos excarnificatos mori coegit. Inter quos Aulus Plancius. Iuuenis strenuus cecidit: eo adserente hunc a matre dilectum / eique ab eadem promissum Imperium. Similiter & Priuignum Ruffum Crispinum impuberē ex Popea natum. Qui dum piscaret eius iussu in mari demersus est. Sic & Marcum Anneuꝫ Lucanum Lucii Annei Melę filium dum eū Pisonianę coniurationis reum conuictumque diceret/ vt Medico ad incidendas venas brachium exhiberet/coegit. Sic & Senecam facūdissimum Senem pceptoremque suum nulla reddita causa ad incisionem venarum Venenum

Vrbis incendium.

halosis ilii.i. captiuitas troię

Britannicus veneno ab locusta muliere venefica misto suffocatur.

Crudelissima neronis in matrem impietas.

Bauli nomē est vilę.

Neronis cū octauia diuortiū.

Popea ictu calcis interemta.

Antonia.

Aulus plancius.

Ruffus crispinus.

Lucanᵒ

Seneca.

que sumendum impulit Sic & Cassium longinū. Sic(ne passim cūctos referam)Senatores ac Nobiles Vrbis plurimos sub diuersis adcusationū titul' trucidans/cędibus adsiduis in immensū pro lubito grassabat. Et(ne omiserim)Simonem Petrum et Paulum Tharsum sanctissimos hoies ac sacrę Religionis Principes & doctores cuiusdam Necromantici maleficiis fascinatus cum quibusdā sequacibus quasi nouę superstitionis suasores indigna morte multauit. Nec desūt qui adserant eū Polyphago cuidam ægyptio ritu bestiali crudas carnes & qdquid adpōeret mandēti viuos hoies discerpendos edēdosq̄ adposuisse q̄nque. Sane qd miramur si homo truculentus homines paruipenderet/quuȝ Deos quoscūque vilipenderet vltro/adque rideret: Quorum oim adque Religionum adeo spretor fuit permagnus: vt p̄ter ægyptiam Isidem nullū coleret. Cuius etiam post tēpus Deitate cōtemta/vrina et spurcitiis Imaginem scelestus polluit. Set quid plura: Patiente tādiu Romanorū socordia Neronis ignauias/ab exteris illi in ruinam meritam lubricū ichoatū est. Nam quū iaȝ multis exosus & contemtui esse cœpisset: Britanni sese Romano Imperio subtraxere. Armenia non absque Romanorum sociorum cæde missis sub iugum legionibus in suas abiit leges. Et demuȝ sub Iunio Proprętore Galliarum facta defectio. Postremo sub Galba Hispanię desciuerunt. Quibus sic passim succedentibus quū a lasciuis suis operibus Nero more veteri non cessaret: variis a Senatu conuiciis laceratus/qui toti nup minabatur Orbi/in pauorem incidit. Ac dū expeditiōes permagnas in Gallias Hispaniasque fingeret: nec aliud p̄ter verba faceret: & cōsuetis instanter vacaret: indignātes Romani(vti eorū moris est quibus ad veritateȝ ꝓpaladam coram deficit aīmus)iniuriosa carmina ac alia detestanda eius imaginibus ac statuis clādestine adponebāt. Inde licētiosius enormia multa dicere incœpere/clamātes in triuiis verum Domitii patris eius dictū dū ob Neronis natiuitatē ei congratularentur amici/Nil de se & Agrippina nisi detestabile & publicum malū nasci potuisse: Quibus satis illi palā factum est quę aduersuȝ se mens haberetur ab oībus. His adque sopniis & prodigiis ab se sumtis perterritus de Morte anxius pensitauit. Sumsitq a Locusta venenū. Quod postquaȝ aurea in pixide seruandum locauit: variis distrahi cœpit angoribus. Et secū nunc ad Parthos fugam cōmendans. Nunc supplicē Galbam petere. Nūc pro Rostris Senatum Populumque Romanum orare/& de pręteritis veniam petere. Demum dubius hinc inde distractus curis quum deliberationem seruasset in crastinum: i sopnum ꝓfundissimum mersus est. Tantum etenim adhuc poterat vetus ignauia: vt in rebus taȝ dubiis auderet se credere sopno. Set quum circa noctē mediam expergefactus aduerteret stationarios abiisse milites/per quosdam ex seruulis necessarios aduocauit. Verū quum nec vocati venirēt/nec missi reuerterentur/cuȝ paucis frustra oīm amicorū fores pulsauit. Et sic requisito cubiculo iueniēs cū omni supellectile ac pixide Veneni abiisse custodes/in furorem versus vt ferirel vnicuique ex adsistentibus orans iugulū p̄buit. Quod quū nemo vellet peragere/dolens qd' nec amicum haberet nec hostē/timens auidusque quietis offerēte Phaonte liberto suo in eius suburbanum secessum/quū iam nox iret in diē/nudis pedibus/tunica tantum tectus/adoperto capite/& facie velata sudario/comitantibus quatuor equū conscen

Petrus & paulus apostoli.

Polyphag' crudis vescēs carnib'

Nero deorū contemtor.

Prouīciarū defectio.

Fluctuat mirum in modum neronis animus.

a necessariis destituitur Nero.

dit. Et inter Salariam & Nomentanã viam iter faciens/multa aduersus se ex occurrentibus audiens/eo venit quo cœperat iter. Et dimissis equis nõ nisi ꝓtensis ante pedes vestibus per harũdinetũ tendens/haud longe a villa consedit. in quam vt clam intraret quadrupes factus per angustias effossę cauernę in cellulam quamdaꝫ sese recepit. Ibi vero/ vt se Romanorum ignominiis eriperet: foueam ad sui corporis magnitudinem fieri iussit/gemebũdusque opportuna curando funeri pari cœpit. Inde certior factus se tamquã Reipublicę hostem a Senatu damnatũ/ & ad supplíciũ quęri/quum sępius incassum suasisset adstãtibus vt pręuia alicuius eorum ac voluntaria Morte ad eamdem ꝓuocaret/ipse iam strepitum quęrentium sentiens Pugioni superincubuit ꝓprio. Verum quũ incumbenti ac fere iam exhalanti superuenisset Centurio/& nequidquam tentaret admotis vulneri Lascinus sanguinem coercere manantem/& respondisset interroganti quid peteret: illũ ad Rempublicam reducendum/& spopondisset auxilium/nil aduersus spondenteꝫ dixit quaꝫ/sero. Et/hęc est Fides: Et hoc in verbo immistã Sanguine fœtidam Animã expulit. Maxima quidem omnium Romanorũ lętitia. Ab Aegloge vero & Alexãdria nutricibus suis & Acte Concubina veteri Domitioruꝫ monumento parua impensa sepultus est.

Fuga nerõnis ab vrbe.

Nero pugionem iugulo adegit.

¶ ADFLICTI quidam.

PAVCIS A NERONIS ignauia absoluto plures adstitere miseri: Quos inter Eleaꝫarus erat Israelita mœstissimus qđ ex Latronuꝫ celebri Principe excarnificãdus diris cruciatibus a Fœlice Iudeę Pręside Romã transmissus sit. Inde ex ortis Argii cruętus Galba Sergi⁹ veniebat. Et dũ stẽmata suę Nobilitatis/ officia insignia/pclara cõnubia/successus prosperos/& adcensus ad culmen Principatus Romani multis cũ lachrymis recitasset: Fortunã instabilem ope cuius aiebat se Cęsum/caputque suum a Gregario milite Othoni hosti delatũ/ & ab eo Calonibus Lixisque concessum/vltimo redemptuꝫ a Patrobio Neronis olim Liberto/ et eiusdem Patroni sui inferias deiectum eo qđ suo iussu in Neronem arbitrabaẽ animaduersum / execrabatur. ¶ Hunc sequebatur Iuuenis Piso Licinianus deflens quod a Galba in filium adoptatus in acerbissimam mortem innocuus ex spe altissima tractus sit. ¶ Necnõ/ moderati⁹ tñ/Otho Syluius querebaẽ qđ cęde Galbę iaꝫ Princeps fusis suis exercitibus a Legionibus Legatisque Vitellii desperans linquensque Apicem tam grandis Dominii in se ferruꝫ impegerit manu sua. ¶ Quibus iunctus erat & ipse Vitellius vino madens adhuc. Quem quũ ignominiosius cęteris vitam & Rempublicã reliquere ɔtigerit: addere reliquis visum est.

Eleaꝫarus.

Sergius galba.

Piso.

Otho.

¶ De AVLO Vitellio Cęsare.

AIVNT ALIQVI ex Fauno Rege Pici filio ac nepote Saturni & Vitellia Nympha ꝓgenitos fuisse Vitellios. Alii a quodã veteramẽtorũ Sutore/& a Luceria Apuliæ ciuitate Romam venisse. Publiumque Vitellium ex eis primum Romanum fuisse Equitẽ/et res Octauiani Cęsaris prc curasse. Exquo

Vitelliorũ familia.

constat Lucium Vitellium cũ fratribus natum/a quo demum & Aulus Vitellius natus est. Hunc Scortis Tyberianis ministruʒ fuisse credunt. Et Capuę Pueritiam et Adulescentiá adeo inhoneste duxisse/vt cognomine Spinthriæ notaret/& corporis formęq₃ decentia pari ad honores primos strauisse gradus. Quibus labefactatus infandis post Tyberii morteʒ Aurigandi gratia Caligulę beneuolentiá meruit. Sic & Claudii Aleę ludo familiaritatẽ adeptus ẽ. Et Nerõis morũ turpiũ conuenientia. A quibus honores amplissimos & Sacerdotia volẽs obtinuit. ¶ Adtamen seu quia ꝓfusus nimis in sumtibus adque lasciuiis/seu parcus moderatusque in lucris (quod minime de tã detestabili iuuene crediderim) fuerit: seu tam grandi ante egestate detẽtus/vt vix ex extortis prouincialiũ donis alienũ æs potuisset integre persoluere incertum est. Hoc tñ constat/Imperante Galba ipsum ꝓter spẽ in inferiorẽ Germaniaʒ ad excercitum iturum deficiente viatico vnionẽ Matri ex auribus abstulisse & Publicano tradito pecunias iuenisse. Qua stipe tã parua iter qđ omnibus ad culmẽ illi videbat clausum aperuit. Nam nil tale opinans ab exercitu aduersus Principem irritato ꝓcipua cum beneuolẽtia susceptus est. Quamobrem spẽ celsitudinis sumens quũ deessent munera/indulgentia sordiũ exercitũ in suam gratiam confirmauit. Qui nondũ mense peracto illum cõsueta in veste e cubiculo raptum Imperatorẽ sũmo cum fauore omnium salutauit: & in spectabilẽ Imperii notam Diui Iulii gladium/quem ex Martis Delubro sumserat porrexerit. Is vero iuncto sibi superioris Germanię exercitu/audita iá Galbę cæde aduersus Othonẽ nomen Imperii occupantem Multifariam diuisit exercitum. Quem quum sępius a suis Legatis fusum/& voluntaria morte peremtum audiisset: triũphalibus ornatus Romam rendẽs ciuitates intrauit. Romam vero Paludatus/& ferro cinctus/ac Armatoruʒ stipatus equitum turma intrans ad suá exaggerandá gloriá sumsit perpetuũ Consulatũ. Neglectaque Religione veteri/in die Alliẽsi detestabili semper Romanis maximum Pontificatuʒ adsumsit. Quid ea tempestate poterat ãplius expectare mortalis: Ex Tyberii scorto Vrbis dñs Imperator/Triumphator ex auriga/& a ludo Aleę moribusque nefandis Pontifex Maximus sublatus est. Sic igitur ex humili euectus loco/quasi non opportuna Virtus nõ vigilantia non circũspectio sit/nisi vt veniat ad Apicẽ/ea se polluit Tabe qua & maiores. Et i segnitiẽ lapsus/quasi cuidam optimo viuendi gñi Gulę sese vltro concessit/adque voracitati. Et quũ non sufficerent sumtuosissimę comessationes Cœnę adque Conuiuia/quibus apud varios & sępissimę toto vacabat studio/mediis etiam in Sacrificiis & inter Altaria occupatus semicoctas ex Popinis rapi carnes seu diei præteriti Semesa fragmenta portari iubebat/& Pontificalibus ornatus infulis Hiulco et quasi insatiabili gutture ferino ritu deuorabat adposita/crebris adque maximis potationibus capacissimũ ventrem complens. Et inde vino marcens/titubãti gradu circũibat Aras. Quid multa? Taʒ inepto vitio damnatus Vitellius sese ad omne facinorum genus exhibuit facilem. Et paulatim inter infanda pingue pectus subintrauit sęuitia: quia vti nuper indulgentia nimia nocẽtibus etiam ignoscebat minu ꝓsulte: etiam in inocuos ꝓrũpebat. Ob quá dũ aliorũ cruciatibus delectat: id euenit: vt suos etiá cędendos ꝓcuraret. Nam odiosus iam factus oĩbus Octauo

Turpissimi mores Vitellij.

Maxima vitellii pœnuria.

Vitellius ab exercitu salutatur imperator.

Romam ingreditur.

Religioneʒ negligit.

Vitellii voracitas imẽsa.

Eiusdem sęuitia.

Imperii sui mẽse Septẽtrionales exercitus Mysiarũ adq̃ Pãnonię/& Oriẽtales Iudaicus & Syriacus repẽte ab eo deficiẽtes/i verba Vespasiani iurarũt. Inde quũ iã aduersus se bellũ parãti Vespasiano fratrẽ cũ classe trãsmitteret: & Botricẽsiũ Copiarũ Duces oppõeret: eosq̃ ptiz rebellasse/parti nauali terrestriq̃ pugna fusos audiisset: Aio fract⁹ i turpẽ Impii pactionẽ veniẽs: Flauio Sabino fri Vespasiani spopõdit se/si sibi pacta daref Pecunia/vltro impiũ positurũ. Reor/iminentiũ rerũ solicitudine ṗpedit⁹ nõdũ ꝑ voto cœnauerat/q̃ tã cito pua Pecũia se sũmũ Reipublicę abiecturũ pepigerat solitus pleno gutture astra iactãtiis supare. Nec satis hoc illi: Sordidat⁹ q̃ppe i Rostra descẽdit. Seque adstãti pp̃lo cũ gemitu Impii honus velle depõere testatus ẽ. In quo si pseuerasset forsã lõgius/ad satietatẽ cõcedere potuisset: Verũ lenis hõ quũ a Plębe & militib⁹ vt retieret Impiũ friuolis clamoribus hortaref: aura iflatus tenui i Sabinũ & ꝯplices rebellãtes missis Germanis/Sabino obtrũcato Capitoliũ cũ reliq̃s igne cremauit. Porro deficiẽte fiducia in ꝯsiliũ Pristinũ rediẽs plurib⁹ ex magistratibus quẽ q̃si sceptrũ susẽrat pugionẽ porrexit. Verũ quũ nẽo suẽret: & ipe se diceret i ęde ꝯcordię põiturũ: vana quorũdã suasione eũ esse ꝯcordiã adserẽtiũ tenuit. Sz q̃d dicã: ṗsagus aius futurorũ ac ṗteritoruz cõscius nullis satis viribus se credebat. Nec minus credibile hoiem igurgitationibus adsuetũ/male popinas & meritorias turpi cũ Pace Tabernas/quã bello & ieiuniis Impia ãplissima occupare. Et ob id cũ instãtia suasit Senatui/vt aut sibi Pacẽ ab hoste/aut ad ꝯsultandũ/tẽpus aliq̃d ipetraret. Sz audiẽs nõdũ veniẽte responso hostẽ iã eẽ vicinũ/nõ ipediẽte pauore ne occideref ipransus/patis cibis abũde cõedit. Et sũto inde Pistore adq̃ Coquo clã petiit Auẽtinũ/fugaz versus Cãpaniã adrepturus. Mox a puo quorũdã strepẽtiũ rumore de Pace pacta spe tractus inani ꝓsiluit in mediũ/Palatiũq̃ repetiit. Vbi quũ icerta oia cõpẽrisset/& iã cerneret hostes irrũpere: miser et ęger aio sũta Zõa Aureis plena/solus i cellulã se ꝓtulit ianitoris. Et vt lateret firmato hostio & cane ꝓforibus religato/ne facile ipellẽtiũ viribus cederet lectulũ obiecit & culcitaz. Set a ṗcursoribus capto Palatio cũcta rimãtibus inuẽtus/mẽdacio fere euasit icognitus/tadẽ notus postquã vt carceri catenisque seruaref frustra ṗces effuderat: ligatis post tergũ manibus iductoque gutturi eius laqueo seminudus i Forũ deductus ẽ. Nec solũ turpibus verbis occurrẽtiũ icrepitus adque delusus/set cœno lutoque adque stercoribus passim deturpatus lacessitusque ad Scalas vsque Gemonias est protractus. Et quũ iam frater eius & filius mille essent ꝯfossi vulneribus: carnificibus datus minutim & ꝑ maximũ cruciatum spectãte multitudie nil ad dolorẽ ebrietate iuuãte ad necẽ vsq̃ discerptus ẽ. Inde iiecto ab apparitore naribus eius vnco/clamantibus i eius obprobriũ oibus/vsque Tyberiz ritu fœtidi canis distractũ & in flumis Alueũ ꝓiectũ ẽ deforme cadauer. Et cum vita dedecorose Auli ebrietas & Imperium finita sunt.

Exercituũ defectio.

Sabinus obtrũcatur

Capitolium icẽditur

Ridicula vitellii fuga cũ pistore et coquo.

Capitur maxima cũ ignominia vitellius

Turpissimũ vitellii supplicium

¶IN Gulam & Gulosos.


BHOMINABILE QVIPPE Vitium in quocumque Luxuria. Sic Segnities & Auaritia fugiendæ sunt. Ira vero pręceps Furiosa cæcitate damnanda est. Set Bestialis adque exitialis est Gula. In quam dum immoderate Naturæ bonis sustẽtationi ꝯcessis vtimur: ni adponamus adpe-

Procliui sumus i gulã

titui Temperantię frenū:facile labimur. Modicis quidē & nulla mortaliū solertia pręparatis simplex ɔtēta est Natura. Qđ/nō absque rubore pñtiū/ętas Aurea sub Saturno testaŧ. Cui ad sedādā famē sitiʒq̄ suffecisse glādes & riuulos/veteres tradidere. Hoc idē lactucis agrestibus & radicibus adprobauit recētior Diogenes. Et lōge clarius Glōsissimus nr̄ Sāctificatus ī Vtero/quē in aspisdesertisque locis melle adq̄ Locusta legimus educatū. Quorū ciborū loco/ętas iunior adq̄ lasciuiēs nō solū innocētiū aīaliū carnes & vina spōte sua nascētia adiuenit:verū etiā vice ministrātis Naturę supiduxit artifices. Sagacitate quorū ad icitādū adpetitū quiescētē ɔponūŧ edulia/& succis exteris Vina miscēŧ. Et vtinā sufficeret ad satietatē talia īuenisse. Ad vlteriora voraces trāsgrediūŧ plīmi. Nolētes aduertere qb⁹ vitiis ob ingluuiē nimiā mētisclaustra reserēŧ:et quot corpi ęgritudines anxię igerāŧ. Adtñ vtī cūcta enūerare mēs nō ē/sic nec oīa tacuisse placet. Pultiuorax qdē dū honustis adsidet mēsis/nūc hoc nūc illud trāsglutiēs/auide fœcūdissimos exhauriēdo Calices nō ad sedandā Naturę opportunitatē/sʒ ad ɔplēdā amplissimi Vētris voraginē/calefacto euaporātiū Ciborū fumositate cerebro:illico ex hilaritate ī insaniā itur. Ex q̄ de se magna ƥsumē/iactatiōes immēsę/facilis credulitas/arcanorū reseratio/obtrectatiōes quorūcūque misere oriūŧ. Blāditiis patēt aures. Cor qbuscūq̄ cōsiliis. Et Aīa ampliata nil nisi qđ honestū sit renuit. Sane nisi in aliorū & innocentiū ƥſępe perniciē tā dira Pestis decurreret:optie a Rep. Natura cū epulōibus actū erat. Eo qđ scelestū crimen euestigio Pœnitētia subsequaŧ. Nā añ alia cerebri stupefacti vertigines patiūtur/oscitationes crebras/sui obliuionē/sermonis indecentiam/sensuū ligationes/gressus incertos/eructationes vomitusque illecebres/dum Stomacho Vires nō suppetunt/quibus deuoret/qđ ingessit ingluuies. Quę tamen nonnūquam seruata vt in eodē cum maxima gulosi anxietate tabescunt necesse est/& a tabefactis sanguis humoresque cęteri corrūpantur. Et sic in corpore ordo oīs Naturę vertaŧ in peius. Ex quo oculorū orisque totius deformitas oriŧ. Oriunŧ & insup tremula Paralisis/ titubās Balbuties/ sitibūda Hydropsis/ Macilenta Tisis. Nodosa Podagra. Feruēs Prurigo. Turpis Scabies. Aestuansque Febris. Et nausea Stomachi renuētis. Quibus imatura mors etiā sępe supaddiŧ plurimis. Vt verificeŧ/qđ aiūt prudētissimi Medicorū/plres iterfecit cœna quā gladi⁹

Aetas aurea cibi parcissima.

Cibi vini q̄ præter temperantię leges abſq̄ gustu incōmoda nec eadē mediocria.

Plures interfecit gula quam gladius.

¶ Spectabilis ergo nimis manducorū ɔuentus est/q inter sopnos & mentis alienationē/ac morborū torturas/& mortem/ignauiam colens solique Ventri deseruiens:mensas parat adsiduas. Et quoscūque supare labores largis inflatus poculis arbitraŧ. O detestabilis nimiū vita. Quā satius erat(si glādes veterū sordent)saltē nrę tēpestatis hoīm modestiā imitari. Qua ɔfecto vitia deprimūŧ. Virtus aliŧ. Et ad celsa mēs hoīʒ facile sublimaŧ. Et totius corpis robur in valetudine solida ƥseruatur. Quā dū sperneret Aulus inuenit celso residēs solio ɔtētores. Nec etiā illi saturitas frontis dedecus aut corporis abstulit cruciatus.

¶ De EXCIDIO Hierosolymitano.

ADhuc cū admiratōe suspēsus/et si mlta dixi ī Gulosos idignās/Ora mēteque tenebā in cadauer Lurconis Auli Tyberii ab vndis impulsū: quū careruantiʒ irruētes adspexi tot viros quot fere Naturam Rerū minime ɔduxisse

ex aduerso Iudęis hostibus rędificationis in Hierosolymis diruti templi cōcessit arbitrium. Inde tolerantibus cuncta christicolis/ palā se Filii Dei/ quē Galileum aut Nazareum deridendo cōtemtiue vocitabat/ suorūque hostem ꝓfessus est. Nec dubium quin more priorum sęuiisset in eos: ni bellum supereminens Parthicum obstitisset. Ad quod quū sua opinione citius aduocatus adcederet: tēpla deorum aperiri iussit. Et solennia ritu prisco istaurari sacra/ eis christianorū sanguinem se immolaturum solenni voto promittens/ si victor hostium remearet. Eductisque legionibus in Saporem Regē Persarum arma conuertens Cthesiphontem vsque peruenit. Inde castra mouēs transfugę ductu in altas desertasque solitudines adque inuias ante deductus est: quam dolos ducis aduerteret. In quibus adeo miser exercitus anxiatus est: vt deperire funditus crederetur. Nā desuper tanto solis vrebatur ęstu. vt Galeę quasi ignitę feruerēt. Feruebāt siṁiter & arenę adeo/ vt graue esset militibus firmare vestigium. Erat insuper omnino sterilis locus/ nec vsquā diu quęsita vlla adparebat aquatio. Periclitantibus igitur difficultate miseris/ nō iuuantibus in tam extrema necessitate cantaminibus / non supplex ad eum quem spreuerat/ & qui solus ea in solitudie opitulari poterat: Apostata conuersus est. Quinimmo diro vexatus stiūlo quū tam tristem suorum perniciem cerneret: vt liberius in hostem suum verbis & ignominiis exardesceret: quasi subsidii aliquid quęsiturus/ solus paululū secessit a suis. Et solita mentis agitatus insania in Deū & eius vnigenitum matremque continuis blasphemiis & maledictionibus vti in auctores periculorum verba quasi tela conuertit. Quibus irritatus longe patientissimus Deus/ egit: vt ex improuiso blasphemator egregius obuium militem hostem haberet. Qui quū iam trementem/ feroque Diuinā potētiam cognoscentem obloquentem tñ adhuc Lancea feriēs ꝓsterneret in solum/ clamitantēque & suo se in sanguine reuoluentem peremit: & (quod miraculo adscriptum est) nō a Persa milite prostratū aiunt. Set (vt legitur in gestis Basilii) a Mercurio quodā christiano milite pridie Cæsareę tumulato. Cuius arma eius in funere ritu Prisco in parte celebriori templi adfixa die illa qua nefarius Apostata occisus est/ nec visa/ nec vsquam comperta/ insequēte vero humano adque recenti sanguine respersa suo in loco inuenta sunt. Et qualitercūque ad eos delatum sit/ firmant dixisse oscenū hominem/ dum infaustum emitteret spiritum: vicisti Galilee. quod argumentum est. Eū occisorem suū in vltimo cognouisse. Cuius exinde cadauer dicūt qui Fabiani vitam referunt: iussu Saporis Regis adceptum. Et eius coriū artificis venustatum manu. Et coccineo decoratum colore. & Sellę Regis infixum. Comperta præterea studiorū suorum insignia plurima. Nam præter innumera instrumenta magicę artis adque pręcepta / exenterata mulier adque suspensa crinibus in sacello apud Carras inuenta est. Cuius excessibus creditū/ impurū hominem pręmeditatū futura. Sic in Antiochia arciua humanorum capitum plena/ & in puteis busta reperta sunt. Et alia huiusmodi plura. Quamobrem maximo cum gaudio non solum christianorum set & gentilium vbique locorum Iuliani periclitatio celebrata est.

Iulianus in persas ducat exercitum.

Exercitus calamitas.

Execranda Iuliani vęsania.

Miraculo[sa] Iuliani interitus.

Extremu[m] Iuliani verbum

Tergus Iuliani sapor equirat.

Indicia studiorum magicorum Iuliani

¶ In Blasphemos.

NOn habeo/fateor/quid satis dicam in hoies tam scelestos. Qui quadam bestiali temeritate impulsi/ore spurcido ignominiosisque verbis bonitatem Diuiná/honestatē Virginis genitricis/Sanctitatéque piorū hoim comprimere/deturpare &/si possint/exinanire conant. O scelus indignuʒ. Quid: Est cernere quosdam eā in demētiā deuenire/vt arbitrētur se nō habituros quod cupiunt: Ni Fidem per Dei vulnera fecerint Blasphemātes. Numquid his intellectus aliquis: Nū ratio: Num memoria: Vix credam. Intelligerent quidem se Dei opus consistere. Inanes esse iactantias. Et veram gloriam in humilitate fundari cognoscerent. Deum pia mentis adfectione colendum/tumores animi vera patiētia opprimēdos/& vitia pœnitētia minuēda/nō augēda blasphemiis. Reminiscerēt quem oscenis contumeliis sordidare conantur/sputis respersum/virgis lacessitū/crucique adfixum/vt nos in libertatem reduceret/& sanguine suo quas parentum contraxeramus inobedientia sordes ablueret/& cunctis firmatas Cęli ianuas aperiret. Taceant ergo vermes putridi: Nec audeāt sacrilegis Cælū lacessere vocibus: Et insipido conatu velle transcendē quasi sedem suam in Aquilone aduersus altissimum locaturi. Et si ad eorum bestialitatis ignauiam retūdendam cætera desint exempla: spectent se coram suū Principem Iulianum/ætate robustum/armis indutum/amplo vallatum exercitu/& orbis Imperium obtinentē/ non cęlesti fulmie/non Herculea claua/non a fera pessima/set a iam mortuo milite/nō iuuantibus quibus cultum sublatum restituerat/Galilei nutu quem pleno vilipendebat ore/prostratum/victum/mortique damnatū perpetuę. Et dum eius intuentur supplicium: Omnipotēteʒ Deū esse fateantur/& timeant. Suumque scelus/non amplius pro viribus peccaturi/contritione lachrymisque detergant.

¶DOLENTES PLVRIMI.

Q VID REFERT: Volebam ab Augustorum Pauxillum declinare malis: & Thirmi Maurorum Regis a Theodosio comite Valētiniani Imperatoris oppressi miseriam enarrare. Vel saltem ipsius Theodosii post claras victorias iugulum subsequutū. Verum. Valens Romanoꝝ Imperator/et sequentes plurimi eiusdeʒ dignitatis/insignes/a ꝓposito abstulere. ¶ Is quippe famosus & per omne corpus exustus incedens stultitiā suā qua ex Catholico Arrianꝰ effectꝰ christicolas vexasset suppliciis/et Monachos in militiam coegisset/execrabatur. Set longe magis conflictum a Gothis susceptū & eorum inhumanitatem/qua in domuncula quadam latens/igne supposito fuerat consumtus. ¶ Erat & longęuus Athalaricus Rex Gothorum q̄rulus/qđ in tam longum Aeuū vitam eius Natura traxisset: vt Hūnorū superuenientium timore ad inferendum sibi mortem miserrimus traheretur. ¶ Sequebatur & Gratianus Augustus lacerans maledictis Merobaudi magistri equitum perfidiaʒ/qua a Maximo apud Parrhisios superatus/& inde ab eiusdē ducibus apud Lugdunum fugiens sit occisus. ¶ Inde ipse Maximus quirebatur qđ subacta iam plaga occidua quū in spem Romani Imperii potiundi deuenisset: repētino Theodosii Augusti

[Margin notes: Thirmus. Theodosiꝰ — Valens. — Athalaricꝰ — Gratianus — Maximus.]

impetu apud Aquileiam circũuentus sit:& captus. Adque imperialibus nudatus: Et inferias Gratiani peremtus. ¶ Sic & Victor eiusdem Maximi filius nõ diu post patrem Cęsu3 se quũ Gallis pręesset/ab Arbogaste dolebat occisum. ¶ Nec non & Andragatius qué penes armorum maxima summa erat/ lamentabatur in tantum sibi aduersatam fuisse Fortunã: vt non euadendi spe/sed certę mortis intuitu í mare se pręcipitem daret. ¶ Hic & Valentinianus iunior querebatur qđ nec eleuatus nec a Fortuna demersus sed variis agitatus casibus quum iá esset iterum opera Theodosii sublimatus/placideque imperaret/apud Viennã dolo Arbogastis circuumentus adque fracto gutture interemtus & demum laqueo tigno cubiculi/vt sibiipsi mortem dixisse videretur/adpẽsus sit ¶ Quem & Eugenius loco suo ab Arbogaste substitutus & Arbogastes sequebãt flentes. Alter qđ pugnantibus ꝓ Theodosio ventis victus Cæsusque sit. Alter qđ mutata Fortũa seipsum occiderit/ne hostium efficeretur ludibriũ. ¶ Post hos & alii plures miseri veniebant: quos iter & Radagasus minacibus adhuc oculis & facie Torua adspectu horribilis & tristis plurimum/nescio quid secum murmurans frendensque/ veniebat. Ex quo ne Augusti titulos libelli huius continuos obtinerent scribere visum est/quę a veteribus adcepisse memineram.

Andragati⁹

Arbogastes

Valentinianus.

Eugenius.

¶ De Radagaso Gothorum Rege.

RADAGASVS Scytha fuit origie. Et quũ Hunni Gothos transire Danubium coegissent: suasique a Ruffino Patricio/ Thracia deuastata/ sedes apud Hispanias peterent: facto iam a nobilibus Alarico Rege/ & ipse ab Agrestium turba Rex similiter factus est. Et sic Gothis Rege sub gemino iter agentibus/ Stilico per fraudé sequutus vestigia/eos adgressus est. Qui aduertentes flexo í tergum gressu adgredienté acriter retuderũt. Et Rõani nois hostes esfecti/omnem Italiam deleturi/bipertito agmine i eã deuoluti sunt. Et quũ Alaricus excõposito recta Romam téderet: í sinistram paululum flexus est. Radagasus cum ducentis milibus armatorũ. Et elatus regno & viribus nimium Diis suis (si victor euaderet) sanguinem omnem vouit Italicum. Minitans isuper se Romanũ omnino nomen extincturum. Et ex Italia facturum Gothiam/adque ex Augustis & Cęsaribus Radagasos ¶ Eo igitur veniente quum omnis eius viribus prouincia cederet. Nec vndequũque iter faceret/quisquã exire auderet obuius: nõ suo tm̃ sed cæterorũ iudicio/Capitolinam arce3 impetu prio occupaturus ꝓculdubio videbatur. Transcẽsis alpibus/et omni Cisalpina Gallia populata/ etiam obsistente frustra a Rauenna Honorio Augusto/in Tusciam cum omnibus suis copiis penetrauit. Romam vt se Alarico iungeret petiturus Adtamen longe aliud erat: quam hominem ministrare rerum consilium. Nam vt Barbarum hominem læta facie celerique volatu euexerat in sublime: sic in nubilum versa fere téporis in momento deiexit ad Imum Fortuna. Ea enim tempestate quum Stilico imperii cupidine teneretur: sequereturque iam victus Alaricum: cla3 secum de optato conuenerat. Et quia intentioni aduẽtus Radagasi videbatur aduersus: Vldim & Sarus

Radagasus

Alaricus.

Hũnorũ motus.

et alii quidam Hunnorum adque Gothorum Principes cum suis Copiis vna cũ Stilicone & eius exercitu iuerũt obuiam Radagaso. Qui suos i se cõuersos aduertens aliquantisper isolentiam retrahens/Timidus & pauescens effectus est. Festinusque cum omnibus suis sese recepit i montes in quibus iamdudũ fuit antiquissima ciuitas Fesularum Arbitratus eo qđ Natura inimici sint i eisdem se posse tutari. In quibus circumsessus a Stilicone non solum ab amplissima spe recidit: qua paulo ante ad orbis Imperium vehebatur. Set sui iudicii cæcitatem cognouit. Sensit quippe sero montes saxeos esse steriles aridosque. Et quum non cerneret/ vnde posset erumpere: cõsilii inops/ dum expectaret/ si forsan Fortuna viam aliquam aperiret: ad eã opportunitatum omnium deuenit pœnuriam. Vt omnem exercitum fame sitique & algore nimio periclitari liquido adpareret. ℂStãte igitur Radagaso/ quasi escam desuper recepturo/ nec eruptionis audente tentare Fortunam. Eo ventum est/ vt coram epulantibus ludentibusque aduersariis suis icipe-rent tam hoies/ quam iumenta tabescere:/ & in ducem murmura suscitari: ac aduersa agi consilia. Quod aduertens Barbarus/ iam solito mitior/ cœpit de fuga consilium. ℂSane cæli arbiter passus non est/ vt qui noi suo tenebras minitatus esset: in lucem omissis iter Scabros montium vertices sequacibus/ imunis euaderet. Et sic dum minus caute suis iam subtractus icederet: i hostium manus icidit. Captus catenis Italicis superbientia colla manusque concessit iuictus. Nec mora/ miserabiliter trucidatus. Nec agmen igens cui pera: a supplicio transiuit ipune. Nam quũ fame fere omne debilitatum esset: Rege perdito/ irruentibus hostibus/ iualidi pbuere ceruices. De quibus post amplissimam cędem quod gladiis subreptum est: pecudum more/ turmatim/ pro vilissimo pretio vęnumdatum est. Et hi etiam concepto iam ex iopia morbo/ fere omnes post dies paucos periere. Et sic cum duce omnis est exianitus exercitus. ℂQuid quęso mirabilius potuit nobis ostendere vetustas? Quid maius permutare Fortuna? Quid icredibilius fingere Poetæ? Rege tam maximo/ tamque superbo/ tamque igenti populo sociato/ perpetuum Italis exitium minitante tam subito/ tãque repente/ ac etiam tam iexcogitata via territo/ consilii iope facto/ i aridum ac sterile solum a seipso coacto/ fame periclitato & postremo non solum deposito aut Cæso: verum cum oi multitudine sua vsque ad vnum deleto/ eraso elimato & (tamquam non fuisset) i nihilum penitus redacto? Grande quippe/ si itueri velint: q minantur/ minoresque despiciunt/ monumentum est. Transgressorumque frenum/ quum possit deus/ dum velit/ potentes de sede deponere/ & humiles exaltare.

Radagasi fuga.

Capitur Radagasus.

Radagasi milites vęnũdantur.

ℂDOLENTIVM DESCRIPTIO breuis.

FERE RADAGASI verba finierã: & ecce dolentiũ adfuit multitudo. Quos iter/ dum cupidis oculis ituerer: visus est mihi Ruffinus vir ille iclytus adque magnificus/ quem penes ois Orientalis Aulę potestas fuit. Qui dum per fraudem/ eius quod possidebat Imperii titulum scrutaretur: suum inuenit excidium. Nam videntibus Constantinopolitanis omnibus/ dolo

Ruffin⁹ pœnas luit pfidiæ.

cõperto/ante alia ex duce captiuus effectus est. Et loco adfectatæ purpurę catenas induit. Inde extra vrbis Mœnia tractus/loco Diadematis adque Scęptri sumendi damnatus/caput & dexteram truncandam carnifici miser exhibuit. ¶ Nec ab eo longe Stilico incedebat ex Vandalorum stirpe Imperatoris adsumtus i comitem. Hic occiduę pręfectus plagę quum Sirenam Imperatoris filiam haberet in coniugem & Mariam ex Sirena filiam suam Honorio copulasset: Imperii agitatus cupidine/vna cum filio improbo Iuuene/ad extinguendũ nomen Italicum/& Romanum occupandũ Imperium/fere Barbarorum oim Boreales Nationes exciuit. Verum quod i alios procurarat: in eius & filii est exitiũ reuolutum. Nam comperta fraude trucidati cecidere ambo. ¶ His imistus ex ifima militia/ nois tantum fauore suffultus/apud Gallos ad iperium sublimatus Constantinus/qui a Constantio Honorii Augusti comite/apud Arelatem obsessus/& demuꝫ captus/& vita priuatus est. ¶ Aeque & Constans eius filius/qui ex Monacho Cæsar ab eodẽ dictus dum i Hispania regnare cœpisset: a Gerontio comite suo apud Viennam iugulatus occubuit. ¶ Erat & Maximus a Gerõtio sublimatus/qui exutus purpura ac Imperio exul egensque/apud Hispanos tamquam ludibrium vitę reliquum duxerat. ¶ Et cum his etiã Athalus veniebat. Qui Romæ Imperator factus/mox Regno priuatus/a Gothis in Hispaniam tractus/eorum consilio adque pręsidio ꝑ quam Romę dimiserat Tyrannidẽ in Gallia resumsit. Inde a Gothis in Hispaniã migrantibus destitutus/captus Constantio patricio traditus/& Honorio a Constantio pręsentatus/eius triũphi curruꝫ catenis ꝓcessit implicitus. Postremo apud Liparas damnatus exilio/&(vt quibusdam placet) vna mutilus manu in egestate consenuit. ¶ Quos & Heraclianus miserrimus sequebaẽ. Qui comes in Aphricã missus/ob rem bene gestam aduersus pręfectos Athali/ad amplissimam Consulatus vrbis dignitatem promotus/adeo rerũ successibus elatus est: vt quasi Xerxes alter classe trium milium septingentarum nauium congregata/occupaturus Italiaꝫ ex Aphrica transfretarit. Set primo Marini comitis occursu territus/ vna ex multis adrepta naui/solus in Carthaginem remeauit. Quo militari tumultu iaꝫ suffragio priuatus oiꝫ miserabiliter laceratus est. ¶ Set quis oro Regnorũ iuasores oẽs: quis sublimatos/& inde deiectos/suo crimine seu aliena culpa/quos ego corã cernebã: paucis posset literulis includere? Satis igiẽ sit ex multis Odoacrem Ruthenum seligere. Et latius ex eo aliquid recitare.

Stiliconis & Eutherij supplicium

Cõstãtinus a constantio trucidatur.

Cõstans gerontii cadit perfidia.

Maximi exilium.

Athalus.

Heraclian⁹ militari tumultu opp̃ssus.

¶ De Odoacre Rutheno Italorum Rege.



Doacer igitur fuit Natiõe Ruthenus. Qua apud suos claritate fulgeret: non habeo. Verũ quum acris esset igenii: robustus corpore. & pronus i prędam: audiẽs Augustos/Roma relicta/Euxini maris litus excolere: & varia rerum mutatione/expulsione/& innouatione/Italiam agitari. Ratus se posse/quod plurimi fecerant/obtinere. Grandi ac fortissima Herulorum/Turingorum/ac Scytharum manu cõgregata/eaque ad prædam maximis suasionibus irritata/ab extremo Pannonię situ/adgressurus Italiam/iter adripuit. Superatisque

Noricis alpibus/post Orestem Romanū patritium cum exercitu occurētem/sola fama vsque Ticinum fugatum / inde obsessum/captumq;/& Placentiam vsque perductum/& ibidem miserabiliter trucidatū: viā ferro faciens:& vi cuncta subuertens: Romam venit. Eamque resistente nemine Victor intrauit. Nam Augustulus Orestis filius/qui purpura sumta paulo āte dominiū occuparat/audito patris casu/& Odoacris ferocia/relicto absq; regimine regno/abierat. ¶ Odoacer aūt tanto Rerū successu gaudens: summo suorum consensu seipsum Italiæ regem constituit. Et infestante nemine quatuordeci annis ex arce Capitolina Ruthenus iura dedit Italicis. Clarum quidem Fortunę munus consequutus est. ¶ Cæterum dum eadem quieti suæ ac splendori nimio inciperet inuidere: longe aliunde q̄ existimari potuisset: in eius excidium ingens phalarica adinuenta est. Quum enim graue esset Zenoni Augusto Odoacrē Italiam occupare: Theodorico. Ostrogothorum Regi optimę/eius iudicio/indolis iuueni si posset cum suis Odoacrem superare/Italicum regnum concessit Qui quum suos animasset ad belli præmia: torrētis in morē descendens a Mysia per Firmū & Pannonias/in Italiam veniēs/secus Sontium fluuium/haud longe ab Aquileia/in loco vberrimo paululum requierat. ¶ Odoacer autem ægreferens sibi quietem turbari: congregatis copiis obuiaturus hosti/processit. Victusque prælio/fugatusque ad interiora fugiens se traxit Italiæ. Redintegratisque viribus Veronam vsque/quo iam cum suis venerat Ostrogothus/iterū belli Fortunā experturus adcessit. A quo facile secūdo supatus est Qui cū reliquiis infœlicis exercitus dū Romam citato cursu veniens ibi comperisset mutatam cum euentu fidem: sibique vrbis ingressum negatum: igne ferroque cuncta adiacentia populatus/ Rauennam abiit. Et illam aduersus hostem nouis munitionibus roborauit. Set quum iam Theodoricus occupasset omnem Cisalpinam Galliam adque Gundobaldo Burgundionum rege eam infestante liberasset: impedimentis omnibus apud Ticinum derelictis/Rauennā veniens: Odoacrem per triennium fere obsidens/ciues ad deditionem coegit: fide futuræ salutis exhibita. Adtamen quum īfœlix in potestatem seueri iuuenis deuenisset: eius vrgente barbarie nulla seruata fide/Odoacer percussus est. Et sic qui repentino quodam volatu in sublimitatem Rex gloriosus euaserat. & longa quiete regiaȝ sibi dignitatem perpetuasse credebat/Coactus per infœlices descendere gradus/vsque in captiuitatis extremū corruit. A qua nec inopem lęta libertas asoluit: set mors infesta subripuit.

Odoacer orestē augustuli iperatoris patrē trucidauit

Augustulus īperij deponit insignia.

Odoacri tota paret italia.

Theodoric⁹ ostrogothorū rex odoacrem profligat.

Odoacer in theodorici venit ptātē.

¶ In pręsentem Vrbis Romæ conditionem.



O Infœlix nimium Roma. Quas ī tenebras luctusq; Auaritia/Discordia/ & Vęsana tuorum ambitio te deduxit? Tibi nempe/dum tui quondā celebres viri pauperiem vltroneam dilexere: Nec ob aliud præter virtutum magnitudinem inter se inuidiam habuere: cessere montium vertices: Maria: fluuiique. Cessere hyperboreæ Niues: & sole feruido Aethiopum æstuantes Arenæ. Sol Oriens/& occasus/nec Hircana Tigris/aut Elephas Indus/vel Leo Mar-

Fœlices romanorum euentus.

maricus/tuas potuit legiones flectere. Armisq; victricibus tuis vrbes/populi/Regesque cedebāt. Et vndique a tuis ducibus/subactis prouinciis/triūphus splēdore mirabilis portabatur. Et(vt paucis multa concludam)eis agentibus tibi cesserat vniuersus orbis in prędam. Nec solum imperans Regum omnium colla calcabas: Verum Gloriosissimū nomen fama super astra detuleras. Nunc vero versis in contrarium rebus/quæ alterum ex Consulibus Campanū oppressa plurimū dedignata es/& sęuis cruciatibus i ciues quosdam tuos regni desyderium expiasti: eo tracta es(ne de aliis dicam)vt hostes tuos præcipuos/qui totis viribus semper nomen tuum delere conati sunt: Aphros/Principes habueris. & habeas miserāda Germanos. Et(quod turpius)si Scytha/Maurus/aut Gallus/prędę trahatur cupidine: in te tāquam in exhaustam viribus & inertem & tuis vacuā ciuibus adque a pricipibus derelictā/ausus suos impune conuertant. Nec restat quin quæ semel orbem expoliaueras omnem. Sępissime concurrentibus prædonibus vndique nuda relicta/Diuinis Humanisque priuata sis/& i dedecus potius pręsentiū quam pręteritorum gloriam/& exemplum instabilitatis humanæ/semela magnifica veterum monumenta reserues.

¶ Deiecti quidam.



Strapilia & Busar.

[C]VM Vrbi nostræque conditioni compaterer ecce Strapilia Gepidarū Rex & Busar Bulgarorum æquis lachrymis flebāt: qđ primo impetu Theoderici Iuuenis Ostrogothorū Regis subacti sint. ¶ Sic & Felteus Rugorum Rex tristis execrabatur Odoacrem. Qđ ab eo sit regno pariter & vita priuatus. ¶ Inde Marcianus Augustus deflebat se militum suorum coniuratione peremtum. ¶ Et iuuenis Leo Leonis Augusti filius longa verborum serie sæuitiam Zenonis damnabat. Quod eius opere patri successurus in Cœnobio Monachus senescere coactus est. ¶ Veniebant insuper/etsi Mœsti/venerabiles tamen plurimū senes socer Symmachus & Boetius gener. Amplissimis vt ego pręgnoueram honoribus functi. Et a Rege Barbaro/eo qđ saluum noluisset esse Senatum: Atroci sententia primum apud Rauennam exilio relegari. Demum Atrociori sub interminatione dedecorosi supplicii Ticinum inde cōpulsi vbi cru descente regnātis ira/miserabili morte damnati perierant. ¶ Fateor/Me plurimū ęrumnę Clarissimi viri Boetii trahebant: vt de se scriberem Vrgentibus vna ex parte maiorum suorum summis & venerandis Imaginibus. Quas et si temporum iniquitas aut deiecerat: aut minuerat: inclytum Mauleorum nomen minorare nec subuertere potuerat. Ex altera vero/studiorū suorum singularis gloria. Qua eius immistum Philosophis nomen labētibus sæculis in dies lucidius inter tā eximiæ rerum magistrę professores refulget. Set obstitit Britonum celebris fabula Arthurus Rex veniēs gemebundus. Cuius magnitudinem adque casum & si fide digno testimonio non cognoscamus/pro comperto existimamus. Postquam vniuersi orbis testari videtur opinio.

Felteus. Leo. Symmach⁹ & boetius vel (vt malunt alij)boetus.

¶ De Arthuro Rege Britonum.

Ritones angulo in occiduo positi:& ab orbe fere cætero separati:suis annalibus adserunt Arthurũ quondam regem suũ fuisse Regum omniũ occidentalium clarissimũ. Eũque a Cõstantino quodã qui occiso Gratiano municipe Insulę Tyranno regnum tenuit/originẽ habuisse. Eiusque fuisse patrẽ Vtherũ cognométo Pendragonẽ Insulę Regẽ. Quo mortuo quum is regale conscẽdisset soliũ adhuc iuuenis & indolis admirãdæ: videretque eo venisse rempublicã Romanã:vt quantũ quisque subripuisset eidẽ:tm̃ possideret ipune Non contentus/Relicti a patre iperii collectis viribus/Hyberniam/Orcades/Daciam/Gothlandiam/Noruergiã/aliasque plures/etiã versus Galliã puincias/maximo celerique successu subegit. ¶Porro quum satis visum foret regni terminos et nominis gloriam ampliasse:ratus aliqñ finem bellis ponendum/ne ocio virtus marcesceret:(vt fertur) Merlini Vatis ea tẽpestate florentis consilio tabulã quam rotundam Angli vocitant/ordinauit. Ad quã quasi ad conuiuium celebre quoscũque ex suis nobilioribus armis & moribus nouit egregios/conuocauit. Selectosque legibus ordinibusque in consortium & societatem coegit. Fuit quippe omnibus Lex pcipua/arma non ponere/monstrosa exquirere/ius debilium vocatos totis viribus defensare. violare nemı nẽ/se inuicem non lędere/pro salute amicorum pugnare. Pro patria vitã exponere. Sibi pter honorem nil quęrere. Fidez nullã ob causam ifringere. Religionẽ diligẽtissime colere. Hospitalitatẽ qbuscũque/gratis/p facultatibus exhibere. Cõtingentia seu in honorẽ seu in dedecus referentis vergentia/summa cum fide & veritate quibus ãnalium cura erat/exponere. Et huiusmodi plura laude quidem dignissima exercere. Quibus rite seruatis/tam robore sociorum militũ/quã inclyta morũ claritate/regium nomen in tã splendidã gloriam delatum est:vt nec Fortuna sęuiens/nec annosa vetustas agere potuerit: quin vsque in nostrum sæculum/claro cum fulgore deuenerit. ¶His igitur iam fœlix/dum solitum vectigal Romanis poscentibus denegasset: copiis in Galliam deportatis/signis collatis aduersus Lucium Cõsulem/illud armis poscentẽ/descendit in aciem. Et quũ illi cessisset victoria in omissum desyderium recidens/occupaturus ampliora processit. Set elato iam parabatur occisus. Dum igitur armis interiora Gallię infestaret: Modredus eius ex concubina filius/cui sedẽ regni absens tutandã reliquerat/acer iuuenis & ad oẽ facinus audax/iamdudũ regnãdi cupidine captus/oblatũ sibi tẽpus a Fortuna Regis absentia ratus:cœpit ad libertatẽ iugo pssos regio irritare. Aios oim donis adlicere. Se regẽ benignissimũ futurum ostẽdere. Ciuitates arcesque regni suis psidiis obseruare. Amicos conuocare. Vires parare Mercenariorum militum maximam manum conducere. Regi patri supplemẽta & commeatus negare. Et ad rebellionem spectantia cuncta peragere. Et quũ iam pcogitatũ tẽpus adesset: fictitiis lr̃is Regẽ bello mortuũ demõstrare. Sese Regẽ dicere/& regalia cũcta tractare. Quę quũ fama velox Arthuri detulisset in castra:repẽte belli sedes mutata ẽ: Et arma q̃ in socios Rõanoꝝ ifœlix direxerat: in filiũ retorquere coactus ẽ ¶Adsũtis igĩ in classe copiis i litore Britannico filium habuit repugnantẽ. Verũ quũ nequiisset:dimisso litore i fugam versus/sese Guyntoniã ꝑtulit. Ibique quũ omne robur suũ ꝑuenisset:certaminis tentare For:

Arthuri britãni genus.

Vther pendragon Arthuri pater.

Epulum Arthuri

Merlinus.

Sanctissimę leges ab arthuro datæ nobilibus.

Cõsul ab arthuro vincitur.

Modredus absente arthuro patre vel (vt aliis placet) auũculo/regnũ britannię occupat.

Modredus. cũ patre arthuro cõfligit.

tunã disposuit. Tantęque fuit obstinatę perfidię: vt non vereret aduersus patrem in pugnam descendere. Cõmisso igitur certamine/& si militum Arthuri armorum adque bellicę disciplinę virtus esset insignis: multitudo tñ aduersa criminis læsę maiestatis cõscia/& ob id mori potius quã vinci disposita/nec flecti poterat nec impelli. Et ideo Marte sub dubio diu acriter hincide pugnatũ est. Et ex vtraque parte tã ingens quã fœda pugnantium cædes facta. Periere quidem ibi omnes fere Arthuri cõmilitones egregii. Quod quũ ægre ferret Arthurus. videretque Modredum quasi renouatis viribus discurrentẽ: & fere sua virtute victoriã occupantẽ: deposita adfectione patria/lãcea sumta toto recẽtis equi ĩpetu ĩ venientẽ irruit. Eiusque miserrimi pectus lãcea tota transfodit. Verũ non ĩpune. Nã iuuenis letali dolore percitus quũ se totum ĩ vires collegisset extremas: ꝓpinquãtis Regis erecto gladio caput adeopercussit: vt nõ resistente Galea ad Cerebrũ vsq̃ descẽderet. Rex vero transuectus equo/dũ lanceã ex pectore moribũdi traheret: aiũt adeo ãpliatũ vulnus: vt cadẽs iã sol illud radiis penetraret. Modredus igr̃ illico decidẽs/finem sũsit ĩfaustę ꝓsumtionis & vitę. Rex aũt iã dierũ extremũ sentiẽs/ꝯtinuo ꝓsiluit ex equo. Nauimque conscendẽs/iussit se moriturũ trãsferri in ĩsulã Auallonis. Ibi que ex fœlicissimo miser moriẽs Cõstãtino nepoti suo regni dominiũ/ac desolationis vindictam peragendã reliquit. ¶ Sane seu qđ a successore/Arthuri mors arte cęlata sit: seu eo qđ exñtibus rebus ꝑturbatiõe maxima ĩuolutis: ipse Arthurus paucis ꝓ̃ciis moreret & nullo adparatu sepultus sit: Quasi nõ mortuũ/sꝫ sub taciturnitate seruatũ/adhuc tãquã insignẽ & ꝑcipuũ regẽ suũ vulgo viuũ arbitrant Britones. Eũque solidatis vulneribus ꝓculdubio adserũt rediturum. Quid ergo? Vnius nefarii hoïs ausu/breuissimi tp̃is tractu/ãpliatũ Arthuri regnũ diminutũ est. Illique cũ vita subtractum. Tabula rotũda tot ꝓbis splẽdida viris cęsis oĩbus deserta fractaque. Et in vulgi fabulã versa est. Gloria ingens regis & claritas desolatione ĩ ignominiã & obscuritatem redacta est adeo vt possint/si velint/mortales aduertere: Nil in orbe pręter humilia posse consistere.

Arthurus & modredus sese mutuis cõfecere vulneribus

Cõstantinus cadoris filius arthuro successit.

Ridicula britãnorũ expectatio

¶ In scelestos filios.

ABite hinc insignes pietate filii. Ne dũ tã scelestos ausus legeritis/clęmẽtes oculos aut aïas rei enormitate fœdetis. Vosque oẽs ferrea corda gerentes/quibusq̃ graue est bñ cõpositi pr̃is ĩperiũ/ĩ ruborẽ vr̃ę immanitatis/estote p̃ñtes. Et dicatis quęso/quid possit etiam parentum imperare proteruia: quod honesta filiorum obedientia pati non debeat: Nonne ab eisdem initia vitæ suscepimus? Non antequam homines/ab eisdem dilecti: & summa cum diligentia seruati sumus? Nonne ex matris vtero pia adfectione suscepti/inualidi/plorantesque nutrici & adsidua baiulatiõe solati? Nõ ĩ ꝑiculis/ab eisdẽ/eorũ saluti præpositi? Non ĩ ętatẽ maiusculã veniẽtes eorũ gremio foti? Disciplinis & moribus ĩstructi? Et summo cum studio/in validos annos vsque perducti? Nonne ab eisdẽ(quantũ in eis est/ad prægrandia omnia nobis stratum iter? Nonne vitæ commoditates/non coniugia pro qualitatibus splendida /non hæreditates laborioso cum sudore quesitæ? Quid plus ab homine scelestę animæ possumus exoptare? Maiora dei sunt. Quę & ipsi/si possent/etiam sibi subripiendo/natis concederent.

Parentũ in liberos beneficia.

Qua igitur mente/non dicam regna subtrahere/set minimis etiam redargutionibus patrum filius audeat respondere. ¶ Habeo bonorum aliorumque responsum. Set vt pro concesso bonorum omiserim: quid inquient reliqui detestabili furore subducti? Forsan venerandis canis/robur virentis ætatis: Leuitatem/grauedini: temeritatem/consiliis: & prodigalitatem/parsimoniæ anteponent. Dicét insuper vnumquemque naturali quodam instinctu iugum spernere. Libertatem quęrere. Dominium exoptare. Quę omnia/ni abiiciatur: ni pellatur: ni de medio tollatur: pater occupat. O ignorantium opinio detestanda. Veneranda quidem/& potissimum parentum/senectus semper pro iuuentute filiorum studet. Mitique Imperio motus fręnat/& vrget salubribus monitis ad virtutem. Docetque pia solertia quibus gradibus ad se vsque ætas natorum cum splendore deueniat. Taceant igitur tales. Et in semetipsos sua cum rabie confundantur: nec hominum habeantur in nũero. Qui negant post Deũ honorificentiam omnem exhibendam parentibus. Memores hoc iudicio diuino permitti: vt talibus eadẽ mensura metiatur a filiis: qua ipsi ꝑ genitoribus mensi fuisse noscuntur. Quid ergo? Si sapimus: tamquam suauissimum iugum patrũ toleremus: obedientiam omnem volentes præstemus. Et summa cum veneratione ætatẽ patrum tremulam honoremus. Vt dum illam grati debita persoluentes excolimus: Quid nobis agendum sit: posteris ostendamus.

Qualez te i parentes tui quoq̃ liberi i te sic tales exhibebũt.

¶ Flentes quidam pauci.

gilimer qui a nonnullis bilimer ab aliisgli.imer dr̃ Attila. Sisuadus vel vt alii sisualdus.

POst Arthuri fatum/plures adstitere Reges. Nam Glismer Vandalorum et Vitigis Gothorũ se a Belisario/Cæsis exercitibus/captos anxie querebãtur. ¶ Inde Attila qđ ab Ioanne sanguinario vna cum mauris suis fusus sit/& inde peremtus: ferebat ægre. ¶ Sic & Sisualdus Brẽtorum Rex tanta cum indignatione deflebat se a Narsete eunucho fugatis suis/captum: & laqueo more latronum extinctum: vt facile aduertisses inter hominem & eunuchũ/& laqueum & gladiũ satis congrue distinxisse. ¶ Post hunc & Totilas veniens olim Gothorum Rex/eo qđ a Narsete deleto suo exercitu trucidatus sit: suum maledictis infortunium lacerabat. ¶ Quos omnes sequebatur Mœstissima Rosimunda ærumnas suas amplissimo ploratu demonstrans. De qua eo qđ rarissimę interueniant mulieres: scripsisse laudabile ratus sum.

Vitigis qui Vitichisus quoque dr̃.

Totilas.

Rosimũdã plærią rose mũdam alii vero rodisni dam vocãt.

¶ De Rosimunda Langobardorum Regina.

ROsemundam Chunimundi Regis Gepidarũ filia fuit. Hæc ab ineunte iuuentute/cœpit Fortunæ lubricas vicissitudines experiri. Et in finem vsque vitæ perpessa est. Quum igitur inter Alboinum Langobardorum Regem adhuc in Pannonia imperantem/& Chunimundum bellum esset exortum: ac postrema cũ strage vna cũ rege suo Gepidarũ nomen oẽ deletũ: Rosimũda ꝑda victoris effecta ẽ. Quã eo qđ virgo regia/forma venusta/essetq̃ iã viro mat̃a & careret ꝯiuge: Alboin⁹ sibi in mr̃imoniũ copulauit. & sic fere ꝑpisimo méto ex aula regis tracta/vincula induit. Eisque exuta: Regiũ thalamum ẽ adepta.

Rosimunda nubit alboino.

Et ex Gepidarum Regis filia: Langobardorum Regina refulsit. Ea quidē splendida satis origine: set longe splendidior facta viro. Qui a Narsete vocatus/ concessa amicis Pannonia: maximis & ex ordine subsequētibus victoriis / Forumiulii/ Venetias / omnem Galliam Cisalpinam/ Vmbros/ adque Samnites suæ ditioni subegit. Ex quibus quantum aucta Rosimundæ gloria sit/ tot cum viro Nationibus imperantis: discerni facillimum est. Set impatiens Fortuna loci/ quam fœliciter sublimarat: ignominiose nō longo interposito temporis tractu/ depressit. Erat post victorias Alboinus Veronę/ regni sedem forsan ibidem firmaturus: & adparatu conuiuiorum ingēti cum proceribus suis festum celebrabat egregium. In quo exhilaratus nimium/ & forte vino madens/ poculū sumsit/ quod olim victor fecerat ex Craneo Chunimundi componi. Plenūque vino iussit Rosimundę deferri. Et vt in festo tam celebri cum patre biberet imperari. ¶ Rosimunda vero non inspecta viri lętitia/ Muliebri more/ verbum sumsit in peius. Rata sibi patrisca dem suasque insuper impro perarari catenas. Et confestiз fœmineo concensa furore/ secum ī mortem Regis egregii conspirauit. Et indignationem/ consiliū que suum in tempus congruum/ alto sub pectore seruans: Primo ī summā sui dilectionem Amechildem Regis armigerum adque lactis fratrem donis adque blanditiis traxit. Inde Patefacto consilio/ eū suasionibus adque promissionibus maximis in suam deduxit sententiam. Visuз tamē est eis nil absque Peredeo/ qui tūc apud Regem fortissimus habebatur: satis apte posse compleri. Quæ quum cerneret in tam grande facinus fideз viri constantissimi verti non posse: facile nouum commenta facinus mentē solidā emolliuit. Ardebat Peredeus amore puellę: eiusque/ dum posset/ summa cum voluptate amplexibus vtebatur. Ad quam quum eum venturum nocte sequenti/ Regina nouisset: clam sublatis luminibus/ intrans puellę lectum/ expectauit. Eique/ postquam suam Libidinē in eam expleuerat: cum qua concubuisset/ aperuit. Mortem interminans ni in suas partes deuenisset illico. Hac arte Peredeus captus/ sceleris conscia tractus/ in voluntatem Reginę descendit. Eaque duce/ Alboino in meridianum sopnum soluto/ regium cubiculum intrauere. Verū illis adgredientibus nefariis hominibus/ surgens stupidus & inermis quum ad quę recurreret/ non haberet: sumto scabello Pedaneo/ in longaз adque validam defensionem processit. Tandem superatus & occisus est. Et sanguinē suū fudit/ ī Chunimūdi Regis mortis piaculū. Sic rex qui tot Reges oppsserat: tot hostiū supauerat copias: tot ꝓuīcias ditioni suę subegerat: p mille picula tractu terrę tā lōgo in nouas sedes victor euaserat: ab his quos ꝓmouerat: vxoris fraude supatus/ occubuit. ¶ Huius regnū/ post Patratū facinus/ insano ausu Amechildis/ eo qđ lacrimis insisterent funere occupari regio Langobardi/ adripere conatus est. Quod quum frustra tentari cerneret: cum Rosimunda quę iam ex regia vxore coniunx deneneraт armigeri/ & Thesauris ac omni supellectili/ & adparatu regio/ vna cum Alsiunda Alboini ex prima coniuge filia & Peredeo (vt placet aliquibus) noctu naues adscendens/ Rauennam adpulit. Vbi a Longino patritio Iustini Augusti loco Narsetis suffecto/ & si hostes essent/ egregie tamen suscepti sunt. ¶ Rosimunda igitur profuga ex Regina/ ne diu cum suo Amechilde iam

Alboini poculum e capite chunimundi / quē alii comūdū adpellant.

Rosimūdę consiliuз de viro trucidādo.

Peredeꝰ quē alii perethe um vocitāt.

Impudicuз rosimundæ facinus

Alboini cædes.

Interfectoꝶ alboini fuga

grandi prȩda gauderet: facta tam ob deperditam celsitudinem/ quã ex prostrata pudicitia spectaculum Rauennatum: in extremum sui exitiuȝ Longino placuit. Qui quũ eideȝ flexibili longa dicacitate suas nuptias suasisset: vidissetque ad eas nisi p alienum sanguineȝ aditum non haberi: facile ad omne facinus ꝓnam in Amechildem virum armauit. Nec mirũ/ infecta semel cõsciẽtia malis/ vltro demum labitur ad quodcumque. ¶ Captato igit̃ tempore torum viri tertii conscensura ꝑciosum veneno tamen ꝑlitum/ poculũ Amechildi sitienti porrexit. Qui quũ iam gustatũ nouisset: Rosimũdam ad residuum exhauriendũ coegit. Nec mora. Qui super innocuum sanguinem Alboini scelestas nuptias celebrarãt: turgidi iam facti merito hincinde cadentes in eius morientes in ferias illas exitu misero separarunt. Rosimũda & amechildis interitus

¶ IN Mulieres.

PRoducatur in medium turgida. Inhc nestumque cadauer piȩ matronæ circumdent. Cui dum compatiuntur inspiciant quid ambigua verba in damnum iterpretari. Quid in periculum suum furore succẽdi. Quid in cæcum vindictæ desyderium prolabi. Quid ad eam consequendam dehonestari libidine fœda. Dumque ob alienum facinus in frontem propriam pudicus rubor adcesserit: mentis intuitu se ad patientiã natas cognoscant. Pronã debilitatem suaȝ consyderent. Et aduertant mobilẽ voluntatẽ. frænisque laudãdi pudoris iniectis/ labantem animum sistant. Ne p vestigia infœlicis Rosimundȩ/ dum ausu temerario altiora expectant/ quam sexus exposcat: in sterquilinium æterni dedecoris præcipites sese dedant.

¶ IOANNIS BOCCACII CERTALDENSIS DE CASIBVS ILLVSTRIVM VIRORVM LIBER NONVS. & Vltimus.

Et primo de quibusdam miseris. Et inde de Brunichilde Francorũ Regina.

NON IMMEMOR ab inclyto ꝑceptore meo ruboris iiectĩ/ quã quam ꝑ voluptatis desyderio satis ocio vacatũ nõ sit: surrexi tñ cupidus metã ꝓpositi/ si det̃/ aliqñ ꝯtingẽdi. ¶ Erat tñ aĩus mihi alio dirigere cursũ/ quũ iã a lõge veniẽtes viderẽ & Mauritiũ Augustũ/ mœstũ/ existimo/ eo qđ a Phoca apud Calcedonẽ cũ vxore & filiis & famulatu cȩtero pemtus sit. Et post eũ/ ipsum Phocã Heraclii viribus ex iperio deiectũ adq̃ occisũ. ¶ Post quos/ quẽ ego sũma cura spectabã/ seductor ille nequam Maumethes veniebat. Cuiꝰ artes quã lubẽtissime audiissẽ (nouit Deꝰ) & qualr pꝰ ꝓphetȩ nomẽ adsumtũ legesque letiferas datas i sua luxuria depisset. Set mulier q̃dam imo Dȩmon aduenĩes/ me his abstulit. Hȩc erei crine soluto/ maxia cũ copia lachrymarũ/ iter occupãs clamitabat. Me ne ꝑtermittes calamitatũ ꝑteritarũ euiscerator nouissime: reliq̃s vt plurimũ labore pq̃ris: meas oblatas nõ suscipies? Taces? Equidẽ video: vilipẽdis. Meque mulierculaȝ autumas. Quos vides neglectos discerptosque crines/ corona regia ꝑssos habui. Quid ergo q̃si arctiori detẽtus cura/ alibi faciem oculosque protendis? Si nescis/ Brunichildis Francorum Regina fui.

Mauritius cappadox a Phoca cȩdit

Heraclius. Phocas.

Brunichildis francorũ regina tanagildi vel athanahildi regis hispaniȩ filia.

Quid tepes? Quid mente quȩris diffugium? Potuit Arsinoe Cyrenensis. Potuit Aegyptia Cleopatra. Et nouissime Rosimunda Gepida obsequio vti tuo. Ego vti non potero? ¶Ego autem tam inopinate tamque stricte a muliere detentus obstupui. Et quum nil aliud tam efficacibus verbis quid occurreret: dixi. Brunichildis/ & si iam pquisiui ad præsens adsunt casus vltra quam velim: te miseram doleo, quod petis nequeo. Nec eni Fortunas tuas nec nomen pter nunc audiisse memini. ¶Tunc illa. Nec dulciores vsquam/ nec amariores in quoquam comperies. Egomet referam. Adripe calamum. ¶Ad ego dic/ inquam/ tibi ne de te credam? Noui ab ipso iuuentutis meæ ingressu mulieres esse bilingues. ¶Hei mihi/ tunc illa/ Reginam mentiri credis? ¶Cui ego. Forte si sexum corona mutasset: non crederem. ¶Tunc illa/ infœlicium hoc vetus infortunium est: vt eis ȩgrius præstetur fides. Vera fatebor. Si commodi quod opto sequatur. ¶Quid/ ego tunc/ cõmodi aut leuaminis paucȩ calami mei literȩ dolori tuo tam eximio adferre poterunt? Debueras ædepol optasse potius vt e memoriis hominum laberentur: quam ego illas nouis literis suscitarem semisopitas. ¶Illa vero subsequẽs ait/ de me æcastor actum est. In eorum dedecus quorũ sæuitia Regis mater horrenda ppessa sum/ scribas cupio. ¶Ego aũt & si desyderio traherer alio: quum ferreus non sim: set exorabilis homo: Flexi propositum/ inquiens. Hac lege tibi calamũ concedo meũ: si vera dixeris. Et huic quũ sedulus aures porrexissem: illa abũde lachrymas fundens/ & pectus pugnis tunsũ crebrisque respersum liuoribus adsiduis suspiriis agitans/ inquit. ¶Audisti arbitror Clodouenũ veterem Francoꝝ Regẽ Clotharios filium & nepotem ex filio habuisse. Ex quo Nepote quatuor suscepti filii. Qui patre defuncto/ vt regnarent omnes/ Regnuʒ quadripharíam diuisere. Exortoque inter Athanahildũ patrem meum Hispaniȩ tunc Regem genus ab Athalarico maximo Gothorũ Rege trahentem/ Regesque pfatos/ bello/ & ob id hinc ide pluribus susceptis cladibus. Itũ in pacẽ est. Ad quã seruandã qsi vinculũ facta/ adhuc vix pubes in coniugẽ Sigeberto regi pcessa suʒ. ¶Tum ego. Caue quid dixeris. Chilperico aut Childeperto audiueram. ¶Illa vero. Scio quosdã sic arbitrantes existere. Verum ego/ vt finis aperuit/ infernalibus furiaꝝ tȩdis thalamũ illius itraui. Set quid tandẽ? Quũ esset oris mei sublimie decus/ & ætas integra/ qbus plurimuʒ mulieres valemus/ nec ꝓ votis ornatui aurũ gẽmæque essent: & solio sublimata regio a cunctis tãquam deam cælo lapsaʒ intueri me cernerem: venerari/ laudibus extolli/ cæterisque præferri/ primis regibus Clotharium tertium pariens supercreui. Quẽ vtinam aut nõ concepissem: aut ex vtero in tumulum coniecissem. Sane dũ his tot prouecta fœlicibus & amplissimis deliciis fruerer: oritur inter fratres seditio. Quæ euestigio bellum peperit. ¶Tũ ego. Siste qso/ quȩ seditionis causa? ¶Cui illa. Inæqualiũ regnorũ iuidia. ¶Tum ego. Mentit Regina. Tu ipsa triste semen quũ ingenio semper fueris impio/ cordibus iniecisti. ¶Ad illa. Paulo añ nũquã me nouerat iste: adeo repẽte mei igenii cẽsor fact⁹. Crede si vis/ factũ est/ exaspatis odio ais/ vt Chilpericus viri mei fr̃ sub spẽcie pponẽdȩ pacis adcitus: satellitũ manu cȩderet. Et hinc post modicũ/ hoc eodẽ infortunio/ credo vidictȩ cã/ vir meus occubuit. ¶Nec istud pa-

Cherebert⁹ siue aribert⁹ Guntranus Clodomirus & Sigebert⁹ clotharij filii

Clotharius Sigeberti & Brunichildis filius.

tiar/iquã. Tua pfidia occisus est. Nã quũ insita mulierũ vanitate pcipuã volupta tẽ ex adspiciẽtib⁹ formositatẽ tuã capes lascilua nimiũ nõ aduertẽs aliena damna Landricũ Palatii comitẽ vltra honestatis fœmineę terminos/ardẽter amasti. Et in eius volẽs orãsque ꝯcubitũ irruisti. Quo dũ minus cauta vtereris: & iã multis inotesceret scelus: ne opprimereris merita: in nesciũ & imeritũ isidias tetẽdisti. Eũque venatione fessũ medio i nemore seu redeuntẽ venabulis cõfodi fecisti. ¶ Illa vero paululũ irritata/ꝓ superũ fides/inqt. Quis hic hõ est tã ocyter ex ignaro acer redargutor effectus: Equidẽ reor cũ credere q̃ dicit q̃si melius post sęcula multa cognouerit q̃ acta sũt: quã ego q̃ p̃sens. Erras ꝑfecto. Fredegũdis hęc fuit i Chilpicũ/cuius erat speciosissima ꝯiunx/& cuius ego/moderatior quã tu in me sis/necem viri recitans/nomẽ honeste tacuerã. Set sine/quo tẽdo/deueniã. Ego cũ paruulo relicta filio & si multum pręteritę claritatis amiserim/qua possum industria Regiã curo. ¶ Tũ ego/ipatiens inquã/audiuerã Brunichildis non ex Sigeberto & te/Clotharium/vt aiebas/genitũ. Quinimo Childeptũ/& ex eodẽ mortuo geminos tibi superfuisse Nepotes Theodebertũ adque Theodericũ. Illa vero. Tu crede qđ voles. Ego cœpti sermõis seriẽ nõ omittã. Fit ide vt Theodericus viri mei Nepos/qui Burgũdię p̃erat: idignatiõe ꝯcepta fratrẽ suũ Theodebertũ Austrasię Regẽ filiosque cũ ꝯiuge ob illi ꝑatas ab eis (vt ferebaꝑ) isidias trucidaret. ¶ Ego/inquã/istud nõ aliter quã p̃cedẽtia patiar. Tuũ hoc fuit scelus. Nescio aũt vñ tãta tibi suadẽdi vis fuerit. Sꝫ qd dico: ꝑmagna põt cupido regnãdi. Qua/credo/nimium vrebaris. Vt ipune peccãdi amplũ spatiũ possideres. Sũt p̃terea i malũ vires igenii mulierũ maximę. Quibus tu quũ iã sępius imunis exisses: illas omittere nesciebas. ¶ Tunc illa. Sine istãc credulitatẽ tuã/ quęso. & quorsũ tot rebus p̃dictis emersura sim specta. Post tẽpus Theodericus facti pœnitẽs dũ qđ male egerat i aliũ retorq̃re conaꝑ: Veneno ꝑimiꝑ: Et filii gladio extingũꝑ. ¶ Cui ego. Istud ꝑfecto nõ ificior. Sic ẽ. De morte loquor. Set qđ omiseras/ipse supplebo. In te tuũ crimẽ obiecit: tu istud veneno gladioque purgasti. ¶ Illa aũt fœcũdius lachrymas emittẽs/inqt. Me miserã. quia isœlix sũ: mẽdacẽ existimat iste. dictũ est. Sic Fortũa facit. Hoꝝ verbis aufert fidẽ: qb⁹ bõa cętera abstulit. ¶ Ego aũt qd dicã/scio. Et dũ diu obiurgasset: adque negasset: ac aduersus veritatẽ/vt testãꝑ alii/mľta dixisset: q̃si me tacẽtem i fidẽ verborũ suoꝝ traxisse existimasset: sermonẽ quẽ iterruperã ꝯtinuãs sequuta ẽ. Dũ tot facinora tot enormia in tã splendidos viros per regni proceres commissa vindictam orarent aliquam: & illa ab iam grandiusculo Clothario petereꝑ: ꝑquiriꝑ tãtarũ cędiũ ꝑpetrator. Ipa quidẽ adhuc/& si Regis relicta/plurimũ potẽs multorũ exacerbauerã inuidiã. Qua tracti vt odiũ suũ aliq̃n in ruinã meã depascerẽt: in me coiiciunt oĩa. Adcusor filio. Capior/& in prætoriũ trahor. Et/quo principes viri: que robustissimũ cor hñtes tremunt/fœmina & vnico qđ habebã subsidio spoliata/rẽ dicere cogor. Nõ iudicib⁹ corã/quoꝝ interest ptiũ iura æqua lãce seruare/verum adcusatoribus. Quis nedum fœmina inter tot Francigenas Hispana/vidua/a filio non relicta tantum/set captiua/ius ab hostibus excerpat? Quid plura? Aduersus excusatiões meas falsis testibus/ꝑiecturis falsis/aliisque pluris infandis

Fredegũdis

Theodeberti & filioruꝫ cædes.

Theoderic⁹ venenuꝫ ab auia brunichilde porrectũ hausit.

Adcusatur apud clotharium Brunichildis.

pbationibus vincor. iducit puer facile i scelus maximum. Et iussu eius pceribus regni immo inimicis meis committitur prouocatione sublata vt suo ritu in me innocuam pro scelerũ qualitate dictetur sentẽtia. Heu miseraʒ me. Non pectus/ex quo prima sumserat alimenta Non vterus quo illum gestaueram. Non matris etiã apud immanes Barbaros Venerabile nomen/non illum lachrymæ mouere meæ. Non querulę voces eius gratiam adque misericordiam implorantes. Quin dum more integerrimi viri puer immotum teneret propositum: Dira in me sententia dictaretur. Adque me audiente/& frustra reprobante/prolata quum esset: ex Regina tamquam popularis muliercula diris carnificum manibus trador. Qui omni spectante populo/& hi potissimũ coram quibus insignita regiis/multis comitata nobilibus incesseram sæpius/veterem obliti reuerentiam iniectis in vestes manibus me illas extorsere nudantes. ℂ O mirũ. Quę fortũę vires: Dũ meo cõmodo oculos continere nequeo: nullas pietate mei in quoquam lachrymas vidi. Me monstrari digito & hiulcis oculis de me expectare peiora multos percepi. Quod et si clausis oculis aliquando vitassem: aures claudere non poteram: quin etiam inter lictorũ strepitum multos obloquentes/in augmentum mei doloris audirem.

Brunechildis exit9 adprime tristis

ℂ Quid multis insto? Seminuda in turpissimam mortem rapior. Nam pede vno & manu altera crinibusque caudis validorum equorum adligata adque discerpenda permittor. Et dum in varia tenderent equi: membratiʒ distrahor sanguine cuncta fœdans. Et sic inter cruciatus importabiles expiraui animam per omne scissum corpus emittens. ℂ Dixerat. Ego quidem illi obsequiosus factus sum. Scribens/fateor/non satis digno testimonio vsus. Et ideo si quid minus verum reperiri contingat: imputetur importunitati instantissime orantis:

ℂ Quidam tristes Augusti.



SVaseram a Brunichilde Regina. Et coram stetit Heraclius Augustus tenso epate ac facie lurida sitibũdus. Indignãter Deo Hydropisim suã marcentem improperans. ℂ Quem Constans sequebarur successor. Flẽs qd' discurrẽtibus Italiã Agarenis/apd' Syracusas a suis sit i balneo trucidatus ℂ Cuius post tergum erat & filius non veritus sua inertia primus tributarium Bulgaris Romanorum Imperium effecisse. ℂ Quos ego cum aliis huiusmodi pluribus indignans vltro postposui. Et in eorum dedecus mulierculam flentem Romildam Foroiulianorum ducem volens adsumsi.

Heraclius. Constans.

ℂ De Romilda Foroiulianorum (vt loquitur) ducissa.



GIsulphus nepos Alboini Regis/primus ex Langobardis Italiam occupantibus a Patruo Foroiulianorum Dux constitutus est. Huic fuit Romilda coniunx æqua nobilitate insignis. Quæ et si plurimum amplissimo ducatu refulgebat: numerosa insuper ple fœlicitata gaudebat. Nam melioris sexus ex viro filios quatuor genuerat. Duas aũt ex reliquo. Quibus defunctis parẽtibus multis exãclatis laboribus clara fortuna fuit. ℂ Verũ vt hos omiserim/rebus Romildę cum Gisulpho trãquillis agẽtibus turbo cũcta circũagitans repẽte exortus est. Nam Cãcanus Auaꝝ rex/ꝯgregata armatoꝝ multitudine/hostiliter Gisulphi fines ingressus ẽ/Cui quũ occurrisset Gisulphus superueniẽte in eũ

Romildæ filij fuere Taso. Cato. Rodoaldus & Grimoald9 filię vero papa. Gaila & duę alię quarũ ignorantur nõia.

suosque Auarũ multitudine:non solum superatus. Set omnis fere nobilitas cũ eo cęsa subcubit. Et multitudo reliqua in fugam versa pro parte truncata/aut captiua deducta est. A victore Cãcano. ¶ Hac tam ingenti strage perculsa Romilda cum non præstaretur lacrimis tẽpus:collectis ex agris reliquiis sese in castro Foriiulii obsidionem passura/recepit. ¶ Auares autem quũ omnem prouinciam populassent:castrum obsidione cinxerunt. In cuius expugnationẽ quum multa parassent: circũiretque Cancanus muros deliberaturus quibus ex partibus bellũ facilius inferret. Contigit vt illum clara iuuentute florentem & splendidum rutilãtibus armis equoque acriter insidentem ex Turri Romilda conspiceret:& i eum illico exardescens/omissis mortis Gisulphi lacrimis/& publicæ salutis vigilantia/mentem omnẽ in austerũ hostis aspectũ conuertit. Nil magis cupiens/quam vt eius potiretur amplexibus. O BONE Deus quam fera pestis cupido? Mirantur nonnulli ab hoc lętis i rebus mentes quandoque laqueari adque vinciri. Quid si/non dicã medijs in lacrimis seu inter armorum fragores/verum in obsessos in plenum tela videat iacientem? Set de hoc alias. ¶ Capta igitur Romilda ĩfœlix vritur. Nec sui cõpos muliebri rubore posito inclyti viri vulneribus adhuc cruore recenti manantibus clam per internuntios/aduersario Regi/si suas velit nuptias celebrare: Castri dominium pollicetur. Rex/esto Barbarus/cognita Muliebri Libidine/ac vilipensa/Imperij cupidus: petitis annuit. Et sic clã Auares i Castro recepti/omnes occidere uiros/Mulieribus in seruitium reseruatis. Inter quas filię duę Romildę (quũ filii aufugissent) deductę sunt. Romilda autem ex excidio suorũ ductura Triumphum/Regis iussu induta regalibus per medium suorum sanguinem celebratura nuptias regia processit i Castra. ¶ Cancanus autem/ne posset violatę fidei reprehendi/per spatium noctis sese Libidini & amplexibus ardentissimę Mulieris concessit inde/ne scelestum eiusdem facinus remaneret inultum/ex vlnis euulsus Romildæ/vocatis duodecim ex auaribus quos validiores arbitrabatur:ad Mulieris pruriginem extinguendã eis illam ex Regina iclyta iam priuatam & miseram tradidit illudendam. Præcipiens vt ea abuterentur sibi inuicem vicibus succedentes. Qui deducentes eam in Tabernaculum/in quo forsan equos regios obseruabant ad satietatem vsque eius Luxuriam contulerunt. ¶ Quę illi mens fuerit postquã victa libido cessit. seque amore suo ac opinione frustratã comperit: viditque tam turpi Scemate inter Lixas fuisse delusam: lectoribus æstimandum relinquo.

¶ Cãcanus autem surgẽte sole medijs i Castris pilum pacutũ erigi iussit. Fessamque labore nocturno capi. Et pili summitatem genitalibus infigi. Adfixamque ligari. Totique exercitui detecto eius facinore deludendam tradi. Quod quum esset non absque maximo mentis & corporis infœlicis dolore peractum: Primus adcedens inquit ad miseram. Quẽ meruisti virũ oscena concessi. Et abeũte illo confestim cæteri more suo verbis actisque turpissimis absque intermissione per diem rubore plurimo respersam flentemque luserunt. Quæ tandem tã cordis mœstitia quam nimia corporis adflictione superata infandũ amorẽ plorans eiecit cũ spũ.

¶ Abstulisse Romildę ducem/Fortunę/fuit peccatũ. illam in tam extremã miseriam deduxisse/meritum. Flebile vnum/nõ curabile reliquum. Nam illud aufugis-

Gisulphus auarũ hocẽ Bauarorum siue Baiororũ ĩpetu cæditur.

Romilda obsidetur:

Romilda flagrantiori p[illegible] usta libidie forũiulii p[illegible]dit auarib⁹.

Ignominiosa Romildę fortuna.

Romildæ supplicium.

set ducissa. Istud non solum sponte set ardenter ab ea petitum est.

¶Imperatores plures miseri flentesque Langobardi.

PRout ob rubiginem paulatim ferrum iners corroditur. Sic ob segnitiem principum/ab armis Barbaris sensim diminutū/seruato nomine/Romanum imperium fere deuenit ad nihilum. Quam ob causam magis ridendi sunt qui propter illud periclitantur insane. Quorum globus vna eademque quasi procella prostratus quum Romildę lachrymas enarrassem: cōfestim adfuit. ¶Quos inter Iustinianus naso priuatus & labro/ab imperio deiectus/& exiliū passus/& iterum adsumtus & postremo cæsus miserrimus iucedebat. ¶Similiter et Leontius æqua oris deformitate se ab Augustali deiectum apice carceres & catenas expertum deflebat. ¶Sic & Tyberius querebatur: qđ quum Iustinianum deiecto Leontio & imperio occupato vindicasse videretur: ab eodem captus & vna cum Leontio miserrime in mortem tractus sit. ¶Post hos vero deflebat Philippicus qđ occiso Iustiniano/& Augusti nomine sumto/bellum aduersus Imagines creatoris sanctorumque/quas quorūdam pia deuotio in ecclesiis pingi curauerat: adsumsisset. Quod/ob meritū ab Romanis eius nomen Lege abrasum/& ipse ab Anastasio deiectus solio/& in Siciliam vsque sequutus oculisque priuatus quas quęsiuerat Imaginibus tenebras sit adeptus. ¶Hinc & Anastasius qđ sublimato/etiam renuente/a Constantinopolitanis ad Augustalem sedē Theodosio/ipse depositus/& ad adsumendum sacerdotium coactus sit: ferre anxie videbatur. ¶His imista Irene erat. Flens acriter quod Cōstantinopolitana imperatrix tam morte viri quam oculorum filii eiectione constituta/a Nicephoro frē deiecta sit. Et apud Lesbon in exiliū acta & in eadē misera senectute cōsumta. ¶Post quam longus ordo hominum sequebatur oris habitu adeo a cæteris diuerso: vt dum primo inspicerem: potius ludentes laruatos quam flentes miseros existimarē. Erāt enim eis a ceruice in occipitiū capita depilata. Et a lateribus ī ora diffusa cæsaries vertebatur. Et a semitecta crinibus facie/barba vnicuique ꝓlixa declinabat in pectus. Vestes illis largę adque fluxę variis contextę coloribus albisque fasciolis infra suras fere omnibus ligata crura. His insuper calciamenta aperta fere ad pollicis vsque summum. Hinc inde alternis corrigiarū laqueis adligata. Quos ego postquam paululum mirabundus adspexi: Langobardos esse cognoui. Et ante alios nefarios ausus suos in Grimoaldū deflebat Lupus. Seque ꝓfugū & inde captiuum adque Grimoaldi iussu vltimo iugulatum. ¶Sic & Alahis seu Arachis inexplebilis homo lamentabatur qđ Chunibertum Regem suum regno priuasset: seque ab eodem Ticinensium fraude priuatum adque occisum. ¶Hinc Aribertus stultitiam suam execrabatur: quod quum inter se & Baioariorum ducem incerto Marte nox Prælium diremisset: tamquā victus clam Ticinum noctu veniens: Aurū ferēs ad fugā ī Gallias ad sufficientiam sumtum narās pondere tractus subfocatusque in Ticino sit. ¶Quos omnes & alios plures lubuit omittere quum vidi Desyderium mœstum insuper venientem: & eo qđ Langobardorum regnum adque superbiam in eius infortunium finem sumserit. Quis ille fuerit exitus enarrasse reor officiosum.

Iustinianus quem recti⁹ iustinū adpellant alij.

Leontius & Tyberi⁹ apsimarus ab iustino cæsi.

Philippicus bardanius. vel dardanicus.

Anastasius: antemius Theodosius Adramictenus.

Irene constātino filio effodit oculos.

Langobardorum habitus.

Lup⁹ ob rebellionem ī grimoaldū cæs⁹ ab auarum exercitu.

Alahis Chunibert⁹ Aribertus asprādi metu in ticino flumie submergitur.

De Desyderio Rege Langobardorum.

Hic igitur Desyderius Aistulphi Regis filius patre defuncto Langobardorum rex factus/principatus sui initio memor patrem sæpissime bello fusum a Pipino Francorum rege/eo qđ pastoris sacri christiani gregis iura quandoque subripuisset:ne infestandę quietis suę aliunde causa oriretur:nõ solũ pontifici summo genitoris ꝓmissa seruauit:Quinimmo regia liberalitate donans eidem Fauentiam nobilem Flamineorũ ciuitatẽ & Castrũ tyberiacum/comitatũque Ferrariensem insuper ampliauit. Inde se cunctis fauorabilez adque beneuolũ exhibẽs/non solum inclyto regno florebat:set hoim gratia claro coniugio adque numerosa prole fœcundus splendidior cæteris incedebat. Sane quũ nil sub sole sit stabile:& mens hominum potissimum permutetur:actum est vt per quietẽ regni ad maiora Regis animus traheretur. Quamobrem sensim ampliandi dominii subintrante cura/cõcessi pœnitere/& oliz subtracti dolere cœpit. Quibus impulsus sentiẽs Francos circa Aquitanos & Vasconas Pipino mortuo sub Carolo bello occupatos: suasus ab Anglario quodam qui cũ vxore & filiis Carlomani Caroli fratris præmortui ad eum confugerat: arma sumsit. Fractoque pacis fœdere non solum quod sui iuris esse dicebat adripuit:verũ oẽz Italiã igne ferroque infestare cœpit.

Desyderius lãgobardorũ rex.

Desyderii motus

Quibus Hadrianus ea tẽpestate romanę vrbis Põtifex territus/& miserorũ qrelis adsiduis lacessitus/marcescẽtib⁹ apud Gręcos/& solo cõtẽtis titulo Augustis/precibus Carolum Francoꝝ Regem in subsidiũ periclitantis ecclesię conuocauit. Qui ingenti exercitu per Cinisios montes in planitiẽ veniens Langobardorũ cum obuio Desyderio data pugnæ copia certamen iniit. Et victi Desyderii ac fugati adeo vires contriuit:vt desperantem in Ticino obsideret. Et quũ stante obsidione multas Cisalpinę Gallię Ciuitates in ditionem redegisset:& Samnium subegisset: Vmbrosque agente rerum omniũ pœnuria adque peste qua Ticinenses miserrime angebantur/factum est/vt Carolo Ciuitas traderetur. Captusque Desyderius vna cum coniuge filiisque vinctus Parisius mitteretur:vbi perpetuo damnatus carceri oĩ spe salutis perdita in miserabilem senectutem mortemque compulsus est. Et sic splendor omnis per tot claros Reges per tot sęcula Langobardi noĩs superauctus cum Desyderio in taliginem sempiternam deductus euanuit.

Carolus cognomento magn⁹ põtifici aduers⁹ lãgobardos opitulatur.

Desyderius capitur.

Dolentes quidam & in superbos pauca.

Cvm post Desyderiũ inter varias hominum lachrymas fluctuarem:hinc inde distractus:ecce mulier adstitit. Quæ induta pontificalibus/& deciso tenus auriũ crine sacerdos potiusquam fœmina videbatur. A qua ego & si plurimum flebat mirabundus tñ adcepi qđ Magũtinis parentibus derelictis clã sequuta iuuenẽ quẽ diligebat cũ eo ĩcognita virili in habitu studuisset. Eoque morte subtracto ĩ liberalibus sacrisque literis habitu & Castitate seruata adeo profecisset:vt apud Anglos homo non fœmina celebris haberetur. Et labentibus

Ioanna (vt ita dicam) papissa.

annis quum se Romam ex Anglia contulisset: Ibique triennium legens illustres haberet auditores: tantæ apud omnes opinionis fuit vt mortuo Leone Papa quinto imperãte Lothario primo ad Pontificatũ Maximum traheretur. Et Ioannis nomen inclytum sortiretur. In quo subeũte Libidine ꝑgnans effecta petens e Ianiculo Lateranũ/inter Colosseũ & Clementis sacellum cunctis aduertentibus se peperisse dicebat. & ob id ex apice Pontificatus/quum duobus ãnis & septẽ mensibus & diebus aliquot sedisset: deiecta/se in misellam euasisse mulierculam querebatur. ¶ O DEVS inclyte. Quid nõ audent mulieres? Honestate & studiis hęc laqueos prętendit papatui. Et fere per triennium voti compos effecta possedit. Risissem equidem ni iusa dignitas obstitisset. ¶ Set ea cedente/in Arnulphum ex concubina Caroli Magni filium & Romanorum Imperatorem oculos inieci. Eumque tanto pruritu plenum venientem vidi: vt strictis dentibus fere se totum vt ipse dicebat vnguibus laceraret. Nec scabiei causa. Quinimmo pediculorũ vndique scaturientium infestatione. A qua quum nulla Medicorũ ope posset liberari: quin pulpis corrosis omnibus ossibus neruisque relictis vsque ad pręcordia penetrarent: victum se tã dolore quã fastidio querebatur. Nequeo ad vlteriora transferri/ni prius insistam paululum in superbos. Adsit igitur ille Babylonicus Nabuchodonosor. Adsit Argolicus Capaneus. Adsit & Iulianus Apostata. Aliique quibus parum visum est Deo nedum hominibus idicere bellum. Adsint spurcidi Blasphemantes. Adsint insipidi/nil timentes. Et oculos iniiciant in Arnulphũ dũ cum Romanum Principem cernunt/a pediculis esse prostratũ. Cogitent quid Lupus poterit: quid Vrsus: quid Leo: quid Homo cui cum viribus plurima virtus ingenii est. Sinam quid ipse Deus qui totum solo nutu concutit orbẽ. Nõ dubiũ quin tremiscant & suam damnẽt insaniã/seque etiã videant cũ minimis æqua sorte subiacere periculis. Veniant nunc qui veterem sanguinis claritatẽ dum suo decori conantur inferre: sibi putant omnia in quoscumque licere: & cũ Arnulpho ex fulgido Caroli magni gñe descendente naturæ querantur iniuriam passæ ex tam generoso sanguine tot pediculos generari. Veniant qui dignitatibus humana nobilitari corpora arbitrantur. Et querãtur cum Arnulpho Fortunę desidiã passam ex imperatore tam foetidum animal procreari. Veniant qui cũcta mortali ꝑsterni potentia rentur. Et cum Arnulpho suorũ exercituũ querãtur ignauiam. Qui quũ Northmãnorum rabiez adtriuissent suis armis/suis telis/suo robore/pediculos tam paruulos inermesque a carnibus eius euellere nequiuere. Veniant & hi qui stultissime existimant cuncta superari diuitiis. Et cum Arnulpho querantur coronam eius/Scęptrum/Thesauros/adque purpuras fuisse adeo impotentes: vt eius pediculos nedum fugare aut abiicere: set neque tegere potuerint. Quid mltos inuocem? Certissimum argumentum imbecillitatis humanæ Arnulphi miserabilis exitus est. Quem si mente integra velimus inspicere: nos stipulæ flammulam euestigio in cinerẽ redeũtẽ/seu flores purpureos & quãquã modico haustro flãte marcentes esse videbimus. Sinã Fortunę iacula. Febricula leuis/parua vesicę vexatio & si non aliud/paruus pediculus nos ad nihilũ vsque deducit. Quid ergo Deum contẽnimus? Quid nos ipsos extollimus? Quid aliorum artes/consilia/viresque

Arnulphus Pthiriasi hoc est morbo pediculari absumpt.

In eos qui nimia efferuntur superbia.

despicimus: Arnulphi Pediculis terrefacti posito fastu Deum cuncta potentē totis ai viribus excolamus. Maiores ęquo animo toleremus. Pares iugi dilectiōe p meritis honorantes obseruemus. Et minoribus caritate cōpatientes indulgeamus. Vt eius gratiam mereamur qui erigēs de stercore pauperem: diuitem dimisit inanem. Retrahor vnde discesseram a filio consumti tam turpiter augusti. Is enim quē Lodouicum dixere Francigenę/querebatur se post adeptum imperium & recuperatā Italiam Berēgarii fugati opera apud Veronā captum Luminibusque priuatum. Et in breuę vitam set miseram reseruatū. ¶ Hos tandē post tergū sequebat Sacerdos vnus fœmineo fere & inhonesto plangore clamitans summū sibi pontificatū Othōis opa fuisse sublatū Cuius ego opū reminiscēs/ne meritorū suorū effugeret notā infandā: sublimatiōnē casumque dignissimū describendum ratus sum.

¶ De IOANNE Papa. XII.

SVPRA vertices principū ostensurus tela transuolasse Fortunæ: si paululū altius repetā: non erit indignū. Inobediētiā Prothoplasti/olympū clausisse sibi suisque certissimū est. Quorum post tempus ex excelso missurus Deus vt ex dite in patriā pios reuocaret pteritos: & eiusdem Iaunam posteris reseraret: ex alto verbū mittēs/incarnari fecit ex Virgine/eam sacro spū obumbrāte. Et sic Dei & Hominis iuiolata Virginitate Natus Filius/abdicata lege veteri/suis sacrū nouūque dogma monstrauit. Et vt antiquę puaricationis insolētiam aboleret: sese suppliciis & inhonestę morti summa cum humilitate concessit. Qua quidem mors nostra perennis interiit. Et quū ingenti patrū pręda/Plutone subacto/Orci fauces vacuasset: vitā nobis resurgendo restituit. Demū adscensurus ad patrem/Petro Symoni/quē ex piscatore piscium futurū hominū piscatorem pręstdixerat: postquam vires suas cōmiserat: cuique pio gregi pręfecerat: regni humano gñi restituti claues pcessit. Adserēs aduersus eas nec ditis ianuas pualere. Cui vīquā Regi vel Pricipi tā grādis facta cōmissio? Cęteris mortalia regere: huic spūalia gubernare/Cęteris ab idocta multitudine peminere cōcessū: huic ab ipsa pris æterni sapientia diuinæ vices exhibitę. Cæteris tēporalium data facultas: huic æternarum concessa libertas est. Nil ergo maius in terris cōtigit aut potuit contingere mortali. ¶ Is igitur piscator hominum quū Romę sedem suo sanguine tanto principatui statuisset vt in se factum a verbo diuino meminerat: sic moriturus ne grex pius pastore careret in successorem commissa reliquit Quo ordine in nostrum vsque ęuū successio tā mirāda deuenit. ¶ Adtamē postquā virus largitiōis magnificę Constantini Augusti p sacrā piorū congregatiōnē dispersā cęca cupidine corda cœpit inficere: honus quod/tamquam nō omnibus humeris portabile/nōnūquam ab aliquibus fugiebatur: vęsana pręsumtione ambiri adque occupari/& a nonnullis minus sancte teneri cœptū est. Et vt eo quandoque quo cœpimus veniamus: actū est. Vt Berengario Italis imperante Albertus eius filius/qui secum vna regnabat/ ob adfectiōnē patriā/quū terrę pęsset principibus/obediētiāq filii spūalibus ipetraret: sūmi pōtificatus in iusiurandū electores cogeret Agapeto Rōanorū pōtifice mortuo/ i locū eius Octauianū filiū electu os. Et factū ē. Ac ex Octauiano Ioānes pius nominatus: Cathedram piscatoris adscendit. Qui dum se patrem patrum/&

Christus nrō noie morti se exhibuit.

Potestas sūmo pontifici concessa.

Albertus berēgarii filius.

Ioānes duodecim⁹.

ante pedes suos supba flectere genua reges cerneret: ac amplissimo Piscatoris pri= monio iperaret. In tã grãdẽ ac detestabilẽ Vesaniã elatus ẽ. Vt arbitraret suũ esse/ cũctis leges idicere: seque legibus eẽ solutũ. Et ide spreta sacrosãcti officii grauitate/ seclusis a se piis hoibus/ cœpit vigilantiã pastoralẽ negligere. Et palã ipudicas mulieres/ Lenones/ adq̃ satellites itroducere. Ne ab eis differret/ qbus Deus hõ dixit iratus. Dom⁹ p̃ris mei/ dom⁹ orois ẽ. Vos aũt fecistis eã spelũcã latronũ. Arma tractare/ Tabernas & Lupanaria pscrutari/ spurcitiis & fabellis vacare/ aues & canes alere/ syluas petere/ venatiõibus isistere/ i montiũ vertices euolare. Et huiuscemõi nõ secularium tm̃ set scelestorũ hoim more cũcta pagere. ¶ O Petri Nauicula. Si te mergi sineret P̃r pius: quos i fluctus gubernator iste nefari⁹ te deduxit? Quibus ꝓcellis imiscuit? qbus in scopulis rupibusque cõstituit? Quantũ in eo fuit/ iter scyllã te caribdimque locauit. ¶ Dũ hic igit̃ cœnã mulierũ/ loco sacri collegii/ statuisset: & explicaret Piscatoris rhetia ceruis: ac mediis i aruis syluisque inter volatus auiũ/ cursusque canũ/ clamoresque venantiũ/ vino inflatus aut hesterna eructans crapula cũ satellitibus & meretriculis de iure litigantium/ sacrisque conficiẽdis differit. Et ꝓ mellitis suauiis in fornicibus dignitates presulatusque oscenis concederet: vt in eum præsumeret Fortuna/ permissum est. Nam quũ sæpius a sacris viris egre mores eius gerẽtibus/ redargutus/ obstinato aio suis in voluptatibus pseueraret: querelis tam cleri quã populi & Ioãnis Dyaconi Cardinalis manu Ioãnis subdyaconi scriptis Otho iperator ex Germania pcitus in Italiã veniens/ Berẽgario/ cui semel pepercerat/ expugnato captoque/ adque in Alemaniã misso/ catenis honusto/ & Alberto eius filio i Corsicã iam fugato: Romã direxit iter/ tanta/ si posset/ fœditate Dei sacrariũ purgaturus. ¶ Pontifex aũt egregius imemor forsan Dauid regẽ inclytum passũ/ & eo q̃d vir sanguineus esset ab edificatiõne tẽpli repulsũ/ quum Othonis nouisset aduentũ: & quorũ fuisset literis adcersitus/ Nõobstante flãmei pilei reuerentia/ nec sacrorũ que exercebãt officiorũ/ fecit nasũ Dyacono/ & subdyacono trũcari manũ. Et inde ꝓpinquante Augusto sui Cõscius Piscatoris sedẽ derelinquẽs aufugit. ¶ O miserũ hoiẽ. Quorsũ arbitrabat̃ similẽ reperire? Nõ in sinu legerat meretricũ: nec i syluis aut cœtu Hirconũ audierat: quos pellit De⁹/ hõ non reducit. Set quid? Eo quo merita deducebãt agẽte Deo fugiebat infœlix. Verum Otho congregato: sacro presulũ cõcilio/ auditis enormitatibus viri nefarii/ eumque noscẽs cũctis & potissimũ honoris viris exosum: cõcessa patribus libertate rogauit. Si is indignus/ inutilis/ & damnosus tanto videret̃ officio: eo deposito loco eius quẽ digniorẽ arbitrabant̃ eligerẽt. Nec mora/ illo dãnato Leonẽ nonum virũ sanctitate conspicuum: omniũ elegere consensu. Et sic qui culmen labefactauerat dignitatis i ignominie sterquilinium deiectus occubuit. Nam quũ discedente Othone a risu temerario rediisset: miserabiliter tñ omnibus odiosus in suis sceleribus diem clausit. Vtrum sibi ad superos dum licuit viam strauerit/ an descensum ad inferos/ ipse nouit. Priuatus tamen miserque moriens sepultus est Octauianus. Qui enormiter papa vixerat aliquando Ioannes.

Indigna põtifice facinora.

Otho imperator.

Pontificis vltio.

Benedictus quintus ioãne pulso ab romanis eligitur cui leo octauus ab othone surrogatur.

¶ CONCVRSVS Dolentium.

Erubebat animus in mollitiem & socordiã adque supercilium graue nostri Sæculi Pontificum scribere. Set memor sacris in literis aliqñ legisse. Nolite tangere christos meos. Vltro manum retraxi. Orans tñ vt is qui scrutator est cordiũ: videat/agatque/ né post libidinũ adque extortionũ exempla nefaria grex simplex/cuius ipe fuit redemtor & ꝑtiũ i Cruce libratũ piter & solutũ/ a semita veritatis exorbitãs/ p abrupta iiquitatis cõcidat i ꝓfundũ. Et hinc in ptẽ aliã flectẽs oculos Fortunã minaci vultu turmã amplissimorũ olim virorũ ꝑ se cogentẽ vidi. ¶ O quot ibi mœstos Põtifices/deiectos/pulsos/catenis vinctos/mutilos/adque cæsos aduerti? S3 actũ est. ¶ Erat iter hos tñ Carol⁹ Lotharigię Dux/ flebilibus verbis dãnans pfidiã Ascelini ꝑsulis Laudunẽ. Qua cũ vxore/sorore & filiis nocte captus/ & Hugoni Capeto aduersario pñtat⁹/& apđ Aurelianos carceri sit inclusus. ¶ Erat & Solomõ Hũgarorũ Rex. Vires Ladislai & Seicę/& Ignauiã suã dãnãs/eo qđ ob id regnũ illis territus fugiẽsq̃ liquisset. ¶ Erat & Petrus eiusdẽ Hũgarię Rex dolẽs qđ pulsus regno/& demũ suspect⁹ ad vltimũ captiuatus lũinibusq̃ priuatus & Calomani regnãtis iussu occisus sit. ¶ Erat & Lupoldus comes flens qđ ex maximo cũ omni sua familia paup & exul senuerit i syluis. ¶ Erat & Hernestus sueuię Dux se lachrymabilr adcusans/adque Fortunam: qđ Hẽrico ipatori vitrico suo regnũ conatus subripe/ab eodẽ pulsus/& syluas colere coactus/& i eisdẽ a fidelib⁹ iperii cęsus sit. ¶ Erat & Diogenes Cõstãtinopolitanorũ ipator/oli stillãte sanie ex cõcauitatib⁹ oculorũ sordidus. Et squallore obsit⁹ ꝑlimo/suas miserias igemiscens. Quas ego & si nõ oẽs pptas tñ scribẽdas adcepi.

Carolus francorum rex ab ascelino proditur.

Solomon & petr⁹ hũgariæ reges.

Lupold⁹ vel (vt alii) leopoldus

Hernestus

¶ De Diogene Rõano Constantinopolitanorũ Imperatore.

Diogenes cognomẽto Rõanus an Italus fuerit origie an grecus incertũ ẽ. Verũ a qbuscũque parẽtibus genitus sit: eousque illũ Fortũa pduxit: vt mortuo Cõstãtino/& ꝓ eo piuge ei⁹ regẽte ipiũ/eidẽ fuerit mrimonio copulat⁹. Et ide regiis decoratus isignibus: Cõstãtinopolitanorũ sit hitus ipator. ¶ Grãde qppe & egregiũ/quãuis futile deuenisset/iperiũ. Huic qdẽ quãtũ i adipiscẽdo splẽdore fortũa fauit: tm̃ i auferẽdo sæuissime aduersata ẽ. Nã quũ audisset Belzethemũ ex Turchomanis psarũ Regẽ Mesopotamiã oẽs occupasse & maxia armatoꝝ manu bellũ aduers⁹ Syriã & Asiã dirigẽre: defẽsur⁹ Antiochię ꝑncipatũ/ quẽ paulo añ Basili⁹ i ditionẽ redegerat: aduers⁹ psas copiis pgregatis expeditionẽ adsũsit. Et fact⁹ hostibus obuius/ab vtraque parte facta pugnãdi copia/descẽdit in aciẽ. In qua supatis cæsisque suis/nõ solũ victus s3 viuus captus/Regiq̃ victori pñtatus est. Qui elatus nimiũ/i Grecorũ ludibriũ statuit: vt quoties/Regis more/ cũ ꝓceribus solio insideret: Diogenes inductus/guttur sub altero pedum suorum calcandum subigeret. Et sic ingens pridie Diogenis gloria/plantis calcata persicis/ in caliginem resoluta contabuit. ¶ Haberem quid in illum dicerem si eum omnino Italum arbitrarer: & ni satis paulo ante in Valentinianũ Augustum æquo demersum fato/Iras etiam euomuissem meas. Adtamen satiata post tempus Victoris superbia/ Diogenes libertati restitutus/ spe forsan recuperandæ celsitudinis perditæ/ad suos rediens/Fortunam in alteram suã cladẽ noua tela excudisse comperit. Nam indignantes Græci tam deiectę sortis hominem sibi imperare/

Belzethem⁹

Diogenis captiui seruit⁹ abiectissiã.

Diogenes regno exigitur.

venienté cœpere:& priuauere luminibus. Eiusque in locum Michaelé priuignū eius erexere. Quibus áxiatus August⁹/cūctis exosus/post modicū miser occubuit.

¶ ADFLICTI quidam.

MORTALIVM quanta sit cęcitas/exinanita frequenter consilia monstrant. Quodquidem Robertus Northmanorū Rex/anxie me p̄sente deflebat. Nam seipsum adcusans aiebat Hierosolymitanū Diadema sibi tāquam benemerito apud Syros omniuз p̄cerum æquo consensu oblatū:stolide renuisse. Eo quod patrium regnum ad se spectans morte fratris audiisset Rege carere. Ad quod/iam a tertio fratre p̄occupatum/dū tenderet:ab eodē superatus/& captus/& quatuordecim annis in captiuitate detētus/& in eadem mortuus est. ¶ Aequo modo tertius querebatur Henricus. Qđ Romanorum imperator/dum filii subli matione suam augeri gloriam æstimaret: Illumque Regem Romanorū coronari cu rasset:hostem potentissimum adinuenit. A quo captus carceri intrusus & in eodē sit mori coactus. ¶ Cum his etiaз Ioscelinus Ioscelini filius Ragis olim princeps mœstissimus incedebat. Nec indigne. Nam dum vino adque libidini medias inter Barbaras natiōes iners vacaret:a sanguineo Alapiæ pricipe/eo absente capta Rages est. Et ipse quasi a sopno excitatus/serum iam captæ vrbi auxilium ducēs/a militibus interceptus Alapia obscuro in carcere positus / & a custodibus fere neglectus inedia sitique & infestantium vermium fastidiis inter compedes & vincula miserrimus animam exhalauit. ¶ Necnon & aderat Andronicus Constantinopolitanorū olim spectabilis Imperator. De quo/eo qđ illi quantū malitia adque crudelitas splendoris induxit:tantumdem caliginis Fortuna iustior maxima cum eius ignominia adtulit:iustum scribere arbitratus sum.

Robertus Northmāo/rum rex

Henricus Imperator.

Ioscelinus.

¶ De Andronico Constantinopolitanoꝝ Imperatore.



NDRonicus ex Nobili vetustorū Imperatorū Prosapia traxit originē. Hunc volunt aliqui Hemanuele Cōsobrino suo Imperante/ob incestū cum sorore habitū/cum eadem aufugisse timore Hemanuelis/ad Turchas. Et ibidem eo viuente mansisse. Alii vero dicunt seditiosissimum iuuenem & res nouas adsidue molienteз/carceri iussu Hemanuelis primo intrusū. Et ab eodem quum de se tractu temporis spem meliorem dedisset: exclusum: & ponto p̄positum. Tandem eo absente mortuo Hemanuele iam sene & Alexio paruulo filio Imperii successore relicto/alter adfinis venit Alexius. Qui non solum Pupilli curam set habenas Imperii adripiens/dum nimis seuere sese haberet i subditos:ab eisdē reuocatus Andronicus Seu cū exercitu Turcharū/seu a Pōto veniēs vrbē facile occupauit. Et iperāte iā Cęso dominii cupidus post Alexiū pupillū clā occisū & Sacco ipositū ac i mare deiectū/Mariā sororē suā vna cū Rainerio mōtis ferrati viro eius trūcidari præcepit. Et ide neminem quem posset adtingere ex regio sanguine præter Isacum quēdam seruans per vulnera sororuз/mortes/& sanguinē/ad culmen exāguis iperii truculētus adscēdit. Et(ne differret a iuuentute maturior ætas)confestim flagitiosorum hominum vt puta Parricidarū/Ganeonū/sacrilegorū/dānatorū/& huiuscemodi facinorosoꝝ hoiз cateruis stipatus/blāditiis/muneribus/minisque pudicas Matronaꝝ mentes in Libidinē suam flectere adortus est.

Andronicus vir ipr imis facinorosus.

Alexii pupilli cædes.

Andronici mores perditissimi.

Inde Monialiū claustra confringere: Virgines violare: Adulteriis icestare toros: viduarum pudicitiam maculare: & suis turpitudinibus cuncta fœdare. Et (quod longe turpius erat) sua cōcussa libidine seruis dehonestādas tradebat: quas ipe qua cūque arte in suam luxuriā ꝓuocauerat. Et sic oim sanctitate suis sceleribus inquinata: deuoluit efferatā mentis rabiē in rapinas. Et nil aut iiustis iudiciis/aut falsis tabulis/&(si aliter fieri nō poterat) violētia publica ciuibus relinquebat e bonis. ¶ Quibus irritasse Fortunā visus est. Nā quū postremo i Isacium cui pepercerat/ trucē aim iniecisset: fecissetque (vt ad se adcederet) adcersiri: actum est: vt ꝑsagiret Isachus sęuitiā aduocantis. Et Cęso nūtio ꝓsiluit i mediū: fidē ciuiū postulans: & Andronici turpitudines oēs adcusans. Quibus facile moti ciues in arma ruentes/ Isacho ad imperiū sublimato/ & ea ciuitatis pte i qua regii thesauri seruabāt/occupata: ex tēplo in Blaschernū pauitantem adque trementem Andronicū obsedere. Nec multo post eius suffragia supātes captiuū illū Isacho tradidere. Qui eo qđ in singulos ciues ignominiose peccasse videbat: excogitauit in eū supplicium/per quod satisfactum singulis videretur. Et Andronicū produci iussit in publicum. Et exutum regalibus/ & vno priuatū oculo/ Asinę versa i caudam facie ꝓcepit imponi. Et serto ex aleorū tricia capiti eius sup imposito/ sceptri loco/ Asinę caudā fecit eius manibus adligari. Iussitque tā conspicuū imperatorē p omnē patriā circūduci. Hac lege vt vnicuique liceret: qđ luberet in eū verbo & opere/ vita seruata. Et tandē vt ad meritū tā egregię dignitatis soliū deueniret: duci extra vrbē/ pactis circūitionibus imperauit. Et ibidē illū in patibulū laqueo sublimari. ¶ Sic igitur exornatus Andronicus/ carnificū circūstipatus caterua/ dū etiā p ignobiles vicos deducit: cōcurrente vndique plębe clamoribus i eius dedecus ꝑseuerātibus/ vbique suscipit. Et si luto/ sputis/ & stercoribus/ ab obuiis vndique peteret. A mulieribus vrinis spurcidis & rusco veteri e fenestris aspgebat infœlix. Donec eo miserrimus deueniret: vbi vita eius erat finiēda laqueo. Ibidem aūt plurimis nequeūtibus abstinere ciuibus/ lacessitus lapidibus semiuiuus vix tigno impedientibus saxis funiculo cōmendatus pendens: quod erat illi vitæ residuum terminauit. Nec odii/ & potissimum mulierū/ finis fuit in morte. Nam vbi a plurimis est excarnificatus vncis/ tantum potuere maleuolentiæ vires/ vt quod extortū fuerat: comederetur ab eis.

Andronic⁹ imperio deiicit isacho surrogato.

Ignominiosissimum Andronici supplicū.

Adtēde mulierum impietatem

¶ In Lasciuos & sęuos pauca.



O Stolidi Iuuenes & cęci i lasciuā cupidinē ducti. Velate tpa myrto. Cōplete cātibus ęthera. Diē celebrē exhilarate tripudiis. Exornate purpuris aulas. Odoribus respergite thalamos. Sternite mollibus lectos. Mensas deliciis honerate Et candidatū vrm Iouis optimi maximi veste cōspicuū sertis & floribus redimitū ex suis lasciuiis Andronicū triūphātē suscipite. Currus/ & exuuias vestrę dicate veneri. Et triūphi titulos æneis in tabulis figite/ ne facile tam ingentis glorię elabat memoria. Et legentibus posteris ad maiora aiositas excitet. Vosque extollite Animos impii. Exasperate corda. Nudate gladios. Capulis addite manus. Exenterate innocuos. Iter vestrum cadaueribus sternite. Pennasque ad sublimes volatus Humano sanguine glutinate. Postquam ad tam celsas sedes sæ

uitia deuexit Andronicũ. Qui/si satis aduertitis/eleuatus aerẽ calce ꝑmit. Et ventorum arbiter factus/eorũ frenat suo pondere impetus. Ac in altum ꝓtenso gutture speculatur sydera Et dum adloquitur forsan superos orat tigni robur augeri ne cadauer casu conquassetur alio. ¶ Cernitisne qd possit diuina iustitia? Quam æqua lance meritis penset supplicia? Aperite oculos miseri. Et sopitas aĩ vires excutite. Et adulteriorum aliorumque flagitiorum exitum in Andronicum ꝓspicite. Et timete. Si Phisiologis adhibẽda fides est: Leo si canum verbera contremiscit: Nos quid vermiculi/si ob sęuitiam/si ob Luxuriam suam/Imperatores a Throno regio in latronum patibulum vnco trahi turpiter cernimus: duriores erimus feris? Grãde qppe ꝑclarũque diuinæ idignationis exẽplũ adque potentię nobis ostensum est Clades Andronici/ dũ paululum veritati cedere libido patiaĩ/effrænis.

¶ INFORTunati Alii.

Isach⁹/quẽ Isacium angelum vocant alii/authore alexio filio luminibus ꝑuatur.



CVVM sordidatum pendentemque patibulo liquissem Andronicum Isachum vidi flẽtem qđ post successum deiectionis Andronici a fratre luminibus orbatus & priuatus Imperio sit. ¶ Sic & Alexius filius/tutoris inertiã querebatur: qua carceratus/& inde necatus extiterat. ¶ Post quos & Ismaelitę plures queruli veniebant. Quorum primus Caliphus Syracini damnabat perfidiã. Qua se Cęsum/regnoque priuatũ Aegyptio adserebat. ¶ Inde & Salethus Alapię & Damasci Soldanus/& vna cũ eo Cathebadinus execrabãtur ingratitudinem Saladini: qđ loco muneris militię sub se gestę eos ingenti dominio spoliasset. ¶ Necnon & Robertus Surrentinus capuæ olim princeps/muliebri ritu voce querula adfligebaĩ plurimum/qđ pricipatu/luminibus/& libertate/ aduerso Fortunę ictu priuatus sit. ¶ Cuius post tergũ Guilielmus tertius siculorum Rex/floridam ætatem suam regno luminibus adque virilitate priuatam deflebat. Cuius ego latius referre labores non incongruum ratus sum.

Alexi⁹ muzyphi siue Myrtili tutoris fraude necatur.

Syracinus vel vt alii Saracon


Caliphus qui & calipha.

Cathebadinus.

Saladinns

Robertus surrentinus

¶ De Guilielmo tertio Siculorum Rege.



SATIS ꝑ comperto habeĩ/a Roberto Guiscardo oliʒ Northmãno/seu/(vt aliis placet)a Rogerio fratre eius qui sibi armis regnũ Sicilię quæsiuere: Guilielmos manasse Reges. Quorũ quum sequũdus nullo hærede relicto clausisset diem: Tancredus ex Rogerio Rogerii primi Regis genito/filius Regnuʒ sibi tamquã hęrederitariũ occupauit. Verum aduersus hũc extemplo bellum exortum. Fuerat eidem Rogerio Regi primo filia cui nomen Cõstantia quę (prout adserũt aliqui) Virguncula deo seruire cupiẽs: vitam monasticam ꝑelegit. ¶ Alii vero dicunt qđ cum Ioacanes quidam Calaber ꝓphetico dotatus spiritu Rogerio ꝑdixisset: hanc regni desolationem futuram/Vt spes ꝓlis aufferretur: & inde regni desolatio/ab eodem inclusam monasterio extitisse. ¶ Hæc quidem ea tempestate iam senex opera æmulorum Tãcredi/Henrico Imperatori/summo dispensante Pontifice/in coniugem data est. Et regnum qđ ad eam spectare dece-

Tancredus

Constantia procurante cęlestino põtifice henrico imperatori filio fœderici nubit

bat eidem cum ea concessum. Quo veniente regnũ sumturo dotale/timentes incolæ Theutonicam seueritaté Tancredo fauere plurimum. Quamobrem longius quam arbitraretur bellum protractũ est. Adtamen eo instante/mortuo Tancredo/a fautoribus Guilielmus eius filius sublimatus est. Et rex etiam vocitatus. Qui potiorem regni partem tenens aduersus Henricum/qui maxima germanorum manu stipatus veniebat: terrestres naualesque adparatus collegit. ¶ Verum Henricus non immemor quamdiu frustra Neapolij obsedisset: Veritus ne diuturnę morę sumtus bellici deficerent: aut esset sociis tædiosum/ad ingeniũ versus/fraude qua plurimum Theutones valent/iuuenem Guilielmum in simulataȝ concordiam traxit. Ex qua dum plurimum confidentię sumeret: in Panhormo nil tale timens/cũ sororibus capitur. Et viuus p̃sentatur Henrico. Nec mora/Rege capto/Regnum omne capitur a Germanis. ¶ Henricus autem quum sæuisset in multos: iuuenem Regem exauctoratũ miserũ mœstumque vna cum Alteria & Constãtia & Madonia sororibus in Alemaniam captiuum mittit. Eumque priuatum oculis vt de iure hæreditatis futuræ litigandi subriperet causaȝ posteris: Eunuchum fieri iussit. Carcerique damnauit ppetuo. Et sic Guilielmus ex rege captiuus/ex deliciis natalis soli in carcere alieno sub cælo inter oscenas Barbarorũ immanium spurcitias lumine priuatus/& effœminatus longis fletibus querelisque fessam emisit animam.

Guilielmus turpissimo henrici dolo capitur.

¶ Gementes aliqui.



GVilielmo compatiebar adhuc. Et ecce adfuit Guido Lusignanus flens misere qđ opere Saladini Regno Hierosolymitano spoliatus / eo priuatus deductus sit. Vt Richardo Anglorum regi Insulam Cypron sibi reliquisque deiectis tãquam hospitale refugiuȝ postularet. ¶ Aequas fere lachrymas Ioannes Brénẽsis haud longe ab eo fũdebat. Perfidiã execrans Fœderici imperatoris generi sui. Qua regno Hierosolymitano exutus/priuatusque relictus ad pręfecturam militum in Galliam Cisalpinam deductus sit. ¶ Hinc & si multi esti essent alii/eminentior inter omnes adparuit Hẽricus Claudius Fœderici prędicti primogenitus. Qui exhausti virib⁹ effœto corpore & turpi gracilis macie palloreque respersus carcereo abundãtissimis cum lachrymis manicas compedesque rubigine turpes / pondere importabiles/& arctitudine exitiales monstrabat. Patrisque execrabatur sæuitiam. Cuius ego miseriaruȝ pius effectus vt pios alios facerem: paulo latius censui describendas.

Guido lusignanus quẽ plerique lusciãnũ vocãt

Ioannes Brennus

Henricus Claudius.

¶ De Henrico Romanorum Rege.



FAma satis vulgata est/quãuis idigne/orbis totius sueuorũ sanguinem esse nobilitate clarissimum. Quasi Cælũ mitioré Barbarorũ quam Italorum fibris succũ infuderit. O ridiculũ profecto. Ni in extraneum ab intentu diuerticulum flecterer: facile quam stolidi decipiantur circa hanc sanguinis Theutonici nobilitatem ostenderem. ¶ Ex hoc igit̃ tam illustri immo ferali sanguine Fœdericuȝ primum imperatorem Henricum genuisse constat. Qui ex Constantia sene sequundum genuit Fœdericum. Ex quo Henricus/cuius sermonem

Henricus i=perator con=stantia ara=gonũ regis filia & fœde rico sequũdo genitus.

iniuimus natus est. Qui quum esset auorum claritate cõspicuus: nec solum impe rialis Aulę & Regnorũ facta successione splendidus: set & pulcrą fratrum caterua st:patus filiorumque parens egregius/in tantum illi lętior adrisit Fortuna: vt iam dictis alio fulgore superaddito fœlicior videref. Nam ipe clara iuuentute florens ęq:ue sueuis & Ausonibus amabilis operãte patre a principibus Alemaniæ in Ro manorum Regem electus effulsit. Et sic tanto decoratus titulo iam vita durante se curus Augustalis eminẽtię quasi sol alter ex sublimi Cæsarea specula mundi prin cipibus adparebat. Set tam lætis initiis exitus longe alios inuida Fortuna parauit. Nam Fœdericus pr̃ ambitiosus nimium homo immemor qđ in vlnis summoruʒ Pontificũ educatus & eorum opera ad imperii apicẽ sublimatus sit: dũ spectantia iuri diuino inexplebilis occupare nititur: nec retrahitur monitus: nõ indignatio=nem tantum/ verũ & bellum exitiale in se suosque contraxit. Quo durante & eius excrescente nequitia/ Henricus ea modestia & humilitate qua debet vti filius erga patrem: eum sæpius ab obstinatione concepta retrahere conatus est. Et post hæc cum reuerentia salubribus etiam monitis increpare. Quibus commotus genitor be nemeritum filium tamquaʒ in eũ vna cũ ecclesia cõiurasset cœpit habere suspectũ. Et n= in eũ sęuire temere videref: adserente adcusatore testibusque subornatis/ qđ eo in Syriam transfretante sibi subripere regnum Siciliæ voluisset/ inauditum ob crimen læsę maiestatis damnauit. Et sic Henricus iniqui patris iussu captus cum duobus filiis paruulis ęque(vt creditum est)innocuis carcere clausus & catenis im plicitus victu tenui vt longiusculũ esset infortuniũ ad mortẽ vsque sustẽtatus est.

Fœderici i=pietas in hẽ ricũ filium.

¶ Volunt tamen alii eius q̃nque misertum patrem/ & dum vellet motu proprio se pium in filium demonstrare/ iussisse vt ad se duceretur infœlix. Quẽ dum sui incertum custodes ad patrem traherent: aiũt iam patris expertũ sæuitiam timuisse/ & ne in eum coram aliquid sęuius ageretur: vna cum equo cui insidebat vinctum sese ex ponte seu ex rupe dedisse p̄cipitem. Et sic miserrime expirasse.

¶ Adplaudit Auctor patriæ Pietati.



B euentu tam diro/ ac detestabili odio patris i filiũ lubet te quibus pos=sum laudibus in Cælum efferre paterna pietas. Qua ab initio sæculorũ factum est/ vt longęuus ordo naturæ tam pulcrum diuinę benignitatis opus in nos vsque perseueratum sit. Te quippe agente anxii vincuntur labores. Quoruʒ opera nascentium educatur: seruaf & tutatur infantia. Nutritur & seruaf pueritia. Adolescentia castigatur. Et instruitur documentis. Iuuentus tollitur pari=ter & frænatur. Et ætas prouecta in maturitatem vsque maxima cum difficultate p̄=ducitur. Te agente dum intelligentes parentes habemus/ efficitur: vt grati senibus volentes humeros submittamus. Et beneficiorum susceptorum memores/ vices etiam posteritati reddamus. Quę si quandoque paululũ cesses: illico armati securi=bus Bruti/ Manlii/ Cassiique cõsurgunt. Philippi/ Herodes/ adque Fœderici fu riis infernalibus agitati in Humani Generis desolationem prorumpentes adue=niunt. Adsis ergo opportunissima rerum. Et efferata corda mitigans/ dum patres

Pietatis p̄=nę commen datio.

facis mites in filios/opus tam admirabile & ab initio diuina manu compositum ad æterni Regis laudes in perpetuum vsque conserues. In hos vero qui tam obstinata sæuitia te ignorant: vti fecisse legimus Fœdericum: insurgat tellus. Armetur humanum genus. Et Deus de super fulmina vibret. Vt vna cum suo nomine deleantur. Et qui venturi sunt terrefacti tam acri iudicio mansuescant.

¶ REVOLuti quidam.

PERSCRVTABAR post hæc animo mentem patris imperantis in mortem tam egregii filii. Vt cernerem nũquid tam potẽs fuit obdurata nequitia: vt nõ vnam saltem lachrymam dare mortuo permisisset. Et ecce ipsum Fœdericum senem flentemque tã ingratitudinem suam in venerabilem adque sacrosanctam Ecclesiam/quam sæuitiam in filium execrantemque Manfredi nequitiam qua ante diem se in mortem compulsum ferebat: venientẽ vidi. Aedepol dum illum intuerer. Panxillum sedata compassio est quã de Henrico gerebã. ¶ Inde & Manfredus insuper incedebat/& se perfidia Apulorum Regno ac vita priuatum: mœstissimus adserebat. ¶ Sic & frater eius Eutsius olim Sardiniæ Rex longum Bononiensium carcerem querebatur. ¶ Sequebatur/& Fœdericus Regis Castellæ filius. Et se longa adque mercenaria militia fatigatum & postremo inia Cæsum turpiter adserebat. ¶ Post hos & Maumethes Persarũ rex suum infortunium flebat misere. Qđ ab Argone quem carceratum occidi pceperat: sibi regnum suum cum vita sustractum sit. ¶ Quos omnes Carolus rex olim Hierosolymorum & Siciliẹ sequebaĩ. Non quidem depressa fronte aut ore lachrymis madido seu lugubri veste contectus. Quinimmo vultu retentæ fortitudinis insigni. Et incessu quodam elato. Quasi ruinas aduersantis Fortunæ spiritu calcaret ingenti. Cui quũ multitudo illico strepentium cessisset: agnoui vt saltem semiplene describerem eius gloriam et ærumnas/locum esse concessum.

Fœdericus a Manfredo ex Ancilla filio suffocat° est.

Manfredus

Eutsius a bononiẽsibus cæditur.

¶ De CAROLO Siculorum Rege.

Franci laudantur.

FRANCORVM inclyti Reges & claritate sanguinis & venustate morum ac gestorum magnificentia iam diu inter occiduos Principes non aliter quã solis iubar inter sydera effulsere. Ex quibus magnanimus Carolus cuius inituri historiam sumus Lodouici Regis genitus/traxit originem. Cui quum & Lodouicus. Rex frater esset/neciam posset Christiani gregis pastor vlterius perpeti Manfredi Siciliæ Regis fastidia: ab eodẽ Vrbano ad Manfredi insolentiam reprimendam & ad suscipiendum regni Ausoniæ Diadema præ cæteris orbis principibus inuitatus est: quum comes esset Andegauensis: qui tam Lodouici Regis fratris sui Quam cæterorum regni procerum suasionibus animatus ingenti pectore: & si longinqua ac laboriosa plurimum videretur. Belli tam egregii expeditionẽ adsumsit. Paratisque tã magno cœtui opportunis cõmissa Copiarum parte Guidoni comitis monti fortis: terrestre illi iter iniũxit. Ipse cum reliqua

naues conscendens: prospero/ac pari euentu ambo Romam volatu celeri deuenere. Nam nec is/quũ omnis Ligusticus sinus nauiũ Mãfredi ad impediendum iter preoccupatus esset: resistentię quidquã suscepit. Nec ille superato Alpium vertice & inter confragosa loca Gallię/vrbesque militum Manfredi refertas iter agens: a quoquã ꝑpeditus est. Romę auté/postulantibus Romanis/vrbis Senator dictus/ A Clęmente Pontifice summo Rex Sicilię coronatus/& si tempus assiduis imbribus & niuibus igenti gelu concretis videretur aduersuꝫ: in moré icti fulminis ꝓcessit in hostem. Et præter spem oim/apud Ceperanum Campaniæ vicuꝫ intrauit cũ omnibus copiis hostile regnũ/inde egregio suorũ opere deiectis pugna Manfredi ꝓsidiis Cassinũ opidũ occupauit. Hinc in regni viscera sese ferens/Beneuentum vsque peruenit. Ex quo Manfredus fere repentino eius aduentu circũuẽtus. Cum omnibus copiis exiliés quũ vix illi çibi suméndi spatium cõcessisset. Facta pugnandi copia suos eduxit in aciem: Qui confestim/nõ aliter quã si sibi foret oblata victoria/lętus suos exhortans in certamen eduxit. Actumque est seu virtute suorum seu hostiũ ignauia/vt Cęso exercitu adque Manfredo/victor euaderet. Qua victoria ingenti pręda ditatus & regno potitus est. Nam cõcursu vndique a regnicolis facto: fere omnes in ditioné venere. Et/si qui forsan pauci remãsere rebelles: labore minimo superati: cũ reliquis obediẽtes effecti sũt. ¶ Cæterũ nõ satis adhuc vbique rebus compositis/quod nuper itulerat alteri bellum sibi repẽte illatũ est. Nam Corradinus Corradini Regis olim filius: quem occidisse arbitrabatur Manfredus/iam adultus patriũ regnum recupaturus maxima cum germanorum manu Romanis etiã fauentibus & Hérico eorũ Senatore Castellę regis filio regni fines vsque peruenit. In qué quũ aduerteret aios incolarum flecti/& nonnullas ciuitates iam in partes eius diuertisse/cõgregatis confestim vndique viribus ante quam ad intrinseca regni penetraret: illi factus est obuius eo in loco qui vulgo dicit Taglia coco. Et ibi iita pugna magis Alardi senis arte quã suo robore victor effectus est. Deide Corradinus fugiés Siciliã petiturus cũ aliquibus ex primatibus suis capit. & ad eum retrahitur viuus. Quem ipse/vt ois spes auferretur suis/nõ absque infamię nota iussit occidi. Et post hæc qui ab eo desciuerant in ditionem mira sunt celeritate redacti. Et sic pace pariter & securitate patrata/Gloriosus iter cæteros Reges emicuit. ¶ Verum huic & alios superaddidit prodiga Fortuna splendores. Nam in spé Regni Hũgarię Carolo Claudo filio eius Maria Stephani Regis vnica filia coniugio iuncta est. Philippo secundo filio Achaye Principissa. Inde litigantibus Hugone Rege Cypri & Maria de Iure Regni Hierosolymitani: vt eius tempora secundo Diademate ornarentur: agente Sacerdotũ Pontifice eidem Hierosolymæ Regnum concessum est. Cuius quod incolebant Christicolæ: possedit omne. Hic a Lodouico fratre Regibusque aliis pluribus moto in ægyptios bello/ Carthago olim potentissima ciuitas & quidquid ab eisdem in litore Aphrico captũ est qđ iuris Siculorum regnũ quandoque fuisse cõpertũ erat/tributarium illi factũ est vna cum Rege Tunichii agareno. ¶ Sic igitur honoribus multis in vnuꝫ coniectis dum celso sederet solio/& assiduis successibus videretur stabilem sibi fundasse Fortunam: sinistro agẽte sydere in contrariũ repente versa sunt omnia.

Carolus deuicto Manfredo siciliã occupat.

Caroli de Corradino victoria.

Nam illi primo Philippus/opinione quorūdam/veneno subtractus est. Nulla superstite ple. Futurorum quippe triste psagium. Hinc Fabricante Fortuna dolos tam Auaritia quā Luxuria suorū/siculis grauissimus factus/egit: vt violatā coniugis pudicitiā Ioannes de Prochita/nobilis & astutissimus vir adeo ægre ferret: vt ad commune votū vires omnes ingenii excitaret. Nec minori labore quā sagacitate per bienniū hinc inde discurrens incognitus/optimatum Siciliæ animos/imperatoris Cōstantinopolitani/Petri Arragonū Regis Nicolai Pontificis Maximi in eādem deduxit sententiā. Et ex composito/die eadē irritato apud Panhormū tumultu: omnis Insula in Gallos cōmota omnes ad vnum vsque peremit. Et ne aliquod ex eis vestigium superesset: exenteratæ prægnantes/& paruuli saxis illisi sunt. Exinde Petrus cum ingenti classe vocatus adueniēs: omnem sibi insulam occupauit. Quod audiens Carolus iā de Fortuna desperans: orauit (vt aiunt) si cadē dum erat: in descensum passu traheret paruo. ¶ Perdita igitur Insula ex tēplo & Barbari Regis vectigal illi sublatum est. Et: quod fere monstrū videtur: quum ingentes sæpius in hostem Regem adparatus duxisset/continue frustratus abcessit. His insuper instantibus malis/portio Hierosolymitani regni quam possederat/Pulsis Christicolis omnis ab ægyptiis occupata est. Postremo quum vires excitasset omnes: & a Galliis cum classe maxima i hostes iturus veniret: Neapoli iam propinquus audiuit Carolum Claudum cū ingenti suorū numero nauali pugna a Rogerio siculæ classis præfecto superatum adque detentum. Et calabrorū opida multa ad siculos defecisse. Et Neapoliā fere seditioso tumultu deperditā. Quibus adeo perculsus est: vt mortem precatus sit. ¶ Tandem opportunitate cogēte missa Brundusium classe/quum adflictam animā reuocasset in vires: Neapolim veniēs & motu quorūdam pernicie sedato ad classem sese contulit. Ibidē vero autumno instante quum ob pœnuriā opportunitatū se incassum diu apud Gallias laborasse cognosceret: adflictus apud Fogiā Apuliæ opidum ægritudinem incidit. Et lacessitam laboribus vitam (Vt nonnulli adserunt) volens: omnia linquens i pendulo/terminauit. Et sic Rex ingens/tot victoriis inclytus/cui tria regna parebāt: vnius portiūcula quam solā Fortuna senescenti reliquerat: captiuo filio derelicta/ex amplissimo iuuentutis fulgore: senex fere decessit inglorius.

Galli ob suā libidinē oēs ad vnū i sicilia necantur.

Carolus claudus ab rogerio capitur.

Caroli exit⁹

¶ INFOR Tunati quidam.

ADTONITVS Magnanimi Regis decliuū callem spectabam adhuc: quum venientem Hugolinum Pisarū comitem vidi: amplissimo fletu ciuium suorum sæuitiam ac inediam qua cum filiis perierat deflentem. ¶ Sic & Aytenam Armeniæ Regē/post lōgum in Tartaros iter & multa Christiano nomini cōmoda impetrata/a Sabath fratre regno oculisque priuatum: & inde a Tartaro principe cū nepote & omni familia trucidatum querentem audiui. Inde Sabath reor volēte Deo/vt quod egerat in alterū pateretur & ipse. Nam fratris opera/Regno se pulsum carcerique clausum querebatur. ¶ His immistus erat Bonifacius Papa Columnensiū temerarios ausus deflēs. Manusque suas rabido

Hugolinus dux pisan⁹.

Aytenā rex armeniæ.

Sabath:

Bonifacius papa.

morsu lacerans/quem/quū ex eo nil ausim/liqui. ¶Hinc me volentē confestim subtraxit Iacobus olim templariorum magister egregius. Qui quum ingenti fletu suas enumeraret ęrumnas/egit: vt alio tēdens Parisius iter deflecterē & eius calamitates describerem.

¶De IACOBO Magistro Templariorum.

Ordinis tēplariorum origo.



IVNT Veteres post subactum a Gothifredo clarissimo Lotharingiæ duce Hierosolymitinanum regnū: quosdam pios homines & militari disciplina conspicuos/eo qđ peregrinos veneranda loca deuotione visitantes/Turcharum incursionibus & latrociniis cernerent infestari: Deo suā militiam deuouisse. Et apud Hierosolymam cōmorantes: peregrinantibus vltro sua subsidia impendebant. ¶His primo & numerus paruus/& voluntaria paupertas/& Magister vnus/& habitato in porticibus templi fuit. Ex qua etiam sortiti sunt cognomen. Successu temporis/quū plurimi pio operi adhærerēt: ab Honorio Pontifice sūmo vitæ regula/& pallium albū pro habitu concessum est. Cui pallio postmodum ab Eugenio successore rubra Crux superaddita/cui militarent clarius prębuit argumentum. ¶Sane dū penes eos paupertas nouerca Libidinum viguit: militia/votum/& viuendi exhibita norma/optime obseruata illos fecere sanctitate florentes. Adtamen dum pio operi vndique Christianorū opes adfluēter opē adferrent: sensim subintrare delicię adque libidines icœpere. Et vti a principio relictis perituris diuitiis homines sacrum honus subibant: sic in ꝓcessu quasi ad paratos thesauros cœperūt ipatiētes inopiæ euolare. Inde castris vrbibus & populis imperare. Sibi quietē/seruis bella committere. Et militię magistratum honeris olim officium in honorem potentissimum sublimare. Nec dubiū. Quantuȝ augebatur potentia: tantum minuebatur & sanctitas.

auaritia & luxus tēplarios ꝑdiderūt.

Quibus sic in decliuum a virtute labentibus/Iacobus de quo sermo futurus est/Burgundus origine/& ex dominis Molay genitus. Ingētis animi iuuenis quū lege Gallica filio natu maiori cessissent omnes patriæ dignitates: pauper effectus/excussurus iam imperantis fratris iugum/vt aliquando ad maiora posset extolli: ad pręparatū refugium scilicet tēplariorū militiā sese cōtulit. In q̄ ꝓfectus ꝓratui ditissimo ꝓseuerās moriēte magistro interuētu pricipū ab his quorū iuris erat i magistrū sublimatus emicuit. non paruū quidē habuit splendoris isigne. ¶Tā fulgido igitur in fastigio sanxit Fortuna pluriuȝ ruina huius saturare liuores. Actumque est vt Philippi Francorū Regis/cuius filium ex sacro fonte susceperat: indignationē incurreret: & ob Auaritiam arbitratum est eūdem Philippū non solum in Iacobum verū in omnem militarem ordinē conspirasse. Quare eo vētum est: vt permittēte Clęmente pontifice summo templariorum primates omnes vna & eadeȝ die; Philippi iussu per omne eius regum capti detinerentur vna cum Iacobo ordinis tam ingentis magistro. Et inde pręsidiis regiis occupata opida/thesauri/ornatus omnes cum omni supellectili in regiam potestateȝ redacti. captiuique demum deducti Parisius. Quibus diu seruatis in vinculis quum varia & oscena obiecta essent: & frustra cuncta negantibus pro salute sua suasiones adpositæ; adserentibusque si iusti iudicis daretur

Templarii a gentes: hierosolymis/ ꝑpterea qđ ad sarracenos defecerant/primū a christianis in syria cæsi sunt. vn̄ sequuta ē eoꝝ clades qui erāt in gallia. quoꝝ: for

tunas & possessiones partim rhodiis parti aliis religiosis philippus francorū rex dono dedit. Vidæ igitur sint ne hęc ob auariciā philippi gesta.

copia se contrarium probaturos. Rex irritatus exarsit. Iussitque quod blanditiis extorqueri non poterat: exigeretur tormentis. Quibus ingestis in cassum/ magistro cum tribus sociis reseruato / cæteri si in proposito perseuerent damnati incendio coram deducti sunt. Erat omnibus vt sanguinis claritas/sic & ætas florida / & robur animi inconcussum. Verum quum singuli essent palis singulis adligati: & circum lignorum strues adposita: Et ante oculos staret ignis & carnifex:& voce preconis foret confitenti promissa salus adque libertas: nemini ex omnibus ab amicis & necessariis flentibus orantibusque persuaderi potuit: vt irato cederent Regi. Et confessione sua suæ parcerent vitæ / potius quam tam obstinante in suam irent perniciem. ¶ Verum quum vnanimes sæpe dicta firmarent cœpere tortores vni & reliquis admouere ignem Et inde paulatim adscendendo / per omne corpus deducere. Quod quanto cruciatu paterentur miseri: voces immo mugitus ostendebant adstantibus facile. In quibus se veros Christianos aiebant. Et sanctissimam eorum esse ac fuisse religionem. Et sic omne corpus exuri adque consumi vsque ad exhalationem spiritus permisere. Nec vnus a tam constanti proposito / cruciatu / potuit separari. Dicerem eos tam perseueranti fortitudine Auari Regis vicisse perfidiam. Ni eo/ moriendo / tetendissent quo eius adpetitus inexplebilis cupiebat. Esto non minor gloria fuerit / si recto præeligentes iudicio / inter tormenta potius deficere: quam aduersus veritatem dicere maluerint: aut iuste quæsitam famam turpissimi sceleris confessione maculare. ¶ HAEC igitur in deiectum IACOBVM prima fuere Fortunæ iacula. Qui quum tædio diuturni carceris esset adtritus: LVGDVNVM deductus / & exhortationibus variis suasus / quædam ex oppositis CLAEMENTI Pontifici Summo confessus est. Quamobrem retractus PARISIOS dum coram duobus Legatis ex latere & Rege sententia legeretur: per quam & sua liberatio & ordinis sui damnatio adparebat: ipse cum vno ex sociis/qui Delphini Viennẽsis frater erat/petiit alta voce silentium. Quo concesso se mori dignum protestatus est. Non quod vnquam quæ legebantur / perpetrasset. Verum quia Regis & Summi Pontificis suasionibus seduci se / vt ea confiteretur in proditionem sui ordinis / permisisset. ¶ Hinc acris in deletionem Templariorum sententia subsequuta.

Templarii publico incendio absumuntur.

¶ Et IACOBVS cum fratre Delphini / reliquis duobus in detestabilem vitam relictis / ad supplicium illatum cæteris deductus est. Quod ambo / Rege spectante / intrepide & constanter subiere. Nil aliud/ quousque illis ingentes spiritus suffecere/quam qui dudum occubuere: testantes. Vt aiebat BOCCACIVS Vir honestus & genitor meus. Qui se his testabatur interfuisse rebus. Et sic qui pridie suo fulgore Regis tam magni inuidiam vitare potuit: ictu Fortunæ atrocissimo factus cinis in compassionem sui miseros etiam prouocauit.

Extremum Iacobi supplicium.

¶ AVCTOR PATIENTIAM COMMENDAT: Et ad EAM SVMMO Studio amplexandam Inuitat VNVMQVEMQVE.·.

Theodorus animo constantissimo pertulit diros Hieronymi Syracusanorum tyranni crucia tus.
Mutius Scæuola.



HEODORVM SyRACVSANVM Extollit Antiquitas. Et admiratur Græcia ANAXARCHVM Philosophum. Sic & suum SCAEVOLAM miris laudibus celebrem Roma facit. Eo quod constanti pectore alter HIERONyMI sententia & eadem crudelissima/ candenteis eculeorum laminas extinxerit humore corporeo. Ille quod NICOCREONTIS flagitiosissimi Cypriorum Tyranni fatigatis tortoribus abscissa & commanducata dentibus lingua ora furore patentia fœdauerit. Et alius quod ob errorem non occisi PORSENNAE Regis Ethruscorum flammis manũ exurendam omni semota formidine tradiderit. Grandia quippe hæc & admiratione dignissima sunt. Et discholis etiam vix credenda. Set adsint quæso qui hos sacra quadam facundia posteritati etiam celebres reliquere. Et hinc suos/ inde nostrum palis adligatum agmen adtentioribus oculis inspiciant Et videant quam illorum ridiculus vetus stupor sit: si nostrorum nouissimo comparetur. Prisci quippe nec vno sub iudice/ nec eodem sęculo / & distanti inter se terrarum tractu / pro diuinæ Philosophiæ seu frugalitatis laribus / doctrina multiiuga laboribusque frequentissimis durati in supplicium venere tracti.

Anaxarch⁹ Nicocreōtis poenas mira vicit patientia.

Nostri secus. Nam iis dies/ locus/ iudex & carnifex idem. Et ex quadam(vt ita loquar) mollitiei adque deliciarum omnifariamque voluptatum officina / tormenta & carceres vna subiere. Et inde defatigatis eculeis/ & cruciatoribus(quod vix credibile est) superatis / gregatim extremum ignis incendium animo quidem constantissimo pertulere. Inter hostes illi aduersum se in gratiam Tyrannorum ferociter clamitantes certatimque probra iactitantes: inter amicos & consanguineos isti / audientes hinc præconem vociferantem / & salutem confitentibus pollicentem: & inde lachrymis adque precibus ne obstinata nimis perseuerantia in suam irent perniciem: pro viribus suadentem. Et tandem concremati ignibusque in nihilum redacti animam efflauere incredibili torturarum dolore quasi iacentem & enectam. Quum suam vitam sua (quod dicitur) in manu haberent. Vt pote qui sola criminis confessione liberari poterant. Quod nullis ante sæculis auditum est: & potissimum quemquam pertulisse volentem. Quid inquient/de patientia suppliciorum veterum mirabundi: si portentosam nostrorum tolerantiam inspexerint? Nil habent me hercle quod tantopere mirentur. Quinimmo vnde in nostris obstupeant / & vix verum arbitrentur/ ni viderint/ mirabile super extat. Potest profecto vnus in suo secum proposito inuictus & obstinate persistere. Set cernere numero sex supra sexaginta homines non eodem sub cælo genitos / non eisdem moribus educatos / non eruditos doctrinis/ non præuisos/ & ex composito structos/ non vno inclusos carcere/ nec in aliquo

nisi in professione conformes/adeo in constantia conuenisse: vt non vi cruciatus aut imminentis mortis terrore discrepantem a cæteris vel vnum fuisse constet/in tam grande monstrum excedit: vt auferatur facile fides verbis. Nec dubium. Sola illos veritas fecit vnanimss ¶O INCLyta Virtus. Et cæterarum inconcussa basis. Tu regnorum iacturas indefesso robore calcas. Indignationum procellosos impetus sacra immobilitate repellis. Parentum lachrymas in natorum funere comprimis. Paupertatis honera duratis in callum humeris perfers. Nil tibi laboriosum. Nil importabile. Nil penitus durum/aut difficile. Quinimmo tantę es efficaciæ: vt inter vermes IOBVM/STEPHANVM inter saxa/& inter carbones ignitos LAVRENTIVM (vt de cæteris taceam) non solũ fortes: set summo quoque Regi acceptissimos reddideris. Ite igitur in hãc mortales. Et eam regibus & seruis æque liberalem totis amplexate viribus. Eiusque opera & auxilio intrepidi quascumque superate fortunas. Et in morem eius pedes infigite. Ne more frondium ventorum flatibus agitati & tandem in risum intuentium per inane deuecti/in Cloacas quiescente spiritu decidatis. Discite monitis eius virile robur adsumere. Et leuitatem fœmineam dedignari. Vt si casus adferat a fortissimo templariorum agmine vestrarum mentium grauitas non diuertat.

Plurima tẽpariis tribuuntur merito necne viderit boccacius.

¶NVMEROSA Querulorum TVRBA.

IGNES FERVIDOS/flammasque in Cælum furentes/& fumantia Templariorum corpora/& vix dum ossa perusta/sparsosque ventis cineres non absque cordis compunctione contemplabar adhuc: quũ longe solito maior adfuit Turba dolentium O quot heroas: Quot insignes duces: Quot aut euersos/aut lacessitos principes vidi? Quam explorata mihi facta est ingens illa & incredibilis Fortunæ potestas: Qua & sæpenumero virtutum amantissimi premuntur immerito adque deiiciuntur: & perditissimus quisque nil præter scelera curans in supremũ glorię & honoris culmen euehitur? Erat inter alios ab apro deiectus inter opaca Nemorum Francorum Rex: tam exitum suum quam damna adque dedecora a Flandrensibus suscepta deplorans. Et cum eo tres pariter filii execrantes immaturas mortes & vxorum adulteria/incedebant. Sic & CAROLVS Tarentini principis filius non se eo in bello præcipitatum adque confossum/in quo præstans Florẽtinis obsequium pugnauerat/querebatur: set quod ob perpetuum dedecus Inclyti Francorum Regũ sanguinis PISANVS vnus suo cadaueri insidẽs imo pedibus calcãs militia insignitus sit: ægre ferebat. Et PETRVS CAROLI Claudi Regis filius quod hostium gladios effugisset: iter quos egregie mori poterat: vt ignominiose paludibus mergeretur/ingemiscebat. Set quid talibus insto? Quum nec numero dolentium finis adpareret: & venientem cernerem clarissimum virum & amplissimis laudibus extollendũ ALIGERIVM Poetã insignẽ. Cuius quãprimũ reuerẽdã faciem adque conspicua patientia refulgentem adspexi: surrexi illico. Et obuius factus/dixi.

Hæc de philippo pulcro eiusq; filijs intelligẽda crediderim set eũ cõstat nõ ab apro vt ait boccacius deiectũ

Dantes florẽtinus poeta.

Quid ciuitatis nostræ decus eximium has inter lachrymas dolentium/merito spectabilis mansuetudine veteri/gradum trahis? Esset ne tibi mens vt post patrium clarum genus tuum/ & opera memoratu dignissima/furiosam ingratæ patriæ repulsam/laboriosam fugam/longum exilium/ & postremo cælo sub alieno te clausisse diem describerem? Scis pater optime quod tenues tanto honeri mihi vires sunt. Cui ille. Siste fili mi/tam effluenter in laudes meas effundere verba. Et te tam parcum tuarum ostendere. Noui ingenium tuum. Et quid merear noui. ❡ VERum non ille mihi nunc animus/quem tu reris. Nec tamquam a Fortuna victus vt describar aduenio. Set fastidiens ciuium nostrorum socordiam ne illatorem perpetui eorum dedecoris præterires ostensurus adcessi. Ecce igitur vide post tergum sequentem me domesticam pestem & inexpiabilem FLORENTINO Nomini labem. Hunc moresque eius & casum/si quid mihi debes/describas volo. Vt pateat posteris quos expellant: quosque suscipiant ciues tui. Responsurus eram: set iam ab oculis abierat. Et præmonstratum lento gradu venientem aduerti. Nouique eum GALTERIVM Ducem olim Athenarum exitialem Florentinorum Tyrannum. Quiquidem demissa fronte/ deiectis in terram oculis/lugubri facie/adeo remisso animo/ & exhausto vigore querulus incedebat: vt non eum dicas quem videras: ❡ O QVAM mutatus ab illo/qui primus ausus est dolo liberas FLORentinorum calcare ceruices? Set effusius in eum agendum est.

❡ De GALTERIO Athenarum DVCE.

GALTERIVS ATHENARVM DVX/ Cuius texturi sumus Historiam/si maiores eius intueamur: qui origine fuere Gallis: satis claritate sanguinis conspicuus fuit. Esto degener morum. Et quum vetus esset eis Brennę comitatus insigne: Athenarum ducatus titulum/ quo pacto nescio/sibi etiam quæsiuere. Cuius dum possessionem GALTERII Genitor armis exposceret: ab hostibus captus/capite mulctatus occubuit. Et is dum maximo bellicosorum nobilium adparatu patrem conatur vlcisci: græca fraude lusus vnicum perdidit filium. Quibus agitatus curis/dum hos illosque solicitat principes: & cum CATHARINA Imperatrice Constantinopolitana in vindictam susceptorum dedecorum apud NEAPOLIM Campaniæ multa pertractat: actum est/ vt obsideretur LVCA Ciuitas a PISanis. Quam paulo ante maximo auri pondere persoluto seu promisso suæ ditionis fecerant Florentini. Quamobrem ad liberandam obsidione sociam ciuitatem collectis a Florentinis vndique viribus itum est. Et clade suscepta paucis interpositis mensibus iterum fracti reparauere vires. Et facta longe lateque sequūdi certaminis fama/quum plurimi ardore belli hinc inde robusti iuuenes conuenissent: sic & GALTERIVS omissis cæteris conscio fere nemine peregrinationem fingens cum paucis citato gressu a NEAPOLI sese Florentiam contulit. Et confestim

Luca thuscorum ciuitas.

Galterius neapoli florentiam venit.

concessit in castra. Verum quum nil ex tam longinquo veniens memoratu dignum egisset: LVCA Pisanis tradita/ Florentiam sese retulit. Et quum iam plurimum dicta clade & importabilibus sumtibus Florentinorum essent adtritæ vires: frequenti Senatu pro salute publica inere consilium: vt instructo bellorum viro qui & seditiones ciuium & hostium impetus coerceret ampla cum licentia daretur Imperium. Quod post multa huic tamquam spectatæ fidei amico Legibus limitatum concessum est. Nec a principio fecisse pœnituit. Sane quum iamdudum importabilis rabies quorumdam potentum ciuium / quos veteres dixere magnates / in id reliquam multitudinem mercimoniis seu artibus vacantem coegisset: vt in se leges acerrimas diceret: & omnem Reipublicæ subriperet magistratum: tentatumque frustra ab eisdem sæpius illas fuisset infringere: & ob id tamquam iniuria pressi continue in suã perfidiam vigilarent: quum pro votis tempus videretur ad dissoluendas leges oblatum: eo quod in primores ob male rem gestam odium cernerent vulgi: & omnes pariter ciues ob grauissimas pecuniarum exactiones querulos & ratione suscepti conflictus pauidos adque diffidentes / & (quod longe plus illis adferebat spei) habere in ciuitate suetum dominii cupidumque hominem: quem penes foret omnis publicorum armorum potentia: dare rei operam solertes disposuere. Et ignauiter eligentes potius exteri hominis Tyrannidem / quam ignorabant: quam Ciuilium Legum / quarum consuetudinem nouerant / iugum perferre: minus de se confidentes sibi ciues alieno obligatos æri iunxere. Quorum ea tempestate ingens erat copia. Qui / vt eis amplior redimendi temporis esset licentia: auditis consiliis tam nefando cœpto faciles consensere. Nec mora. Quum satis sibi virium arbitrarentur apud iniquum hominem FLORENTINAE libertati tam veteribus quam nouis honoribus obligatum / de subigenda ciuitate eius dominio habuere sermonem. Qui honestate sua adque fide postposita / sęua regni cupidine tractus infaustas prębens aures cernensque si animus esset / non defuturum verbis effectum: ne armis tentaret quod gradatim incedens per dolum obtinere posse arbitratus est: firmatis cæteris fide Rempublicam gubernantibus/inquit / se ardua quædam imminentia non satis posse pro commodo publico perficere: Ni sibi amplius concederetur arbitrium. Quod postquam concessum est: ne frustra petiisse videretur: in quosdam desęuit ciues / quos pati posse percipiens impulsu malignantium percitus exitium magistratibus imminere testatus est: ni maius sibi Imperium præstaretur. Obstupuere primates. Seraque animaduersione senserunt quorsum tenderet illa petitio. Nam litorum pręfectus nomine RAyNERIVS Cui magistratus salutem suam populique FLORENTINI rẽ omnem commiserãt: noctu ciuitatem Satellitibus intromissis in subsidium scansuri Tyranni magnatum domos omnes compleuerat. Quamobrem quæsitum negare nequeuntes / qua potuere sagacitate / conati sunt ducis frænare nequitiam: secum vna conuenientes vt annua illi potestas omnis esset in ciues. Ipse vero anno transacto eos in sua liber:

Galterio dant florentini suæ vrbis imperiũ.

Galteri⁹ ad rempublicã occupandã animũ adiicit.

tate dimissuros super verum CHRISTI Corpus iuramento firmauit. Inde praeconis voce in concionem vocatis ciuibus / factoque omnium concursu / in publicum sedentibus iam pro foribus Palatii publici magistratibus / ecce praemissis armatorum equitum turmis peditumque agminibus dum ab eisdem fere locus omnis occupatus est ciuesque circumsessi: nefarius homo cateruis magnatum sub vestibus armatorum stipatus aduenit. Quem cum suis omnibus dixisses facile in sanguinem inermium ruiturum / si quid a quoquam incompositum diceretur. Qui dum comitiorum subl miorem locum conscenderet: vrgente magnatum turba magistratus compressi sunt. Quibus etiam manus inicere vix abstinuere. Tandem quum consedisset: & indicto silentio pulpitū conscendisset orator: cœpissetque explicare compositum: simulac de annuo imperio verbū factū est: Cœpit vulgus pmonitū clamitare / illudque exorare

Raynerius. ppetuū. Et e uestigio pditoris RAynerii opera / Tyranno armatisque suis palatii patuere fores. Intrat. Scandit. Et si essent q illi pmissa nup / sępissime in memoriā reuocarēt. Tumultuātib⁹ cūctis audiētibusque iā magnatibus ipulsu manibusque magistratus a Tyrāni lateribus amoueri / verbisque iiuriosis silētium eisdē indici fracta fide ac calcata & iurisiurandi fabula risa / occupataque Florētinae libertatis arce quasi ab optimatib⁹ daret qđ a voce plębeia clamabat ordine quodā violēto susceptū est durāte vita dñium Eam ig t vrbē quā nō solū a pgenitoribus liberā orbem intrātes suscepimus / sed nec vllius vnquā memoria cuiquam / exceptis imperatoribus Romanorū / subditam: his artibus iniquissimi ciues exteri ac scelestissimi hominis Tyrannidi subiecere. Et quasi non suae sed alterius tantum libertati vincula iniecissent: cœpere magnates tripudiis subacti populi celebrare triūphos. Et qui alienum aes debuerant: in creditorum pauperiem debacchari. Sic & plębs inferior discurrere vndique. Ignotum sibi Capitolium conscendere. Rimari cuncta / scommatibus ignominiosis / & cantibus diem agere celebrem. Et eo quod nulli sit die illa negatus ingressus aut clausae fores: patebant omnia omnibus. sibi inertes non Tyranno arbitrabantur quaesisse dominium. Miseri magistratus qui summas erant soliti tenere sedes. exauctoritati / priuatique lictoribus / in infimam fere palatii Cellulam dimittuntur / Tyranno caetera occupante. Sed quid

Florētina libertas iuaditur a galterio.

Aretium. Pistorium. Volaterrae.

multa: ARETIVM & PISTORIVM insignes THVsciae Ciuitates nuper FLORētinae ditionis dominā sequētes Tyrānū suscepiūt. Sic Castra oia sic opida quęque vicinq vltro isup & VOLaterrae vetustate celebris ciuitas iugū subiere. Sic Geminiāi opidū isigne. Sic Collis uallis Else regale castrū. Venere pterea spōte sua ex Apenino Alpigenę nobiles comitesque quā plurimi Tyrāno obediētiā offerēres. Quibus effectus praegrādis quū iam cunctis italis formidandus / sibi deberi THVscorū Regnū auspicaret elatus aiebat sese in diē venisse in quā se ire cātu excubitoris auis / quā effigiatā in cūcti gerebat vestib⁹. testabat. Et glia pfusus ingēti. sepositis i priuata domo magistratib⁹ / cœpit ritu suo cūcta dispoere. Et ad ius dicēdū ciuesq terrēdos truculētissimis viris ppositis adsētatores colere Lenōes aduocare. Et quoscūq malis artib⁹ ibutos i suū psiliū sumere. Ciuib⁹ graues cēsus ex

ígere. Subſtantias publicare. In ſe cuncta conuertere. Miſereri nemini/gratias nullas facere. Inde blanditiis/ muneribus / Minis / & violentiis in ſuum concubitum Virgines & quaſcumque Matronas adtrahere Adoleſcentes ingenuos proſternere. Suis infanda quæque permittere. Et breuiter ſpurcitiis ſuis humana pariter & diuina fœdare. Quibus miſeri ciues initio anxii / pauidi /& elingues effecti / ingemiſcere/male cognitam deiectamque cognoſcere libertatem cœpere/mortem abiectionemque Tyranni cupere/ Deſidiam ſuam damnare. Et ſi via daretur: ſeſe in libertatem redigere priſtinam exoptare. ¶VERVM Deſolationis vrbium radix diſcordia / ex proximo Fidem ſumere neminem permittebat. Quamobrem diutius quam opportunum fuerit paſſi iugum ſtetere tepentes. Tandem miſertus Deus indignorum vt ad proſpectandas infœlicitates ſordidæ ſeruitutis oculos eorum aperiri permiſerat: ſic & virtute ſua corda trepidantia roborauit: diſſidentia copulauit: & ad præſidentis exitium animauit: permittens / vt magnates qui aduerſus libertatem publicam coniurarant/ad ſuam ſuo opere teſtificandam nequitiam primi aduerſus Fidem a ſe Tyranno pręſtitam deuenirent. Hi igitur cernentes nil ſibi promiſſi ſeruari/nil Tyranni munificentia concedi / adoleſcentes ſuos / filias / ſorores / & coniuges ante alias in Libidinem trahi: rabiem ſuam adque rapacitatem præter ſperatum acrioribus vinculis ſolito coerceri: eumque bilinguem / Auarum / detractorem/ immanem / inexorabilem / ingratum / ſceleſtum / ſoli ſibi vacantem / Nil ſancti nil iuſti nil boni habentem / Deumque iam nedum homines adſpernantem / irritati poſt diuturnam patientiam per intermedios caute in confidentiam popularium deuenere / & in deiectionem Tyranni coniurationis principes iurauere. Sane dum opportuna tanto facinori ordinantur Tyrannus compoſita ſeu alterius relatione / ſeu ſua animaduerſione / præſentiens: dum ſæuitia cœptis conatur obſiſtere: in ſe maturius contraxit perniciem. Nam percipientes rerum conſcii ex coniuratis quoſdam detentos adque torqueri: ſibi timentes in ſolum ſuæ ſalutis remedium in publicum prodeuntes armati in mortem principis clamauere. ¶O BONE DEVS. Quam mirabilia ſunt iudicia tua. Pauci coniurata prænouerant. Nec ante conclamatum eſt/quam omnis ciuitas tamquam geſtorum conſcia concitata in arma ruens Tyranni conuenit in mortem. Fit ergo concurſus ciuium armatorum vndique & in arce in quam per poſticum iam nobiles & mercennarii milites Tyranni adque quos ipſe roſtris præfecerat diffugerant: Tyrannus cũ cæteris obſidetur. Ipſe vero effœminatus homo tanta tãque repentina rerũ permutatione percuſſus/dum ad exitũ hortaret̃ in populum nondum concordem & abſque duce ruenté/vilis tremenſque in querelas ſeſe dedit & lachrymas. Sic deo placuiſſe manifeſtum eſt. Non quidem Florentinorum meritis: ſet nequitia imperantis/quæ iam cælum premebat: & ſuperos. Arbitrantur enim talia cognoſcétes eum victoré euaſurum: ſi animus ad exitum ſuffeciſſet. Quum igitur obſeſſus cerneret vires ciuium validatas: & in ſe. Obſiden=

Coniuratio in galteriũ.

Galterius a florentinis obſidetur.

tium clamores in cælũ audiret:& suos introrsum iá fame sitique periclitari cognosceret:& in ruinã arcis fossores aduerteret:tot hinc inde malis irruentibus anxius/ per caduceatores obtulit libertatẽ restituere:si salus sibi suisque daretur. Et vt paululum se postulantium atrocitas sedaretur:sicariũ quemdam Guielmuz assissinatẽ quem conseruatorem ciuium dixerat oĩ belua immaniorem cum filio patre truculentiore iussit postulantibus exhiberi. Cuius ob meritum passus est Deus vt qui plures iam parẽtes orbarat sua sæuitia:se corã cerneret filium trucidari. Quẽ post & ipse trucidatus est. Dignior/si permissum foret/ vt quod excogitarat in alios pateretur. Mẽbratim scilicet discerperetur. Vt per mille vulnera deuenisset in mortem/qui mille tormentis quęsiuerat alienas. Hanc in expiationẽ suorũ facinorum primam victimam oculis suis vidit Galterius. Quo coram & Henricus quidam pessimus Florentinus cuius demonstrationibus ciuium fortunas subtrahebat: pedibus adpensus tigno more suis exenteratus est: & postremo in frusta discerptus. Adtamen quod in noxam factum est eius se vertit in commoduz. Nam his illatis cruciatibus/ciuium mollitus est animus. Et ĩ id post dies paucos ventũ est: quod ipse poscebat. Et sic nondum vndecimo mense perfecto a die qua libertatem occupauerat nostram/illam noctu trepidus abiens in formam pristinam dereliquit. Sic ergo prægrande dominium quod auspicabatur in posterũ homo insolens perdidit. Et ex adsumta iniuste gloria iustam ignominiam reportauit. Porro ne omnino innocua ciuitas ex nocuo Tyráno præteriret inulta: Dei iudicio/arbitror/actum est: vt dũ in armis aduersus Eduardum Angliæ Regem ea in pugna in qua Ioannes Frãcorum Rex captus est ipsi Ioanni militaret:cerneretque rem aliter agi quam ĩ thalamis Matronarum:& pusillanimis Rege suo relicto terga daret: sinistro suo omine Satellitibus Florentinis qui tunc forte militiam mercennariã Ioanni præstabant factus obuius fuit. Turpissimeque obiurgatus ab eis in hostes redactus est. Et equo deiectus. Ac ex aduerso iam vulnere viribus exhaustus, vt fama fert. A Florentino Satellite Eduardo militanti cognitus iugulũ dare coactus est. Vt qui in sanguinem Florentinorum sæuierat Florentina manu suũ vita priuatus effunderet. Et sic exitialis dolosus scelestusque Galterius deiectus fugatus adque oppressus est in eam diem quam meruerat citius deueniens quam venisset.

Eorum supplicia qui tyranno fauerunt.

Galterius a florentino milite cęsus

EXCVSATIO Auctoris ob PHILIPPAM CATHINENSEM.

PACE SVPERVM. Regum adque Virorum Illustrium extremo operis margine plæbeiam mulierem subnectam Ea quippe indignari non debent. Nam quãuis illi caligine inuoluti parentes fuerint: & finis horrendus nimiuz:tñ in mediis successibus tantũ eidem Fortuna blandita est: vt vti inter Reges regiasque mulieres vitã traxit:non vereatur nunc inter anxios plures canis sparsisque comis per omne effœctum corpus Fortunę ictus ostẽdens

Philippa Cathinensis tremula voce deposcere se saltem tāquam Pedisequam / si aliter non datur/trahi post reges. Quam ego & si satis absque cuiusquaз iniuria/ quum claros non nobiles tantū testatus sim velle describere: obsecrantem suscipere poteram. Non tamē absque cā suscipiendā ratus sū. Vt scilicet opus totū suis partibus in aliquo videretur esse conforme: in quibus quū exordiatur a lætis & in miseriis finiatur: visum est vti a nobilissimo homine operi initium datum est sic in plæbeiam degeneremque fœminam finis imponeretur. Prosequuturus igitur infœlicis Philippæ tam successus quam reliqua/ eo quod propter sui nouitatem paucis adhuc cognita sint: nec ex literis set relatibus habeantur/ Non incongrue arbitratus sum/ ne breuitas nimia alibi ampliationem facile non habens dicendorum intentionem auferat: historiam simul & intentum contexere. In qua quædam oculis sumta meis describam. In visis vero me minime deceptum scio. Si in auditis veriora tradantur: nō repræhendendus venio. Quum exquisiuerim veriores. Nunc eius primordia cæteris omissis flentibus paulo altius adsumamus.

De PHILIPPA Cathinensi.

ME ADHVC adulescentulo versanteque Roberti Hierosolymorum & Siciliæ Regis in aula/ solitus erat vir annosus & ingenti memoria valens Marinus Bulgarus origine sclauus & a iuuentute sua nauticæ artis peritissimus & cum eo Calaber Constantinus de Rocca homo tam ætate quam meritis venerabilis antiquitates seu stemmata curialium recensentes inter alia referre Robertum tunc Calabriæ ducem iussu Caroli Regis patris sui aduersus Fœdericum Siciliæ insulam occupantem expeditionem sumsisse. Et dum haud longe Drepanū castris positis moraretur Violantā eius coniugem filium contigit peperisse. Actumque ob mulierum pœnuriam vt Philippa cuius sermonem intrauimus iuuenis forma & statura decens & ob pauperiem alienarum vestium lotrix quæ forte paucis ante diebus ex viro piscatore enixa filium fuerat: in nutricem infantuli sumeretur. Et quum ducissę gratiam meruisset cum ea redeunti Neapolim venisse: ac inter alias pedisequas alumno iam mortuo remansisse. Sic & Raymundum quemdam de Campaniis æthiopem adfirmabant: cuius effigies adsertioni nihil derogabat. Eumque ab Raymundo de Campanis Coquinæ Caroli Regis præfecto a Pyratis emtum: & demum ob insignem eius solertiam ab eodem de sacro fonte susceptuз. Et suo nomine adque cognomine exornatū: Libertateque donatum. Et ei fere omne Coquinæ officium fuisse commissum. Nec post multum Raymundo patrono sumēte militiam/ libertum eius loco fuisse suffectum. Et exinde domiciliū/ supellectilem/ equos & seruos habere: nobiliū gratiā regisque captare/ & cōgregare diuitias incœpisse. Adque a coquina ad custodiam vestimentorum regalium fuisse promotum. Quibus sic se habentibus vt subiūgebant volens ducissa Philippam cuius vsa longo fuerat obsequio promouere: eam se viduam adserentem nemine aptiore comperto Raymundo con-

Philippa cathinensis.

Raymūd9 campanus.

Philippa nubit raymũdo.

cessit vxorem. Qui vt lætiores clarioresque nuptias celebraret: vir extremæ audaciæ regia petiit militia isigniri. Qua sumta miles æthiops Cathinensis Lotricis torum adscendit. Hæc igitur senum dictorũ relatione prima nobilitatis seu claritatis/ vt rectius dixerim/ Philippæ rudiméta fuisse audiui. Set quę fere viderim ipse iam veniunt. Raymundus quidem ex seruo popinario miles factus & claro Philippę Cathinensis sublimatus coniugio/ inter milites sese non minimum gerere/ commissa peragere/ multa tractare/ rem insuper priuatam summo studio augere. Sic & Philippa Violanta iam mortua/ veniẽti Sáciæ Roberti iam Regis vxori se summa cura obsequentem inferre. Sic & Mariæ/ Caroli Roberti Regis filii coniugi/ eisque adstare/ seruire/ & imperãtibus se promtam præstare/ ornatus & Lotionum variarũ magistrá pcõmode exhibere. Quibus agentibus quũ & ætate mulieres cæteras reginales excederet: & iam trium adultorum filiorum ex Raymũdo milite mater esset: & satis ob lõgam consuetudinem regalibus moribus videretur instructa: actum est vt ex Carolo Calabrię duce Ioánæ nascenti in magistrá adque custodez præficeretur a matre. Hinc demũ Raymũdus reginali aulę præfectus est. Nec longum tẽpus effluxit: Carolo & Maria mortuis/ Philippa tãquam Ioannę mater honoratur: & Raymundus ex reginali efficitur regius Senescallus. ¶O ridiculum vidisse ex ergastulo seruili ac nidore popinę æthiopẽ Roberto Regi regalia obsequia exhibentem nobilibus iuuenibus prçeũtem/ & curiæ prçsidentẽ/ iuraque reddentẽ potentibus. Set quid? Sic est. Quos lubet extollit Fortuna. Aucti igitur vir & vxor. Duo ex filiis claris coniugiis & militia decorãtur. Quibus quũ essent opida/ vici/ rura/ opimi reditus/ equi/ numerosæ familiæ/ splẽdidæ vestes/ & adfluenter omnia: Regios iuuenes potius quã æthiopas credidisses. Mortuo tandẽ Raymundo & regio fere ritu delato/ eius officium milites filii exercere orsi sunt Demum quum natu minor post annos aliquot moreretur: Robertus ex filiis tertius abiecto clericali habitu sumsit euestigio militarem. Cæterum quum labentibus annis natu maior diem clauderet: Sancia filia admodũ grãdiuscula derelicta quam vna ab ineũte infantia auia cõtinue cũ Ioanna nutriuerat quasi hęreditariũ patris fratrumque solus Robertus adsumsit officium. His quidem viro adque filiis sic subtractis Philippæ paululum est concussa fœlicitas. Set succedentibus annis eius fulgor in longe maius lumen effulsit. Nam tradita Ioanna in coniugẽ Andreæ Caroli Vmberti Hũgariæ Regis filio/ & Roberto Rege defũcto/ ac Sancia Regina Monasteriũ ingressa/ orta iniqua suggestiõe quorũdam inter Ioannã & Andream seditione & vilipenso Andrea eo quod Roberto viuente in verbis Ioannæ iurassent pceres regni/ Robertus inter alia ex Senescallo curiæ ab Ioanna magnus regni Senescallus dictus est. Et Sancia nepte Carolo comiti Marchonis cõiugio iuncta. Quę quidem exaltationes tam egregiæ non absque macula labefactatæ pudicitiæ concedentis in æthiopas deuenere Nam & si fas credere non sit/ non defuere q dicerẽt Lenocinio Philippæ Ioánã in ãplexus deuenisse Roberti. Cui facinori plurimum fidei superiniunxit/ cernere nil graue/ nil arduum/ nil magnum agi: nisi a Roberto/ Philippa/ & Sãcia adprobatum. Semotosque a secreto

Raymundi & philippæ successus.

IOANnæ cæteros præter istos. Set quid? Sinenda sunt hęc. Et vĕtis suspitiões huiusmodi exhibĕdę. Quũ quãtũcũque minima familiaritas hoim sit. infamia ĩficiat facile etiã honestissimas mulieres. Et vt eo vñ diuertimus orõ reuertaẽ. His aucta titulis adque ꝑlatiõe PHILippa cũctis iã tenere/absque noie/Reginę fastigiũ videbaẽ. Set nõ pepcit annositati Fortuna. Quinimo qđ elatæ mulieri adque iam decrepitę tempusculũ seruabaẽ: subita rerũ reuolutiõe tãta respersit caligine: vt splẽdores ꝑteriti in eius ignominiã quã decus sumti potius viderenẽ. Nã LODoicus Hũgarię Rex ægreferẽs Andręã fratrẽ suũ adeo idigne ab IOAnna & cõplicibus eius tractari: aduersus tñ intẽtionẽ vererẽ ROberti Regis & vltimã voluntatẽ: ꝑm regnorũ Hierosolymorũ & Sicilię coronari auro a CLæmẽte Pontifice sũmo ipetrauit. Iãque qui mãdata ferebãt Caietã adpulerãt. Verũ quũ quidã ex regni ꝓceribus iã ꝑcognitã in se seueritatẽ regii iuuenis & forte meritã indignatiõnẽ timerẽt: & sibi si Rex fieret ꝑsagirent suppliciũ: cõiurantes in eũ clã ne coronaret operam dare cœperunt. Qui fuerint: quo ordine in mortem iuuenis itum sit: in itanatis exercitii non est. Quod tamen ad intentionem pertinet satis habemus/scilicet quod dolo coniuratorum noctu apud Versam ciuitatem ex regio thalamo euocatus ab eisdem laqueo diem claudere coactus sit. Execrabile vero facinus mane compertum primo ciuitatem inde volucri fama regnum omne in turbationem adque clamorem in parricidas exciuit. Sane quum impetu primo in expiationem tam scelesti operis iuuenes quidam calabri olim cubicularii ANDRęæ truci supplicio dedecorosęque morti traditi essent; non adquiescentibus innocuis actum est vt HVGONI comiti AVEllini / consensu omnium procerum/commissum sit tanti sceleris conscios explorare: & comperros pro arbitrio iudicare. Ipse autem qua tractus causa nescio/comitem Triuulcii ROBERTVM de CAMPANIS magnum hactenus regni Siciliæ Senescalum / SANCTIAM MARCHONIS comitem/ & annosam iamque infœlicem PHILIPPAM Cathinensem cum aliis quibusdam traxit in carcerem. Nec mora. Erecto quippe immani eculeo in conspectu NEAPolitanæ Vrbis medio Maris in sinu ritu regionis spectante populo & PHILippam torsit miseram. SANCTIAM & ROBERTVM. Quid exhauserit incertum. Ex sequutis tamen hos in mortem ANDręæ fuisse noxios pro constanti habitum est. Nam post dies aliquot nudis corporibus PHILippa ROBERtus & SANCTia curribus impositi & malis adligati tribus educti sunt. Vrbemque per omnem tracti. Et concurrentibus conclamitantibusque vndique in eorum dedecus popularibus/nunc ignitis forcipibus torti, nunc acutis nouaculis excarnificati/ eo vbi flammis erat auferendum miserę vitæ reliduum vltimo deuenere. Ibi quidem quum tolerasse dolores senicula nequiuisset: inter tortorum manus præmortua exenterata a carnificibus PHILIPPA est. Et eius cor cũ omi iecore vni ex portis NEAPOLeos adpensum diu testimonium atrocitatis exhibuit. Et inde cadauer reliquum flammis iniectum. SANctia autem curru deposita miserabiliter adligata palo viua exusta est. Sic & ROBERTVS. Quod quum non suffecisset spectantibus; semiusta cadauera flammis

Andreas lodouici hungariæ regis fr & maritꝰ Ioannę trucidatur.

Philippæ & liberoꝶ supplicia.

erepta/præcordiis e pectoribus exertis & ferali ritu a nõnullis comestis/iniectis vncis corpibus p omnẽ denuo ciuitatẽ tracta cœno cloacisque fœdata & huc illuc discerptis partibus derelicta. Is igit̃ Philippæ finis. Cui pfecto satius erat i aquis labore pauperiẽ substẽtare suã: quã in deliciis maiora p crimen adpetere: Vt igni damnata se cum quęsitis tam fœde deperderet.

¶ PAVCI flentes Et libri Conclusio

Sanctius a fratre regno pulsus.



XISTIMANTES/arbitror/me nũquã quietem daturũ calamo: aut in posterũ opi finẽ: plures post calamitosã Philippę mortẽ aduenerãt. Seseque vltro/si lubuisset/pteritis iserebant. vt pote inter alios Sãctius Maioricarum Rex se Cõsobrini fratris ARRAgonũ scilicet Regis opa pulsum regno/& inde post infœlicẽ pugnam fractisque viribus suis captiuo sibi eiusdem iussu caput ademtũ deplorans. Eiusdẽque generis LODoicus Trinacriæ Rex se nõ solũ regno fere nudatũ patrio/sʒ a Lodoico HIERVsalem & SICILiæ Rege a fuga ex ALLobrogiis paulo ante reuocato paupere & iopi quasi om̃ibus suis exoso & variis laboribus implicito/qđ a ROBERto dudũ ditissimo ac potentissimo Rege & multorũ auxiliis fulto obtineri nõ potuerat/obtentũ: vt in angulo scilicet insulę cogeretur: ęgerrime ferre gemitu ostendebat. Sic & IOANnes Francorum Rex execrabile infortunium suum damnabat quod ab anglis inertissimis adque pauidis et nullius valoris hominibus regnum suum rapinis exhaustum/occupationibus diminutum/incendiis adque cædibus passim fœdatum sit. Postremo infausto certamine fusis fractis consternatisque viribus suis cęsisque nobilibus multis ipe EDVARdi Regis hostis sui captiuus effectus & vinctus in Angliam deportatus sit. Hunc & alii sequebantur innumeri pro qualitate infortuniorum gemẽtes. Quos omnes omittendos cẽsui eo qđ quietis sit tẽpus. Nam diuino munere per tot Regum labores pericula lachrymas & supma exitia exigua cymba extensum mare sulcãtes eo venimus quo ab initio prorã direximus. Si aũt parte in aliqua aut plus maris aut minus quam oportuerit capiendo exorbitatum est a veritatis tramite: sapientum emendationi relinquo. Si vero quemquam labore isto meo in sui cognitionem & humilitatem deduxero: Deo gratiarum largitori laudes exhiberi volo. ¶ VOS Autem qui celsa tenetis Imperia aperite oculos: & aures reserate: & ne vobis letifer somnus obrepat vigilantes adspicite quibus quantisque Fortunæ tragulis pectus geratis aduersum. Et eius viribus humana non obstare consilia. Frangi robusta quæque: & clarissima indissolubili nube fuscari. Et ex alienis casibus quam in lubrico positi sitis aduertite. Et auaritiæ/luxui/furori/iactãtiæ/ambitionique parcentes lætis modum ponere discite memorantes dum ampliatas lætitia mentes aut aliquo irritatas euentu aliquid enorme subintrat: ea vos lege augem conscendisse qua cæteri/ruituros scilicet si lubuerit in puncto pœnasque offensis daturos. Et ne vos aliquali

Lodoic⁹ rex siciliæ.

Operis Conclusio.

Pręcepta magnatib⁹ si paruerint saluberria.

iudicio ludi stabilitate decipi forte cõtingat: hoc insigite animis. Quoties scilicet adparet permitti status aliquis a vertente fortuna: toties ab eadem miseris credulis insidię præparãtur. Et quanto magis videmini in astra transferri: tanto adcuratius desyderiũ humili in loco defigite. Vt in eleuatiõe vnde exulteris habeatis: & in casu non sit vnde tristari possitis. DEVM sũma veneratione colite. Et integro adfectu diligite. Sequimini sapientiam. Et virtutes adprehendite: Honorate dignos. Amicos sũma cum fide seruate. Prudentũ consilia sumite. Et benignos vos minoribus exhibete. Humanitate adque Iustitia abũdante. Honores laudes gloriã famamque perquirite. Et vos dignos adepta sublimitate mõstretis. Et si contingat deiici: non vestro crimine factum adpareat: set proteruia potius Fortunæ cuncta vertentis.·.

¶ Finis Nouem Librorũ IOANNIS Boccacii Certaldi e Variis rerũ Scriptoribus cura diligentiaque solertiore collectorum. Qui nunquam antea apud Gallos Impressi tãdem stãneis characteribus excusi sunt Parrhisiis ab Ioanne Gormõtio Bibliopola de bonis literis optime merito.

Joannis boccacii Certaldi vita

Per IOANNEM Theodericum BELLOVACVM ad Florentium Colessonium & IOANNEM Cultellum adulescentes bonarum Disciplinarum sititores auidissimos.

IOANNIS BOCCACII Vitã exitũ & studia raptim decursurus/adulescẽtes optimi/ea solũ tenuissimo quasi fasciculo sum cõplexus/q̃ obiter ex MARCO Antonio Sabellico/MATThęo Palmerio/IACobo Bergomate/RAPhaele Volaterrano/& eoipso BOCCAcio decerpsimus. Quod si quis rem ipsam diffusius cognoscere desyderabit: poterit & ipse scriptores abũde quod vestigabit suffecturos euoluere. ¶ IOANNES itaq; BOCCACIVS patria FLOrentinus Poeta & Philosophus adque Astronomus clarissimus/eo Certaldi cognomen sortitus est: quod e Certaldorũ (quãtum cõiectari possumus) esset familia. Qua potissimũ rõe latin⁹ forsã poterat a nobis Certald⁹ quã Certaldẽsis adpellari. Qđ in toto factitauim⁹ ope: credẽtes certaldũ esse nomẽ opidi Cui suã natiuitatẽ deberet Boccacius/quũ tñ nõ essemus ignari ipm a nemine nõ dici Florẽtinũ. Cui nræ snię fidẽ adrogabãt & RAphaelis Volaterrani verba: & vetus illa iscriptio nõnihil adhuc Barbariei agnoscẽs/q̃ hũc i modũ passĩ legit. Ioãnes Boccacius de Certaldo. Cęteą hãc opinionẽ a veritate (ni fallor) alienã stirpit⁹ deleuit ANTONIVS Sabellicus nonę Enneados libro nono hęc de Boccacio verba faciẽs. Fuit ea tẽpestate i re literaria clarus IOAnnes Boccacius Florẽtinus Certalda domo/vir copioso ingenio & cuius varia extant studiorum monumenta. Quæ faciunt vt suspicer quamdam fuisse in FLORENTINIS Certaldorum familiam e quibus sit & noster hic BOCCACIVS. Set de his hactenus.

V I T A.

IOANNES igitur BOCCACIVS Certaldus ea tempestate fuit in viuis: quę pestilentem & bonarũ literarum studiis/ supra quam dici possit/ letalem Gothorum Barbariem nondum penitus excusserat: vnde nihil est quod miremur si a casto & vere latino dicendi nitore nonnunquam defecerit/ homo præsertim infœlici illo sæculo natus/ quo latinæ literæ iamdiu quasi sopitę immo verius semimortuę iacentes reuiuiscere contendebant. Studio tamen indefesso rem literariam ita coluit: vt varios libros (quanta laude dignos/ aliorum sit iudicium) posteris reliquerit. Quorum hæc nomina reperimus.

¶ De Genealogia Deorum. Libri quindecim.
¶ De Claris Mulieribus Liber vnus.
¶ De Virorum Illustrium casibus Libri nouem
¶ De Montibus Liber vnus.
¶ De Fontibus Liber vnus.
¶ De Fluminibus Liber vnus.
¶ De stagnis & paludibus Liber vnus.
¶ De Nominibus maris Liber vnus.
¶ Buccolica. ¶ Bellorum opus egregium Pontificum & Romanorum Imperatorum gesta continens.
¶ De Rebellione terrarum ecclesiæ.
¶ De Bellis Florentinorum cum Duce Mediolanensium & Rege Arragonum.
¶ De Tartarorum victoria in Turchas.
¶ De Victoriis Sigismundi in Turchas.
¶ De Heresibus Boemorum.
¶ De capta Constantinopoli.

¶ Plæbeia itidem & vernacula lingua multi extant eius libri/ vt pote Corbatius. Philostratus. Et is liber cui titulus est Centum nouitates nouæ. Iocis quidem omnifariam pleni: set melliflua verborum suauitate & frugifero sententiarum succo referti. Sub variis præceproribus literaria fecit stipendia. Siquidem in poetica & oratoria FRANCISCVM PETRARCHVM maximi tũc nominis virum audiuit. In astronomia Andatum nigrũ Genuẽsem (quem ipse BOCCACIVS in Genealogia deorũ vocat Andalonem de nigro). Astrologorum sui sęculi peritissimum. In literis græcis Leontium Pilatum Thessalonicẽsem Barlaami vtraq; lingua doctissimi/ quem & ipse Boccacius audiuit/ discipulum. Obiit aũt Anno ætatis sexagesimo sequundo Salutis Trecentesimo quinto supra millesimum. In qua annorum supputatione nonnihil discrepare videtur palmerius a Volaterrani sententia.

¶ Τελοσ.